archam,regẽ,prophetã atqꝫ pſalmiſtã,quod fuit vel eſt Dauid,q̃ eſſe tãtummodo patri-
archã & prophetã,quod fuit vel eſt Abrahã.Ita per omnia rationabiliter diuinus euãge
liſta prouidit,vt dicere mallet,filij Dauid,filij Abrahã,q̃ filij Abrahã,filij Dauid.His in ti
tulo latius ꝑmiſſis,nunc in ipſum generationis librũ pergendũ eſt.⌊Abraham genuit Iſa
Iſaac & Ia ac.Iſaac aũt genuit Iacob.⌋De vtroqꝫ cum dicit,genuit,perpulchrũ eſt ſubintelligere,
cob filij ꝓ quẽ in promiſſione accepit,& in ſacerdotẽ deo ſacrauit.Quæ pars decoris ſiue genituræ
miſſionis decentis,maxime decet librũ generationis Ieſu Chriſti,quia videlicet,queadmodũ Apo
Roma.9. ſtolus dicit,Non qui filij carnis,hi filij dei:ſed qui filij ſunt promiſſionis,æſtimãtur in ſe-
mine.Quomodo Iſaac quẽ genuit Abrahã,& Iacob quẽ genuit Iſaac,nõ filij carnis,ſed
filij ſunt promiſſionis?Videlicet,quia non ſolũmodo ſuſceperunt hæreditatẽ paternæ ſi
dei,verumetiam non tam vſu naturæ,q̃ dono gratiæ prouenit hoc ipſum ꝙ geniti ſunt.
Gene.25 Deniqꝫ & Abrahã ſterilem coniugem Saram,& Iſaac ſterilẽ habuit Rebeccam.Depreca
tus eſt(ait ſcriptura)Iſaac dñm pro vxore ſua,eo ꝙ eſſet ſterilis.Qui exaudiuit eum,&
dedit conceptũ Rebeccæ.¶Et Iſaac quidẽ filium ſuum Iacob ſacerdotẽ verbo ſacrauit,
indutũ veſtibus Eſau valde bonis,quas Rebecca apud ſe habebat domi,in quibus ille,cũ
eſſet primogenitus,ſecundũ morẽ(de quo iam ſupra dictũ eſt)debuerat ſacerdotio fun-
gi:ipſe aũt,videlicet Iſaac,vt verbo cõſecraretur vel benediceretur à patre,opus nõ erat
quia cũ fuiſſet oblatus in holocauſtũ domino,in typũ huius filij venturi Ieſu Chriſti,ex-
tunc plusq̃ ſacerdos erat,id eſt,non tantũ ſacerdos,veꝝ & hoſtia.De eo ꝗd iam dixi,qa
& Abrahã Iſaac,& Iſaac Iacob in promiſſione accepit,Apoſtolus ita ſcribit:Promiſſio-
Roma.9. nis eñ verbũ hoc eſt:Secundũ hoc tẽpus veniã,& erit Saræ filius.Non ſolũ aũt,ſed & Re
becca,&c.vſqꝫ ad id,Nõ ex operibus,ſed ex vocante dictũ eſt ei,qa maior ſeruiet minori,
ſicut ſcriptum eſt:Iacob dilexi,Eſau aũt odio habui.⌊Iacob aũt genuit Iudam & fratres
Ceſſatio ſa eius.⌋In generatiõe Iudæ & fratrũ eius ceſſauit mos ille antiquus,quo(vt iam dictũ eſt)
cerdotij in eatenus primogeniti ſacerdotio fungebant.Ruben quippe,q erat primogenitus,ipſe pec
generatio- cauit:& propterea benedictionẽ ſacerdotalẽ nõ promeruit,imo diminutionẽ acquiſiuit.
ne Iudæ Effuſus es(inquit pater)ſicut aqua,nõ creſcas,qa aſcendiſti cubile patris tui,& maculaſti
Gene.49 ſtratũ eius.Nec vero ita ceſſauit prior ille mos ſacerdotij,vt ſaltẽ iunior quiſq̃ ex illis fra-
tribus ſacerdotio fungeret,velut idẽ iunior Iacob amoto Eſau:ſed & ipſum ſacerdotiũ
omnino ceſſauit,quãdiu in Aegypto fuerunt,vbi vendiderãt Ioſeph fratrẽ ſuũ,vſquedũ
Exod.5 vociferantibus illis ad dñm & dicentibus:Eamus & ſacrificemus dño,ſurgegeret ſacer-
Filij Leui dos Aaron frater Moſi,de tribu Leui.Tribum illam tulit dñs pro cunctis primogenitis fi
pro cũctis lioꝝ Iſrael:fueruntq́ꝫ filij Leui interim ſacerdotes & miniſtri ſcriniarij pro cunctis pri-
primoge- mogenitis,donec veniret primogenitus iſte filius hominis,ſacerdos gloriæ & honoris,
nitis. ſuũq́ꝫ amotis vicarijs ſuſciperet ſacerdotiũ.Quod innuẽs diuinꝰ euãgeliſta,cũ dixiſſet de
Matth.1. Maria,quã vtiqꝫ virginẽ cõcepiſſe narrauerat,Et peperit filiũ ſuũ,cõtinuo nõ otioſe ad-
Lucæ 2 didit,primogenitũ,vt ſubintelligat prudẽs auditor,& idcirco ſacerdotẽ dignũ,in quẽ di
Pſal.109. ctũ eſt:Iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ,tu es ſacerdos in æternũ,ſecũdũ ordinẽ Melchiſe
Ordo Mel dech.Quis aũt ordo Melchiſedech fuit,niſi offerre ſacrificiũ panis & vini iure primogeni
chiſedech. ti?Primogenitus nãqꝫ fuit Noe,vt doctiſſimi perhibent,idẽ,qui alio noĩe dictus eſt Sem.
1.Para.5 Quæ ergo fuerũt primogenita,q̃ data ſunt Ioſeph?Sic eñ in Paralip.ſcriptũ eſt:Ruben
quippe fuit primogenitus Iſrael,ſed cũ violaſſet thorũ patris ſui,data ſunt primogenita
eius



eius filijs Ioſeph,filij Irael,& non eſt reputatus in primogenitũ.¶Quæ,inquã,fuerunt Primoge-
primogenita,quæ data ſunt filijs Ioſeph?Nimiꝝ non ipſum ſacerdotium,quo nullus eo nita data fi
rum(vt iam dictũ eſt)in Aegypto functus fuiſſe legitur,ſed illa pars vna,quã dixit ad eun lijs Ioſeph.
dem Ioſeph filiũ ſuũ,benedicẽs filijs eius,& cõſtituens Ephraim ante Manaſſen:En ego Gene.48
morior,& erit deus vobiſcum,reducetq́ꝫ vos ad terram patrum veſtrorum.Do tibi partẽ
vnam extra fratres tuos,quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.Partis illius
euangeliſta meminit,cũ dicit:Venit Ieſus in ciuitatẽ Samariæ,quæ dicitur Sychar,iuxta Iohan.4.
ꝑdium,quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.Ergo vſqꝫ ad tẽpora illa vtrũqꝫ primogenitis
veniebat,& honor ſacerdotij,& extra fratres ſuos poſſeſſionis vna pars.Et quidẽ benedi
xit eũ Iacob benedictionibus dulciſſimis,ita cõcludens:Fiant in capite Ioſeph & in ver- Gene.49
tice Nazaræi inter fratres ſuos.¶Sed quia nihil tale de illo ſcriptũ eſt,quale eſt,ædificare
altare dño,& inuocare nomen domini,quod feciſſe patres,Abraham,Iſaac & Iacob,ſcri Gene.12
ptura patenter aſtruit,decimasq́ꝫ & hoſtias offerre,quod votũ primus Iacob dño vouit, 26.35.38
palam conſtat,quia ſacerdotiũ primogenitoꝝ(ſicut iam dictũ eſt)in Iacob ceſſauit,&
interim filij Leui primogenitoꝝ fuere vicarij,donec veniret iſte primogenitus & vnige
nitus virginis,primogenitus & vnigenitus dei.¶Quoniã intentio præſentis operis iuxta Cur facies
propoſitũ tendit ad gloriã & honorẽ filij hominis,& quatuor facies(de quibus iam ſupra leonis pri-
dictũ eſt)inſignia ſumma ſunt eiuſdẽ gloriæ & honoris,non præterire libet,quia iam hic mo ponit.
in benedictionibus Iudæ,prima ſeſe offert facies illius animalis,facies leonis.Nã vt Iohã
nes ait in Apocalypſi,animal primũ ſimile leoni.Et quidẽ Ezechiel prius enunciat faciẽ Apoc.4
leonis,ſed illam eſſe,vel nõ eſſe faciem primã,nequaq̃ dicit,vbi ſic ait:Similitudo vultus Ezech.1.
eoꝝ,facies hominis & facies leonis,facies bouis & facies aquilæ.Sed & alibi prius neque
hominis,neqꝫ leonis,ſed vituli faciẽ dicit:Facies vna,facies Cherub,id eſt,bouis ſiue vitu Ibid.10
li:& facies ſecũda,facies hominis:& in tertia facies leonis &c.Cũ ergo ſolus Iohãnes fa-
ciem primã dicit faciẽ leonis,conſtat quia nõ ſecundũ ordinẽ,quo celebrata ſunt ſacra-
menta incarnationis,paſſionis,reſurrectionis & aſcenſionis Ieſu Chriſti,ſed ſecundũ or
dinẽ ſcripturæ Moſi taliter exprimit:Et animal primũ ſimile leoni,& ſecundũ animal ſi-
mile vitulo,& tertiũ animal habens faciẽ hominis,& quartũ animal ſimile aquilæ volãti. Apo.4
¶Nã ecce primo loco facies leonis:Catulus leonis Iuda,ad ꝑdam fili mi aſcendiſti.Re-
quieſcens accubuiſti vt leo,& quaſi leæna.Ecce aũt facies ſecũda,facies vituli,queadmo- Gene.49
dũ dicit:Et ſecundũ animal ſimile vitulo.Si ſacerdos peccauerit,delinquere faciẽs popu- Leuit.4
lum,vel ſi omnis turba Iſrael ignorauerit,& per imperitiã fecerit ꝗd contra dñi manda-
tũ eſt,offeret pro peccato vitulũ immaculatũ dño &c.quæ miro modo & ordine vere ſa
cro & myſtico figurant ſacramentũ paſſionis Ieſu Chri:cuius ſanguis ſecundũ quod ri-
tus ille ſignificat,emundauit cõſcientiã noſtrã(ait Apoſtolus)ab operibus mortuis.Por- Hebræ.9
ro facies tertia facies hominis,ſufficienter exprimitur in Deute.his verbis:Prophetam de
gente tua & de fratribus tuis,ſicut me,ſuſcitabit tibi dñs deus tuus &c.Cum eñ dicit,ſi- Deute.18
cut me,nihil illi deeſſe teſtatur de veritate naturæ humanæ.Faciem quartã,faciem aqui-
læ volãtis,patenter habemus in verbis iſtis cantici Deuteronomij:Sicut aquila prouocãs Deute.32
ad volandũ pullos ſuos,& ſuper eos volitãs,expandit alas ſuas,& aſſumpſit eos,atqꝫ por-
tauit in humeris ſuis.¶Plane ad gloriã ſpectat & honorẽ filij hominis Ieſu Chri,ꝙ nõ ſo Lex Moſi
lum prophetæ & pſalmi,de qbus iam ſupra dictũ eſt,verumetiã primus ipſe Moſes,qua de Chro.
tuor hæc ſcripſit ſacramẽta pietatis:quoꝝ ſine fide homo non viuit,quoꝝ ex notitia co-
gnoſcitur bonitas & fortitudo talis hominis,tanti dei,talis regis,tanti pontificis.Quæ nõ Luc.24
ignorãs ipſe,qm̃ neceſſe eſt,inquit,impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſi & pro-
phetis & pſalmis de me.⌊Iudas aũt genuit Phares & Zaram de Thamar.⌋Nota hiſto- Gene.38
ria eſt,ꝙ Thamar nurus fuerit Iudæ,& ꝙ ex ea genuerit Phares & Zara,neſciẽs ꝙ eſſet
nurus ſua,q̃ dum cõcepiſſet hos geminos,nũciatũ eſt Iudæ,Fornicata eſt Thamar nurus
tua,& videt vterus eius intumeſcere.Et ille:Producite,inquit,eã vt comburat.Nec mora
rem cognoſcẽs,Iuſtior me eſt,quia nõ tradidi eã Sela filio meo.Quis aũt neſciat,ꝙ ex il
la fornicatione nati ſunt Iudæi,imo & tota fere nobilitas Iudaici generis,vniuerſa pro-
genies regalis?¶Quid igitur Iudæi,oĩbus hominibus moleſti,cum moleſti eſſent deo ac Iudæi ex
dño noſtro,iactitabãt,dicẽtes,Semen Abrahę ſumus,nos ex fornicatione nõ ſumus nati? fornicati-
Et ille quidẽ:Scio,inquit,qa filij Abrahæ eſtis.nõ tamen dixit,ſcio quia ex fornicatione one nati.
nati nõ eſtis.Nã reuera fornicata eſt Thamar,quæ concepit eos.& iſtud cõmemorando Iohan.8
poterat cõfutare ſuperbos,niſi ꝙ prior ipſe facere debuit,ꝗd docet per Apoſtolũ ſuũ,di- 2.Cor.6
centẽ:Nemini dantes vllam offenſionẽ.Porro nebula fornicationis illius,nõ ſolum non
obſcurat gloriæ & honoris filij hominis claritatẽ,verumetiã illuſtrat bonitatis eius digna Quatuor
tionẽ,qa ſicut pro peccatoribus homo fieri,ita de peccatricibus naſci dignatus eſt.Hanc mulieres
eius gratiã euangeliſta nõ paruipendẽs,nosq́ꝫ eam agnoſcere volens,ſolas eiuſmodi mu-

 lie-

In genealogia Chriſti re prehẽſibiles. lieres aſſumit in hac genealogia ſaluatoris, quales ſcriptura reprehẽdit, Thamar & Ra-
chab, Ruth & Bethſabe. Nã Salmon (ait) genuit Booz de Rachab, quã cõſtat fuiſſe mere
tricẽ, & de ruinis Hierico ſaluatã eſſe per fidẽ. Booz genuit Obed ex Ruth, quã cõſtat fu-
Ioſue. 2. iſſe Moabitidẽ. In qua mirabile cõtigit illud, ꝙ compugnantibus inter ſe duabus legis di
Ruth Moabitis. uinæ ſentẽtijs, ipſa in ſalutẽ euaſit. Nam lex dicit: Ammonites & Moabites etiã poſt deci
Deut. 23 mam generationẽ non intrabunt eccleſiam dñi in æternũ, quia noluerunt vobis occurre
re cũ pane & aqua in via, quando egreſſi eſtis de Aegypto, & quia cõduxerunt contra te
Deute. 25 Balaam filiũ Beor de Meſopotamia Syriæ, vt male diceret tibi. Itẽ lex dicit: Si fuerit mor
tuus vir abſq; liberis, vxorẽ defuncti frater eius vel propinquus accipiet, & ſuſcitabit ſe-
men fratris ſui. Itaq; lex ipſa quæ damnabat eã, q̃m Moabitis erat, ſuffragabatur illi vt ac
ciperet eã Booz, q̃m vxor propinqui fuerat: & taliter nõ ſolum intrauit eccleſiam domi
ni, verumetiam principalem obtinet memoriam in eccleſia dñi, ita vt ſemen q̃d ex ea ſuſ
citatum eſt, ſtatim ſecunda generatione generaret Dauid, principẽ & regem eccleſiæ do
mini. Siquidẽ Obed ex ea generatus, genuit Ieſſe. Ieſſe aũt genuit Dauid regẽ. Et Booz
Neceſſitas excuſat. quidẽ nõ ſolum excuſatus, verumetiã iuſtificatus eſt, ducendo vxorẽ Moabitidẽ. etenim
lex (vt iam dictũ eſt) iuſtificat eum. ¶ At illũ qui prior duxerat illam, non lex iuſtificat, ſed
Ruth. 1 neceſſitas excuſat, ſcilicet fames, quæ facta fuerat, & propter quã (vt ſcriptura refert) abijt
homo de Bethleem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cũ vxore ſua ac duo
bus liberis. Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & de duobus filijs, alter voca-
batur Maalon, & alter Chelion. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quaꝝ vna vocaba
tur Orpha, altera Ruth: manſeruntq; ibi dicẽ annis, & ambo mortui ſunt. Cæteꝝ, niſi ne
ceſſitas illos excuſaſſet, nec ipſi vxores ducere debuiſſent Moabitidas, nec Booz lege te-
neretur, vel cæteroꝝ aliquis, vt eã acciperet iure propinqui. ¶ Ecõtra ſicut peccatrices &
alienigenas propter fidẽ lex dei aſſumpſit, & euangeliſta hic nominare dignũ duxit, ita
quoſdã domeſticos ſeminis propter impietatẽ remouit atq; reiecit. Ait enĩ: Ioram autẽ
Tres reges genuit Oziam. Tres de medio ſuccidit, videlicet Oziam, Ioas & Amaſiam. Quã ob cau-
a linea chri ſucciſi. ſam? Nimiꝝ propter impijſſimã Athaliam matrẽ ſuã, cuius imitati ſunt homicidia, occidẽ
do prophetas dñi, ſicut illa & mater eius Iezabel in Samaria. ¶ Et quidẽ Manaſſes quoq;
4. Reg. 1 multũ ſanguinẽ iuſtũ fudit: veruntamen reſeruatus eſt, quia pœnitẽtiam egit. Et hoc re-
2. Para. 22 uera multũ attinet ad intentionẽ euangeliſtæ, de qua ſupra dictũ eſt, qa niſi potiorem illã
4. Reg. 21. æſtimaret geniturã, quæ eſt fidei vel promiſſionis, quæ eſt auditio ſiue obſeruatio verbi
2. Para. 33 dei, q̃ illam quæ eſt carnis, poterat genealogiam ſic texere, vt patrẽ illum cõtingeret, qui
beatam Mariã ſecundũ carnem genuit. Qualem enĩ locũ habere deberent inter parentes
carnis dñi, hi, ſub quibus nec ſaltẽ loqui licuit prophetis verbi dñi? Deniq; prophetam do
2. Para. 24 mini, quia fuit auſus loqui in nomine dñi, prophetam & ſacerdotẽ Zachariam filiũ Ioia-
dæ ſacerdotis, Ioas interfecit, & nõ eſt recordatus miſericordiæ, quã fecerat Ioiada pater
Ibid. 25. illius ſecũ, ſed interfecit filiũ eius. Poſt hunc Amaſias prophetæ dicẽti ſibi à dño, cur ado-
raſti deos qui nõ liberauerunt populũ ſuũ de manu tua, reſpondit: Num conſiliarius regis
es? Quieſce, ne interficiã te. Et quidẽ cæteri quoq;, p̃ter Dauid & Ezechiã & Ioſiam, oẽs
peccauerunt, veruntamẽ ſub illis prophetare licuit prophetis, q̃d pertinebat ad huiuſmo-
di genealogiã, quoꝝ vnus dicit: A timore tuo dñe concepimus & peperimus ſpiritũ ſalu
Eſa. 26. tis tuæ fecimus ſuper terrã: atq; idcirco iſti ſoli de memoria p̃ſenti, de libro generationis
Ieſu Chri repulſi ſunt, qui verbũ audire vel p̃cones verbi dei viuere paſſi non ſunt. L Ia-
cob aũt genuit Ioſeph virũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Ecce ſca
Gene. 28. la illa quæ in ſomno Iacob apparuit, quãdo parẽtibus obediens ibat in Syriã, vt de ſua co
Scala Iacob gnatione acciperet vxorẽ. Ecce, inquã, ſcala ſtans ſup terrã, & cacumen illius tangẽs cœ
generatio Chriſti. lũ, & dñs innixus ſcalæ, q dixit ad eũ: Ego ſum dñs deus Abrahã patris tui, & deus Iſaac & c
aſs, eſſe Licet & alius ſecundũ moralẽ intellectũ poſſit illius* ſcalæ ſenſus vtilis, nihilominus tñ ſca
la illa, iſta eſt gñatio Ieſu Chri: & latera ſcalæ, ſummi patres vel principes ſunt huius gña
tionis, Abrahã atq; Dauid, ad q̃s promiſſio facta ẽſt cũ iuramẽto eius q repromiſit. ¶ Su-
premus ſcalæ gradus, cui dñs innixus eſt, iſte eſt beatus Ioſeph, vir Mariæ, de qua Ieſus q
vocat Chrũs, natus eſt. Q̃uo iſte deus & dñs huic innixus eſt? Vtiq; tanq̃ tutori pupillus,
quippe q in hoc mũdo ſine patre natus eſt. Ita innixus eſt huic beato Ioſeph, vt eẽt infan
tulo iſte pr̃ optimus, vt huius ſolatio paterno puer cũ virgine puerpera ſuſtẽtaret. L Oẽs
ergo generationes ab Abrahã vſq; ad Dauid generatiões quatuordecim. & à Dauid vſq;
ad tranſmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim. & à tranſmigratiõe Babylo
Nõ ſine põdere verborũ loquit Matthæus nis vſq; ad Chriſtũ, generationes quatuordecim. ⌋ Quid ſibi vult tam diligẽs generatio-
nũ computatio, tam diligenter facta quaſi per complexionẽ ſiue cõcluſionem computa-
tionis diuiſio? Nũ fruſtra vel ſine rationis põdere taliter digeſſit vel cõplexus eſt genera-
tiones euangeliſta diuinus, in quo vel per quẽ ſine dubio ſpũs ſanctus locutus eſt? quip-
pe



pe qui cum publicanus fuerit, & homo ſine literis, non ab homine neq; p hoĩem, ſed per 2. Petri. 1
ſpm̃ ſanctum doctus eſt, vt ſcriberet. Sine dubio quicq̃d loquit pondus habet, & hoc ipm̃ Matth. 9
quod nunc ait, vim ſenſus continet, quam non preterire libet. Arbitramur enĩ, imo & ex- Galat. 1
perimẽto didicimus, pleroſq; mirari, cur benignitas dei promiſſionem ſuam implere. ſ.
incarnationem filij ſui, verbi ſui, mundo exhibere tam diu diſtulerit. Nimiꝝ qui paratus 1. Petr. 3
ſtudet eſſe vel cupit rationem reddere omni poſcenti de iuſtitia fidelis dei, q repromiſit,
ecce per iſtas τεσσαρεσκαιδεκάδας ſubtiliter animaduertere poteſt, illud magis eſſe miran-
dum, in gloriã & laudẽ iuſti, & vt iam dictũ eſt, fidelis dei, quod immutabilis præſtitit, &
ſtabilis in promiſſo vel propoſito ſuo permanſit, cũ ab illis q̃bus promiſerat multiplr̃, &
nimis grauiter offenſus fuerit. Offenſiones illas numerus iſte quatuordecim generationũ
triplicatus ſubtiliter inſinuat. ¶ Quærat igit aliq̃s: Cur deus tam diu Chr̃m ſuum diſtu- Quæſtio
lit? Cur non primis parentibus, q̃bus promiſerat, continuo dedit? Cur non ſtatim vel in Pſal. 88
breui de aliquo illoꝝ beata virgo nata eſt, quæ Chr̃m conciperet & pareret? Hoc enĩ de-
ſiderabat ille, q cum mitteret ad Pharaonem, Obſecro (inq̃t) dñe, mitte quem miſſurus Exo. 4
es. Et continuo ſequitur: Iratus dñs in Moyſen ait: Aaron frater tuus Leuites, ſcio quod
eloquens ſit, &c. Ac ſi diceret: Me dicente, obſecro dñe mitte quem miſſurus es, dñs ira-
tus erat: & idcirco de eo quod obſecrabat, nec ſaltem reſponſum vllum dedit, ſed alia
dixit: Et quam ob cauſam dñs iratus erat? Videlicet propter peccatum domus Abrahæ, Gene. 37
Iſaac, & Iacob, q̃bus promiſerat, qa filij Iacob frẽm ſuum Ioſeph, per inuidiam in ſeruũ Reſponſio.
vendiderant, & ille quatuordecim annis ſeruierat. Cum enĩ ſedecim eſſet annoꝝ, tunc vẽ Nume. 14
ditus eſt: & quando eductus de carcere ſtetit in conſpectu regis Pharaonis, triginta an-
noꝝ erat. ¶ Itaq; ſicut quodam loco iuſtus iudex, id eſt, dñs dicit: iuxta numeꝝ dierum
quadraginta q̃bus conſideraſtis terram, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis
recipietis iniq̃tates veſtras, ita & illic iuſtum eſſe arbitremur iudicium, vt diceret: Iuxta
numeꝝ quatuordecim annoꝝ, q̃bus ſeruiuit vænundatus Ioſeph, generatio pro anno
imputabit, & quatuordecim generationibus ſemen, quod promiſit patribus veſtris, diffe
retur, quod eſt Chr̃us. Igit ab Abrahã (inq̃t) vſq; ad Dauid generationes quatuordecim,
ſubaudit, & Chr̃us non venit, & eo vſq; diſtulit eum iratus dñs, vnde & Moyſes loco ſu- Peccatum
pradicto congemuit. ¶ Porro, Dauid in quem generationes quatuordecim terminatæ Dauid.
ſunt, cum iam & ipſe promiſſionem accepiſſet eandẽ cum iuramento dñi, peccauit & ipſe
non minus q̃ priores illi. Vriam Aethæum percuſſit gladio, & vxorem illius tulit, & inter- 2. Regũ. 11
fecit eum gladio filioꝝ Ammon. Itaq; non minus ſuper hoc iraſci debuit dñs, q̃ dudum
fuerat iratus, & idcirco à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis ait generaiiones
quatuordecim, & Chr̃us non venit. ¶ Porro, in tranſmigratione Babylonis, quæ pœna
fuit, tranſmigratis illis, non minoris erat peccati vel criminis, q̃d reges Iuda, maximeq; Pctã regũ Iuda
Manaſſes, ſanguinẽ innoxiũ fuderãt multũ, donec implerent Hierl̃m vſq; ad os, abſq; pec 4. Regũ. 21
catis ſuis, q̃bus peccare fecerunt Iudã, vt facerent malũ corã dño. Igit & à tranſmigratio
ne Babylonis, ait, vſq; ad Chr̃m, generationes quatuordecim ſubaudit, & niſi poſt tot ge Matth. 2
nerationes idem Chr̃us venit. Et q̃dem tunc temporis funeſtus Herodes multo ſangui-
ne terrã cruentabat: ſed impietas eius, generi Abrahæ vel ſemini Dauid imputari non de
bebat, vt propter illum Chr̃us differret, quippe q non Iudæus, ſed alienigena erat, vtpo
te patre Idumæo, & matre ortus Arabica. L Iacob (inq̃t) genuit Ioſeph virum Mariæ, de Vir Mariæ Ioſeph.
qua natus eſt Ieſus, q vocat Chr̃us. ⌋ Virũ Mariæ cũ dicit, magnũ & veꝝ nomen beato Deute. 22
Ioſeph attribuit, quia ſi eſt vir Mariæ, eſt & pater dñi. An non & lex hoc edicit, quod ea
quæ deſponſata eſt, iam vxor ſit? Si puellam (inq̃t) virginẽ deſponderit vir, & inuenerit
eam aliq̃s in ciuitate, & concubuerit cũ ea, educes vtrũq; ad portã ciuitatis illius, & lapi-
dibus obruent. Puella, quia non clamauit, cum eſſet in ciuitate: vir, q humiliauit vxorem
proximi ſui. Ergo vir Mariæ Ioſeph, & ipſa vxor illius. Proinde nec iſte inepte dixit: Io
ſeph virũ Mariæ, nec alius Euangeliſta mentitus eſt, patrẽ illum eius, q ex eã natus eſt,
Chri appellando: Et erat (inquiens) pater eius & mater mirantes ſup his quæ dicebant de Lucæ. 2
illo. Non ſolũ aũt Euangeliſta Ioſeph virũ Mariæ dixit, verumetiã prior angelus, quod
æquipollens eſt, Mariam coniugẽ Ioſeph enuntiauit: Ioſeph (inq̃t) fili Dauid, noli timere
accipere Mariã coniugẽ tuam. ¶ O coniugiũ veꝝ, & ſanctũ, coniugium cœleſte, non Coniugiũ cœleſte inter Ioſeph, & Mariam
terrenum? Quomodo enĩ vel in quo coniugati fuerunt? Nimiꝝ in eo, quod vnus ſpũs &
vna fides erat in eis, ſola illic deſinit corruptio carnis. Propterea veriſſime dixit Apl̃us:
Quia primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis, non q̃d iſte Ie
ſus Chr̃us, q ex maria natus eſt, de cœlo cũ carne venerit, & p Mariã quaſi p fiſtulã trãſie 1. Corin. 15
rit, ſicut q̃dam dixerunt hæretici, ſed quod coniugũ vita ſiue coniũctio, tota fuerit cœle-
ſtis, & ſpũs ſanctus amboꝝ coniugalis amor, quoꝝ vtiq; conuerſatio erat in cœlis, in am
bobus præſidens, coniugẽ viri huius fidei cõmiſerit, & de carne virginis hoĩem formans


† pater-

†Paternū † paterno viro huic eius, q naſcebatur, infantis amorē penitus infuderit. Oēs ergo ge-
nerationes, ab Abraham vſq; ad Dauid, generationes quatuordecim & cætera, vt ſupra.
Quæſtio Gene. 28. ¶Quomodo per hmōi ſcalam angeli dei aſcenderunt & deſcenderunt? Iam eñ ſupra di
ximus, qa ſcala, quam vidit Iacob in ſomnis ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tan-
gens cœlum, angelos quoq; dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & dñm innixum
ſcalæ, myſteriū fuit incarnationis huius Ieſu Chriſti, & Ioſeph, cuius cura paterna dñs de
Reſponſio. Maria natus, indiguit, gradum illum ſcalæ fuiſſe, cui videbat inniti. Quid ergo ſignifica-
bat, quod angeli quoq; dei aſcendebant, & deſcendebant per eam? Nimirū vt ſubintelli-
gas illud quod non dubiū eſt: qa vnus idemq; q de Maria natus eſt, vno eodemq; tpe,
1. Petri. 1 quando natus eſt, & angelis maior, & angelis erat minor. Aſcendentes ergo, vidit ange
los, id eſt, deū habere ſupra ſe, in quē deſiderant proſpicere, quod reuera eſt aſcendere:
Pſal 8 deſcendentes vidit eoſdē, id eſt, minorē conſiderare q̄ ſe, hoīem vnum & eundē, quem-
Lucæ, 22 admodū Pſalmus dicit: Minuiſti eū paulo minus ab angelis. An non erat deſcendere, tā-
quā ad minorē ſiue inferiorē, id, quod refert euangeliū: qa dum factus in agonia, proli-
xius oraret, apparuit illi angelus de cœlo confortans eum? Veruntñ eo modo iam non
Pſal. 8. deſcendunt, non minorē aſpiciunt, ex quo reſurgente illo à mortuis, & aſcendente in cœ
lum, factū eſt quod itidem præſcriptū fuerat: gloria & honore coronaſti eum, & conſti-
Quid ē extrahere Leuiathan hamo. tuiſti eū ſuper opera manuū tuarū. ¶Hic nec illud præterire libet, q̄d apud beatū Iob de
diabolo dñs loquit: An extrahere poteris Leuiathan hamo? Et fune ligabis linguā eius?
Item: In oculis eius quaſi hamo capiet eū. Hæc nanq; generatio Ieſu Chr̄i ab Abraham
Iob. 40. vſq; ad Ioſeph virum Mariæ, de qua Ieſus, q vocatur Chriſtus, natus eſt, quaſi longa pi-
ſcatoris linea eſt, cui videlicet lineæ ferreus hamus ſubligatus, carne adoperitur, ob hoc vt
piſcis, edulio prouocatus quod foris patet, ferro ſeipm ſtrangulet, quod intus latet. Diui-
nitas Ieſu Chriſti quaſi ferrum diabolo extitit, & hæc ex Maria veram aſſumendo carnis
naturam, ibi fortitudinē ſuam abſcondit, ſine dubio futurū ſciens, quod ille homicida ab
initio carnem ſuam morte appetiturus foret, & ita quaſi ferro quod intus latebat captus,
atq; extractus, foras mitteret, ſicut factum eſſe credidimus, propter quod & loquimur.
Generatio Chr̄i ſcdm Lucam. ¶Et iſta qdem ſecundū Matthæum genealogia Ieſu Chr̄i, linea eſt eiuſmodi: illa vero ſe
cundū Lucam, ſurſum aſcendens, textura genealogiæ prolixioris, reuera quaſi circulus
extitit, ita vt nihil rectius, q̄ eiuſdē generationis excurſum putemus poſſe intelligi in ver
Ibidē. bis illis, quæ itidē ad beatū Iob dñs dicit: Nunqd pones circulū in naribus eius? & armilla
Lucæ. 3 perforabis maxillā eius? Quid eñ? Nonne cū ſic incipit: Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi
annorū triginta, vt putabat, filius Ioſeph, q fuit Heli, & ſic finit, q fuit Adam, qui fuit dei,
nonne (inquā) initiū & finē coniunxit, & circulū fecit? Cum eñ vno ductu linea ſic flecti
tur, vt eius initium & finis coniungant: nonne circulus, verbi gr̄a, qualis eſt armilla, forma
tur? Ecce Ieſus Chriſtus, de quo ſic incepit: Et ipſe Ieſus incipiens quaſi annorū triginta
vt putabatur, filius Ioſeph: deus & homo eſt. Incepit autem ab homine, & in deo ductus
ſui finem fecit. Nonne igit quaſi lineam, ſiue virgam longe ſubtilem, ſiue ſubtiliter longā
auream, ſiue ferream, à Ieſu Chr̄o incepit, & in Ieſum Chr̄m reduxit, dicendo, qui fuit
Adam, q fuit dei, cum vnus idemq; Ieſus Chr̄s, deus & homo ſit, nec alterius plaſma fue
Inſultatio contra diabolum rit Adam q̄ huius dei? ¶Verū igit o diabole iſte eſt circulus, quē deus in naribus tuis po-
ſuit: iſta eſt armilla, qua maxillam tuam perforauit. Iunxit ſe initium fini, id eſt, deus ho-
mini, & ita hæc. ſ. initium & finis, occurrerunt ſibi in vtero virginis, vt nares tuas transfi-
xas teneret firmiter circulus inflexibilis, & maxillā tuā voracē perforaret armilla talis, ar
milla gloriæ & honoris, vnde nunc vſq; fatuus traheris, & quod auide momorderas, reti
nere non valens, per maxillæ foramen emittis. Vbi vel quando hæc initij atq; finis coniū-
ctio facta ſit, & idem Lucas vberius ſcribit, & iſte breuius eloquit, cum dicit: [Chr̄i autē
generatio ſic erat: Cum eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, anteq̄ conuenirēt, in-
uenta eſt in vtero, habens de ſpū ſancto.] Hic amplius ſplendet iſte liber generationis, &
in hoc tota eſt vtilitas libri, omni legenti, vel audiēti credere, qa Chr̄i generatio ſic erat,
qa de ſpū ſctō Maria virgo priuſq̄ conuenirent conceperat. Quàm diſſimilis gn̄atio hæc
generationibus cæteris, generationibus q̄uis rectorū, vt fuit Abraham? vt fuit Iſaac? vt
fuit Iacob? vt fuit Dauid? Et qdem fuerit aliqua ſimilitudo generationis, quia patres iſti
oēs ſteriles habuere coniuges, vnde & q generati ſunt, in pleriſq; factis ſuis typum geſſe-
Septē matres ſteriles ī ſcripturis runt huius Ieſu Chriſti, q vere natus eſt de vtero ſterili. Quid eñ tā ſterile, q̄ virginitas?
¶Septem matres fuiſſe ſteriles, ſacra ſcriptura memorat: Saram & Rebeccam, Rachel,
Iud. 13 & eam quæ peperit Sampſon, Annam matrē Samuelis, Bethſabe, quæ fuit mater Salomo
1. Regū. 1. nis, vxor Vriæ Aethæi, & Elizabeth quæ peperit p̄curſorē dñi. Qui ex iſtis nati fuerunt,
2. Regū. 11 magni fuerunt, & in pleriſq; (vt iam dictū eſt) factis ſuis admirabiles quaſdā ſimilitudines
Luc. 1 dñi prætulerunt de virginitate naſcituri, quæ naturaliter ſterilis eſt, & nō parit, videlicet
Iſaac



Iſaac & Iacob, Ioſeph & Sampſon, Samuel & Salomon. Iohanne, q ſeptimus extitit, ma
ior inter natos mulierū non ſurrexit, quiq; ipm dñm non tam factis ſuis, vt cæteri, ſignifi- Matth. 11
cauit, q̄ digito demonſtrauit. Octaua ſterilis, id eſt, virginitas, de cognata ſua ſterili Eli-
zabeth proximū accepit teſtimoniū: qa non erit (inqt angelus) impoſſibile apud deum Iohan. 1
omne verbum. ¶Fuerit itaq; aliqua (vt iam dictū eſt) ſimilitudo in illis, veruntamen ra-
tionabiliter hic Euangeliſta dicat: Chr̄i aūt generatio ſic erat: Quod eſt dicere: Cuiuſq; Luc. 1
cæterorū generatio ſic fuit, vt nullus eorū generaret aliter, niſi conuenientibus viro & mu Generatio
liere, ſicut naturæ vſus eſt, Chr̄i autem generatio ſic erat, vt anteq̄ vir & mulier conueni chr̄i lōge ab
rent, inueniret mulier in vtero habens. Hoc eſt illud mirabile & inauditū, quod Hieremi aliis differt
as præuidens: & faciet (inqt) dominus nouum ſuper terram, mulier circundabit virum. Hiere. 31
¶Perſpecto hucuſq; hoc libro generationis Ieſu Chriſti, magnum & euidens oſtiū aper-
tum eſt, ad contēplandas per ordinē facies quatuor vnius animalis, quod videram (inqt
Ezechiel, iuxta flumen Chobar, ita videlicet, vt contēplatio hęc ſumma ſit noſtri propo
ſiti, quod inſinuat titulus præfixus huic operi, de gloria & honore filij hoīs. Nam idē Eze Ezech. 1. 10
chiel, cum dixiſſet, & gloria dei Iſrael erat ſuper eam, videlicet portam domus dñi orien-
talis, protinus ſignificans quam diceret gloriam dñi, ipſum eſt (ait) animal quod vidi ſub-
ter deum Iſrael iuxta fluuium Chobar, quatuor vultus vni, &c. Iam ex hoc capitulo facies
hoīs, qualis, quàm pulchra, quam glorioſa ſit, debet animaduerti, cum Euangeliſta dicit:
Cum eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, anteq̄ conuenireut, inuenta eſt, in vtero
habens de ſpū ſancto. Ex hoc (inquam) capitulo, & deinceps vſq; ad paſſionis eius ſeriē,
quæ (vt ſuperius iam dictum eſt) facies eſt vituli, conſiderare libet pulchritudinem faciei
huius, faciei hominis, quantum ſe ipſe oſtendere dignabitur: cui corde & ore clamamus,
oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. ¶Quanta eſt hæc faciei huius, faciei homīs pul- Pſal. 79
chritudo, quod inuenta eſt mater eius in vtero habens de ſpū ſancto? Magnus hic honor Facies hoīs
generis humani, quod homo noſtræ naturæ, noſtræ conditionis, paſſibilis atq; mortalis, in Chr̄o de-
incarnatus, vel conceptus eſt de ſpū ſancto, id eſt, non de ſemine virili, ſed de virtute, & cus gn̄is hu
operatione ſancti ſpūs. Recte ergo facies iſta, tantæ pulchritudinis conſcia, dicit in Can mani.
ticis Canticorū: Ego flos campi, & liliū conualliū, id eſt, honor humani generis, & decus Cant. 2
parētum humiliū. ¶Tantā pulchritudinē, tantæ claritatis margaritā, iam tunc oculis in- Cōſiliū ſpūs
uidis, propalari non expediebat. Ibi eñ erat, q dicere habebat: Nolite mittere margari- ſcti in deſpō
tas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuerſi, elidant vos. Eteñ, vt de cæ- ſatiōe Mariç
teris interim taceā, qualis tunc erat porcus Herodes? Quales erant porci oēs eius fune- Matth. 7
ſti ſatellites? Nonne ergo fuiſſet hoc margaritā valde ſplendidā ante porcos mittere vir-
ginem prægnantē ſiue parientē de ſemetipſa prædicare, vnde haberet in vtero. ſ. de ſpū
ſancto? Fieret eñ inqſitio vnde concepiſſet, vel à quo impregnata eſſet, ſi virū non habēs
peperiſſet. Igit laudi deputandū eſt eius, de quo in vtero habebat. ſ. ſpūs ſancti, ſpūs conſi
lij, quod mater eius deſponſata erat, qa vere ſecundū hoc ipm nomen vel præconium
quod dicit & eſt ſpūs conſilij, dignū ſe fecit, digne prouidit, vt illa deſponſaret, & p hanc
occaſionem ab omni quæſtione liberaret. Sponſus vel nomen ſponſi cœleſtibus nuptijs
ſecretū fecit: ianuas cubiculi clauſas cuſtodiuit: ita vt non foris oīno pateret tranſeūtibus
lux claritatis, quæ intus erat, niſi quantū p ſubtiles radios ex rimis ſiue feneſtris obliqs ſi-
gnificari rō poſtulabat. Idcirco erat deſponſata, idcirco illā ſponſum habere ſpiritui ſan-
cto cōplacuerat, vt qūo falſus fuit Saul, cū vngeret rex Dauid, ita falleret Herodes ſiue ha
bitans in Herode diabolus, in hoc ſacro regis & dñi, filij dei, filij Dauid, incarnati ſiue na- 1. Reg 16
ſcentis ex vtero virginis. Qualiter falſus fuit Saul, cū vngeret rex Dauid? Cū diceret Sa-
muel qūo vadā? audiet eñ Saul, & interficiet me. Vitulum (ait dñs) de armento tolles in
manu tua, & dices: Ad immolandū dño veni. Nimirū iuxta hanc ſimilitudinem ſpūs dñi
ſpūs conſilij, ita ordinauerit, ac ſi diceret in ſecretis ſuis. Virum vnum de populo accipi-
at virgo hæc, & ſit ei deſponſata, vt dum conceperit, & pepererit, dicat, quia virum duxi,
quia nuptias celebraui, atq; ita ſicut Samuelem tunc liberauit immolatio vituli, quaſi ob
cauſam nullā aliā veniſſet in Bethleem, ita virginē hāc ab oīni quęſtione liberet exiſtima
tio carnalis cōmertij, quaſi nihil aliud in ea natū ſit, q̄ quod ſolet in cōiugio vel de cōiugio
naſci, veruntñ hoc prius Ioſeph neſciuit, ſed poſt angelo in ſomnis euangelizāte didicit:
[Ioſeph (inqt) fili Dauid noli timere, accipere Mariā coniugē tuā: Quod eñ in ea natū
eſt, de ſpū ſancto eſt.] Timebat eñ eam accipere, nolebat eā traducere, ſed volebat occul-
te dimittere. Hæc ille cogitabat cū eſſet iuſtus, ait Euangeliſta. ¶Et reuera hoc erat iuſti Ioſeph vir
hoīs, nec tantum iuſti, verumetiam pij, quod hinc timebat conſentire peccatis alienis, & iuſt⁹ & pi⁹
inde abhorrebat vti pmiſſo vel ſeueritate legis dicentis: Quod ſi non eſt in puella inuēta Deuter. 22
virginitas, ejicient eā extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruēt viri ciuitatis eius,
& moriet, qm̄ nefas fecit in Iſrael, vt fornicaret in domo p̄ris ſui, & auferas malum de me
dio

BIBLIOTECA

dio tui. Neutrum hoꝝ facere.ſ. neq; traducere, neq; in iudicium voluit producere. Hoc
vnum prælegit, hoc maluit, videlicet occulte dimittere eam, quod ad ꝑfectam ꝑtinet iu
Quæſtio ſtitiam. ¶ Hic ꝑcontari libet: Quare timorem eiuſmodi deus illi euenire ꝑmiſit? Quare
non ꝓuenit? Quare hunc ipſum angelum, quem tandem miſſurus erat, non miſit antea,
Reſponſio. tunc.ſ. quando miſit ad virginẽ, quæ ei deſponſata erat? Videlicet, vt tentaret, & manife
ſtum fieret tam ſanctis angelis, ꝙ nobis hoĩbus de ipſo, quod eſſet iuſtus, & talis, q digne
Leu. 19. ſic deberet appellari, Ioſeph fili Dauid. Sic etẽm idẽ pater eius Dauid, maluit exulare, ꝙ
Matth. 5 vti ꝑmiſſo legis dicentis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Tradi-
derat dñs in manu eius Saul odientẽ, & ꝑſequentem: & nunc (ait Abiſai) ꝑfodiam eũ lan-
1. Regũ. 26 cea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit. Ait ille: Viuit dñs, qa niſi dñs ꝑcuſſerit eum
aut dies eius venerit, vt moriat, aut in præliũ deſcendens, perierit, propitius mihi ſit dñs,
ne extendam manũ meã in Chr̃m dñi. Et poſt hæc ſurrexit Dauid, & abijt ad Achis regẽ
Geth, & habitauit cum Achis in Geth. Quomodo iſte iuſtus Ioſeph occulte dimittere eã
voluit, quam habebat deſponſatam, niſi proficiſceret in regionẽ aliquã, ſicut fecit ille Da
Ioſeph filiꝰ uid: & ſicut propter aduerſos caſus fecerunt pleriq; alij? ¶ Amplius autem ex eo filius Da
Dauid uid tam inſigniter, tali in re, tali in tꝑe dignus fuit appellari, dicente angelo, Ioſeph fili
Dauid: quia fidem habuit eandem quam habuit pater eius fidelis Dauid: Quippe q prius
inaudita credidit, videlicet quod ipſa, quæ conceperat, virgo eſſet: ſecundum verba hæc
eiuſdem angeli, quod eñ in ea natũ eſt, de ſpũ ſancto eſt, & cætera. Nam promiſſionis
ſiue repromiſſionis, in qua credendo pater Abraham iuſtificatus, & amicus dei appella-
tus eſt, conſummatio eſt hic ſermo angeli, quem in ſomnis accepit, & ſtatim obediuit deo
Spũs ſctũs credulus, puellæ beneuolus, eatenus vir iuſtus, exinde iuſtiſſimus. ¶ Spũs ſanctus maxime
primũ ab ex hoc facto ſuo nominat, qa quod in ea natum eſt (ait angelus) de ſpũ ſancto eſt. Ante-
angelo ſic hac ſpũs dei, ſiue ſpũs dñi dicebatur, nec facile in omni ſerie veteris inſtrumenti, reperies
dictus hoc inſigne vocabulum, ſ. ſpm̃ ſanctum præter quod Dauid: & ſpm̃ ſanctum tuum ne au
Pſal. 50 feras, inqt, à me. Nec ipſe, ſic abſolute ſpm̃ ſanctum dixit, ſed tuum addidit, ſicut in cæ-
teris ſcripturis legalibus, ſiue propheticis, nuſquam abſolute ſpũs ſanctus, ſed relatiue ſcri
bitur (vt iam dictum eſt) ſpũs dei, ſiue ſpũs domini. Ab hoc loco fere primum ſonuit in
auribus noſtris, hoc reuerendum & inſigne vocabulum, proprium atq; abſolutum, ſpũs
Luc. 1 ſanctus: vbi angelus, & ad Mariam, ſpiritus ſanctus (ait) ſuperueniet in te, & ad Ioſeph,
Matth. 1 quod eñ in ea natum eſt (inqt) de ſpũ ſancto eſt. Quam ob cauſam? niſi quia (quod cum
Quæſtio magna reuerentia cogitandum eſt) maxime ex hoc opere, quod in Maria operatus eſt,
claruit hic ſpũs domini, quod vere ſanctus ſit. ¶ Quærat aliqs: Cum & pater ſpũs, & filius
ſpũs: & pater ſanctus, & filius ſanctus ſit, quam ob cauſam vocabulum hoc, quod eſt ſpũs
Reſponſio. ſanctus, proprium aſcribit perſonæ huic, & ſola hæc perſona ſic vocari debuit? Ad hæc
inquam: Nimirum, qa tota perſonæ huius operatio, non aliud niſi ſanctificatio eſt. Hæc
operationum diſtinctio diligenter animaduertenda eſt, qa deus omne quod factum eſt,
Sctificatio per filium fecit, & omne quod ſanctum eſt, per ſpm̃ ſuum ſanctificauit. Quid enim eſt ſpi
ꝓpria ſpũi ritus eius, niſi amor eius? ¶ Et quomodo creatura quæcunq; rationalis aliter, niſi amãdo
ſancto creatorem, potuit vnquam vel poteſt ſanctificari? Igitur quamuis & pater (vt iam dictũ
eſt) ſpũs, & filius ſpũs, & pater ſanctus, & filius ſanctus ſit, recte tamen hæc ſola perſona ſpi
ritus ſanctus debuit nuncupari, cuius oꝑatio propria, creaturæ ſanctificatio eſt, ſine quo
nec angelus ſanctus, nec homo ſanctus eſt, quem non habẽs angelus, diabolus eſt, quem
non habens homo, Antichrũs vel membrum diaboli eſt. Huius ſanctificationis ſummã
eſſe nemo q ẽ neſciat id quod in beata Maria natum eſt, imo & principium eiuſdem ope
rationis, id eſt, ſanctificationis illa conceptio eſt. Deniq; ipa eſt prima, in quam iſte ſpũs
illo cum dato ſuperuenit, propter quod & dicitur ſpũs ſanctus, quod videlicet datum, re-
Duplex da miſſio eſt peccatorum, ¶ Et quidem ante illam ſuper multos venit hic idem ſpũs domini,
tum ſpiritꝰ ſed alio dato quod eſt gratiaꝝ diuiſio. Duo quippe ſpũs huius data ſunt, alterum quod
ſancti. eſt remiſſio peccatoꝝ, alteꝝ quod iam dictum eſt.ſ. diuerſarum diuiſio gratiaꝝ, de quo
1. Corin. 12. Apl'us: Alij qdã (inquit) per ſpm̃ datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ, alteri
fides, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum,
alij genera linguaꝝ, alij interpretatio ſermonum: huiuſmodi gratias ante beatam Mariã
plures habuerunt, & nonnulli, ex his qui habuerunt, non ſancti fuerunt, exempli gratia,
vt Saul & Balaã. Datum aliud, quod ẽ remiſſio peccatoꝝ, ſpũs dñi diſtulit in Chr̃i aduen
Iohan. 7 tum: Et de hoc eſt dictum illud. Nondum enim erat ſpũs datus, quia Ieſus nondum erat
Maria datũ glorificatus, ¶ Datum hoc, beata Maria prima omnium mortalium accepit in ipſa hora
ſpũs ſancti conceptionis, dicente angelo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obum
in remiſſio brabit tibi. Ideoq; & quod naſcet ex te ſanctũ, vocabit filius dei. Et reuera, vt oĩno ſanctũ
nem pecca eſſet, quod ex ea naſceret, oporrebat ipam ſanctificari, id eſt, emundari ab omni pctõ, tã
actua



quod maius erat.ſ. originali. Nec vero ſolum hoc tunc accepit ſpũs datum, quod eſt re- toꝝ prima
miſſio peccatoꝝ, veꝝ etiam illud alteꝝ, quod eſt diuiſio gratiaꝝ, videlicet ita vt operatio accepit.
nem virtutum oĩmodam, maximeq; fidem & prophetiam, ſiue oẽm haberet propheticã
grãm. ¶ Nam ipa eſt prophetiſſa illa, de qua dicebat Eſaias: Et acceſſi ad prophetiſſam, Eſa. 8.
& concepit, & peperit filiũ. Præmiſerat aũt: Et dixit dñs ad me: Sume tibi librũ grandem Maria pro
& ſcribe in eo ſtylo hoĩs, velociter ſpolia detrahe, cito ꝓdare. Et adhibui mihi teſtes fide phetiſſa
les, Vriam ſacerdotẽ & Zachariam filiũ Barachiæ. Quis erat ille liber grandis, quẽ vt ſu-
meret, & ſtilo hoĩs in eo ſcriberet, dictũ ſibi aſſerit, & adhibitis teſtibꝰ, acceſſi (inqt) ad ꝓ
phetiſſam, & concepit, & peperit? Quis (inquam) erat liber ille grandis, niſi vniuerſa ſcri-
ptura ſancta, quanta vſq; ad tẽpus illud conſcripta fuerat à Moyſe & prophetis? Hunc li
brum ſumere fuit illi, & in eo ſcribere ſtilo hoĩs, propheticam accipere grãm, & portio-
nem ſuam ſcribere de aduentu Chr̃i filij dei, taliter vt ab hoĩe poſſet legi & intelligi. Et qd
erat illi hoc facto accedere ad prophetiſſam, quæ cõcepit, & peperit, niſi ab iſta beata vir
gine illũ cognoſci, & ſicut cæteras ſcripturas, ita & librũ Eſaiæ mente eius comꝓhendi,
docente illam repentina illuminatione ſuꝑuenientis in eam ſpũs ſancti? ¶ Inde gratulat
quod taliter ad hanc prophetiſſam acceſſerit, & quod huius rei teſtes habeat Vriã ſacer- Teſtes Vri
dotem, & Zachariam filiũ Barachiæ, id eſt, oẽs credentes de vtroq; populo, gentili at as & Zacha
q; Iudaico. Vrias nanq;, quod interp̃tat lux mea deus, ipe eſt anterior populus.ſ. Iudai- rias
cus, cui ſoli quondã notus erat deus, vnde & dicere poterat, lux mea deus. Zacharias ve-
ro, quod interp̃ta memor dñi, ipe eſt poſterior populus, videlicet gentilis, q nunc eſt me
mor dñi, qa quod ille populus expectabat futuꝝ, iſte nouit ac meminit iam eſſe factũ.ſ.
quod hæc prophetiſſa, conceperit, & pepererit filiũ. Vterq; populus hodie teſtis eſt illi,
quod in illo libro grandi veritatẽ ſcripſerit. Igitur vtrũq; ſpũs datum ſimul, accepit hæc
beata virgo Maria, prophetaꝝ prophetiſſa, & hæc eſt gr̃a plena, iuxta ſalutationem ange
li, dicentis: Aue gr̃a plena, qa videlicet dum ſuſcepit, vel concepit verbum dei, verbũ do-
mini, ſimul accepit vtrũq; ſpũs dei datum. ¶ Secundo loco Iohannes amicus ſponſi, ꝓ- Iohannes
curſor dñi, vtroq; eiuſdem ſpũs dato meruit participari ex vtero matris ſuæ, ſicut prædi- Baptiſta
xerat idem angelus qui ad beatam Mariam locutus eſt: Et ſpũ ſancto replebit adhuc ex
vtero matris ſuæ, quod videlicet tunc mater eius præſenſit, quando exclamans voce ma- Luc. 1
gna, & ipa ſpũ ſancto repleta: Ecce eñ (inqt) vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus
meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: Vnde ſicut veraciter huic beatæ virgini di
xit angelus, gr̃a plena, ita veriſſime dñs de illo dixit: Inter natos mulieꝝ maior nõ ſurre- Matth. 11
xit. De plenitudine gr̃æ, qua dictũ ẽ: Aue gr̃a plena, primus ille accepit, & eodem ſpũ ſan
ctificati ſunt, & hæc mater dñi, & ille amicus dñi. Et extunc qui prius dicebat ſpũs dei, Spũs ſctũs
vel ſpũs dñi, ſpũs ſanctus cœpit altius enuntiari, primũ ex ore angeli, & deinde ex omni nomẽ vene
euangelio Chr̃i, quod vocabulum venerabilius ſonare non dubito omni habẽti aures au rabilius eſt
diendi, licet & hoc nomen, ſpũs dei, ſpũs dñi, ſatis & multum venerabile ſit. Rationẽ noĩs ꝙ ſpũs dei
ſpũs ſancti quam diximus.ſ. remiſſionem peccatoꝝ, ipe angelus protinus euidenter ex-
ponit, cum dicit: Pariet aũt filiũ, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe eñ ſaluũ faciet po-
pulum ſuũ à peccatis eoꝝ. Quàm nouum nomen eſt ſpũs ſanctus, tam noua eſt hæc rõ
noĩs, ipe eñ ſaluum faciet ppl'm ſuum à peccatis eoꝝ. Nuſꝗ eñ in lege aut prophetis re-
miſſio peccatoꝝ (quod datum eſt ſpũs ſancti præcipuum) verbis enũtiat tam manifeſtis.
¶ Quam aliã ſiue meliorẽ quærere debemus nouitatẽ, in verbis illis ſancti & veri dicẽtis: Nomẽ no
Qui vicerit, faciã illũ columnã in tẽplo dei mei, & foras non egrediet amplius, & ſcribam uum.
ſuꝑ eũ nomẽ dei mei, & nomẽ ciuitatis dei mei nouæ Hierl'm, quæ deſcẽdit de cęlo à deo Apoca. 3
meo, & nomẽ meũ nouũ: ſiue in illis apud Ezechielẽ promiſſis dñi: Et dabo cor nouum
& ſpm̃ nouũ ponã in medio veſtri. Quæcũq; vel quãtacũq; dicant ad ſanctã nouitatẽ ꝑ- Ezech. 36
tinentiã, ſumma oĩm eſt remiſſio peccatoꝝ, quæ hinc habet initiũ vbi dixit angelus, Ipſe
eñ ſaluum faciet ppl'm ſuũ à peccatis eoꝝ. ¶ Nihilominus & hoc nomẽ filius dei, ſiue fi-
lius altiſſimi, nouum eſt: Sicut eñ iam de nomine ſpũs ſancti dictũ eſt, ita & de iſto noĩe Filiꝰ altiſſi
perpendere vel reminiſci non otioſum eſt, qa non facile quiſꝗ hoc reperiet in veteribus mi nomen
ſcripturis, legalibus, ſiue ꝓpheticis. Deniq; ſicut q in lege ſiue prophetis dicebat ſpũs dei nouum.
ſiue ſpũs dñi, nunc ex euangelio prædicat ſpũs ſanctus, ita q in illis ſcripturis dicebat ver
bum dei, ſiue verbũ dñi, nunc dicit filius dei, ex quo ſic angelus ꝓnuntiauit, ideoq; & quod
naſcet ex te ſanctũ, vocabit filius dei. Itemq;, hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabit.
Erat plane in principio, erat de patris corde natus hic filius, hic deus: ſed erat filius occul-
tut, deus abſcõditus, dicebatq; interdũ de futuro tale quid: dñs dixit ad me, filius meus es Pſal. 2
tu, poſtula à me, & cætera, ſed vulgo non audiebat, palam non loquebat, neq; cognoſce- Nunc ma
batur, ¶ Et idcirco confeſſio nominis eius, non eo iure, quo nunc exigitur, ab hoĩbus exi- ior ꝙ olim
gebatur. Ex quo is, qui erat ex deo genitus, factus eſt noſtræ naturæ filius, ex eo tã huius exigitur
filij

cõfeſſio tri- filij quàm eius, de quo conceptus eſt, ſpũs ſancti, à nobis confeſſio iure exigit, ſicut & pa-
nitatis tris, cuius & hic filius, & iſte eſt ſpũs ſanctus, vt non dicamus tantũ, ſicut prius, deus Abra
ham, deus Iſaac, & deus Iacob, ſed q̇d clarius eſt, deus pater, deus filius, deus ſpũs ſanctus
Acto.17 in quo viuimus, mouemur, & ſumus. ¶Solenne eſt, & illud hic ꝓpendere, cũ dicit: Pariet
Maria cœ- autem filium, q̃a beata Maria cœlum illud eſt, de quo fuerat p̃ſcriptũ: Et ianuas cœli ape
lum dicit̃ ruit, & pluit illis manna ad manducandũ. Si em̃ cuiuſlibet iuſti anima cœlum eſt, quanto
magis hæc ſingularis dei habitatio vel ſedes? ¶Quot aũt vel quæ ſunt ianuæ huius cœli,
Pſal.77 quas dñs deus aperuit? Duæ, altera mentis, altera ventris. Ianuam mentis deus aperuit,
Duæ ianuę q̃a beata hæc credidit, quæ dicta ſunt ei: Ianuam ventris aperuit, q̃a ſine viro virgo con-
huius cœli cepit, virgo peperit, & poſt partũ virgo ꝑmanſit. Quis em̃ alius, niſi deus ianuam ventris
ſic aperiret, vt & pareret, & virgo ꝑmaneret? Hinc eſt illud apud prophetã Ezechielem:
Ezech.44. Et cõuertit me ad viã portę ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientẽ, & erat clau
ſa. Et dixit dñs ad me: Porta hæc clauſa erit, & nõ aperiet̃, & vir non tranſiet ꝑ eam, q̃m
Porta clau dñs deus Iſrael ingrediet̃ per eam, eritq́ꝫ clauſa principi: Princeps ipſe ſedebit in ea, vt
ſa principi. comedat panem corã dño. Per viam veſtibuli portæ ingrediet̃, & ꝑ viam eius egrediet̃.
Notum eſt eccleſiaſticæ fidei celebre, & vſitatũ eſt in laudibus Chr̃i, & ſanctoꝝ patrum
ſcriptis, q̃a hæc porta clauſa mater eſt incorrupta, clauſa principi, id eſt, ad honorẽ prin
cipis Ieſu Chr̃i, ꝗ videlicet princeps in ea ſedit, quippe ꝗ à die conceptionis, in ſacri ven
tris hoſpitio, nouem menſibus habitauit, & ꝑ viam veſtibuli, id eſt, ꝑ auditũ fidei ingreſſus
ita ꝑ viam eius egreſſus eſt deus & homo, vnus idemq́ꝫ dñs deus Iſrael, vt ꝑ eam vir non
Panis cœli trãſiret, id eſt, neqꝫ in concipiendo ſeſe inſereret, neqꝫ naſcituro viam aperiret. ¶Sed ad
verus, non prioris prophetiæ capl'm reuertamur. Ianuas cœli aperuit, & pluit illis mãna ad mandu-
manna pa candũ, & panẽ cœli dedit eis, panẽ angeloꝝ manducauit homo. Iudæi putauerunt Pſal-
trum, ſed miſtã hoc dixiſſe de manna illo tranſitorio, q̇d p̃res eoꝝ manducauerunt in deſerto. Cũ
Chrũs eſt. em̃ curioſe agentes, & otioſe viuere volentes, dixiſſent: Quod ergo tu facis ſignũ, vt vi-
Pſalm.77 deamus, & credamus tibi? q̇d ꝓaris? Patres nr̃i manducauerunt manna in deſerto, con-
Exo.16 tinuo ſubiunxerunt: Sicut ſcriptũ eſt: Panẽ de cœlo dedit eis manducare. Veꝝ ita putã-
Iohan.6 do vel ſentiendo multũ errabant, ſi tali cibo viuere exiſtimabant etiã angelos, q̃m conti-
nuo ſequit̃: Panẽ angeloꝝ manducauit homo. Dixit ergo eis Ieſus: Amen amen dico vo
bis, non Moyſes dedit vobis panẽ de cœlo, ſed pater meus dat vobis panẽ de cœlo veꝝ.
Et ſenſus eſt: Panẽ illũ, de quo ſcriptũ eſt illud, q̇d mihi obijcitis: Panẽ de cœlo dedit eis
manducare, non p̃terito t̃pe datum eſt, nec Moyſes dedit, ſed p̃ſenti t̃pe pater meus dat
vobis. Etem̃ ego ſum panis viuus & verus, ꝗ de cœlo deſcendi, & de iſto t̃pe dixit ſpũs in
Dauid, panem angeloꝝ manducauit homo, ꝗuis verbo ſit vſus p̃teriti t̃pis, dicendo, man
ducauit, ſicut mos eſt frequens prophetis, futura nuntiare verbis p̃teriti t̃pis. Igitur quan-
do factum eſt, quod dixit angelus, pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum, tunc
ianuas cœli dñs aperuit, & pluit nobis manna ad manducandum, panem cœli, panẽ an-
Siĩtudo cõ geloꝝ. ¶Secundum ſimilitudinem illius facti, quod ita ſcriptum eſt: Mane quoqꝫ ros ia
ceptionis cuit ꝑ circuitum caſtroꝝ, cumq́ꝫ operuiſſet ſuꝑficiem terræ, apparuit in ſolitudine minu
Chriſti ad tum, appellauitq́ꝫ (ait ſcriptura) domus Iſrael nomen eius Man, ſecũdum ſiĩtudinem in-
manna. quam illius ſigni factum eſt hic. Spũs ſanctus ſuperuenit in beatam virginem, ꝗ in ſan-
Exod.16 ctis ſcripturis ꝑ rorem ſolet ſignificari. Et hoc fuit vtiqꝫ rorẽ iacere in ſolitudine, viſce-
ribus infundi virginis ſolitariæ, nulliq́ꝫ viro peruiæ. Ille vteꝝ virgineũ cœlitus irrorauit,
non de ſua ſubſtantia, ſed de naturali humore ipſius incorruptę carnis. In quo mira & ma
gna diſtantia eſt, ab omni conceptu vniuerſæ carnis, q̃a vim ſementinã ſacri corꝑis, non
vir extrinſecus accedens, ſed ſpũs ſanctus intus operans, excitauit. Tunc in eadẽ ſolitudi-
ne apparere minutum, hoc fuit adeſſꝰ in eodẽ ſecreto verbũ ſubtiliſſimũ atqꝫ fortiſſimũ,
Luc.1 quod eidem ſe humori miſcuit tanq̃ coagulum, vnde ſicut filij Iſrael dixerunt adinuicẽ,
manhu, ita nos & multo magis nos dicamus, q̇d ẽ hoc? Dicamus etiã ꝓpter hoc: Bñdicta
tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, q̃a videlicet mulier omnis concipiẽs,
de amore viri concipit: tu ſola de amore dei. id eſt, de ſpũ ſancto concepiſti. Hoc appel-
lamus nos domus Iſrael man, guſtusq́ꝫ eius nobis quaſi ſimilæ cum melle, quo epulamur
quotidie, tam auditu cœleſtis doctrinæ, q̃ perceptione ſacræ euchariſtiæ. Hoc aũt totũ
Eſa.7. factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum per prophetam dicentem: Ecce virgo in vte-
ro habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt intepretatum no
biſcum deus. Dictum hoc propheticum, qs non audiuit, quis non intellexit? Vbicũqꝫ p̃-
dicatum eſt euangelium libri huius generationis Ieſu Chriſti, prædicatũ eſt etiã hoc inſi
gne præconium, recitatumq́ꝫ competens hoc teſtimonium veritatis, noctumq́ꝫ factũ eſt,
Teſtimoni & in vſu habitum paruulis quoqꝫ eccleſiæ catholicæ filijs. ¶Noli autẽ o lector ſiue audi-
um Eſaiæ tor p̃ſentis euangelij, noli hoc tantillum reſpicere quod calamus hic expreſſit, de prophe
ta grã



ta grandi, de vate magno & nobili: Ecce virgo in vtero habebit, ſiue cõcipiet, & pariet fi verbis mo
lium, & vocabit̃ nomẽ eius Emmanuel, licet hoc tantillũ de illo ſcripſerit. Nõ ſcripti quã- dicũ virtu-
titatẽ, ſed ſcribentis perpende intentionẽ, & ſcito, quia dum tantillũ ſcribit, ad legendum te multũ.
ea quæ ſequunt̃ te mittit. Quaſi ianuam pulchræ domus aperuit, & admota lucerna, quid
ſit intus, familiariter ſignificauit. Quid em̃ intus eſt? Quid vides? Trinam vocationẽ ſiue
vocabuli poſitionẽ vides huius filij, de quo dictũ eſt hic per angelum: pariet aũt filium, &
vocabis nomen eius Ieſum. Primo, illic dictum eſt: Et vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Eſa.8
Butyrũ & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonũ. Secundo, ibidẽ dictũ Eſa.9
eſt: Voca nomen eius, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari. Tertio, itidem dictũ eſt:
& vocabit̃ nomẽ eius admirabilis, cõſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pa-
cis. Igitur vere diuinus & ſpiritu ſancto euangeliſta illuminatus, lucẽ introrſus in prophe
ticam veritatẽ breui quidem dicto iniecit, ſed latam & longam domũ eiuſdem propheti-
cæ veritatis illuſtrauit. ¶Cũ multa ſcripta ſint in lege, & prophetis, & pſalmis, de puero
hoc, quod & ipſe ſciens, q̃m oportet, inquit, impleri om̃ia quæ ſcripta ſunt in lege & pro
phetis, & pſalmis de me, ſciendũ ꝙ apud nullum prophetarum, in nullo pſalmoꝝ, nuſq̃ Lucæ.24
in tota lege, ita vt hic apud Eſaiam deſignatur ex nomine. Vnde animaduertendũ, quia
ſanctus euãgeliſta non ſegniter elegit, qui hoc teſtimoniũ propheticũ præ cæteris in cau
ſa p̃ſenti aſſumere maluit. ¶De nomine Emmanuel, q̃m hoc interpretatur, nobiſcũ deus, Emmanuel
quam interpretationẽ apponere nõ ſuperflue curauit, idem ſentimus quod de illo dicto
alterius euangeliſtæ: Et verbũ caro factũ eſt & habitauit in nobis. Hoc tale vocabulum & Iohan.1.
hic ſenſus pulchre nobis aperit, quid myſterij contineat illud, q̇d vbi (ſicut ſupra memini
mus) appellauit domus Iſrael nomen cibi ſiue panis, quẽ dñs dedit, man, quod erat quaſi Exod.16.
ſemen coriandri albũ, ita ſubiunctũ eſt, guſtusq́ꝫ eius quaſi ſimilæ cũ melle. ¶Quid em̃ eſt Quid ſimi-
iuxta myſterium ſupradictũ ſimila cum melle, niſi caro huius Emmanuel cũ diuinitate? la cũ melle
Qualis eſt guſtus, vbi talis Emmanuel videtur? Etenim viſio eius, & ſanctoꝝ angeloꝝ & humanitas
omniũ beatoꝝ ſpirituũ ſiue hominũ vitalis eſt cibus, & immortalis indeficiẽs guſtus, q̇d cum diui-
nos & ſi credimus, & vtcunqꝫ ſcimus, tamen impoſſibile eſt ſcire ſicut eſt, donec videndo nitate.
manducemus, atqꝫ ita manducãdo experiamur, quia vere eſt ſimila cũ melle, id eſt, vera &
munda eſt humanitas, cũ dulci & ſuaui diuinitate. ¶Et vide huius & cæteroꝝ nominũ Ordo pul-
q̃ pulcher & q̃ rationabilis ordo ſit, quẽ dudũ in alio quodã opere ita breuiter me anno- cher in no-
taſſe memini. Primũ, Emmanuel, id eſt, nobiſcũ deus, pro cauſa videlicet quæ prima eſt minibus fi-
in ordine, q̃a habitauit in nobis deus homo factus. Secundũ, accelera ſpolia detrahere, fe lij dei.
ſtina p̃dari, ea videlicet pro cauſa, quia moriendo fortẽ armatũ diabolũ ſuperauit, & ſpo
lia diſtribuit. Tertiũ, quia admirabilis videlicet, q̃a ſurrexit à mortuis, & aſcendẽs in cœ-
lũ, gloria & honore coronatus, ſedet à dextris dei. Quartum, conſiliarius ex eo ſcilicet ꝙ
dans paracletũ ſanctũ apoſtolis ſuis, conſiliũ habuit cum eodẽ ſpiritu cõſilij, de repellẽdis
Iudæis, & vocãdis gentibus. Quintũ, deus, q̃a exinde omni mũdo vere adoratur vt deus.
Sextũ, fortis, quia vere fortis in iudicio, quo expectatur, apparebit. Septimũ, pater futuri
ſeculi, q̃a nimiꝝ peracto iudicio nõ iam vt dñs ſeruoꝝ, ſed vt pater filioꝝ regnabit. Octa Roma.5.
uum, princeps pacis, q̃a reuera laudabitur in æternũ, & grates habebit vt autor pacis, qua Ephe.2
deo ſumus recõciliati per mortẽ eius qui eramus inimici. Exurgẽs aũt Ioſeph à ſomno,
fecit ſicut p̃cepit angelus dñi, & accepit coniugem ſuã, & nõ cognoſcebat eã, donec pepe
rit filium ſuũ primogenitũ, & vocauit nomen eius Ieſum. Pluit ſuper peccatores laque Pſal.10
os, ait ſpũs ſanctus in pſalmo, ſtatimq́ꝫ ſubiungit, ignis, ſulphur, & ſpũs procellaꝝ, pars ca Scripturæ
licis eoꝝ. Et eſt ſenſus: Dñs cuius palpebræ interrogant, id eſt, probant filios hominũ, ta- hæreticis
liter ſuã condidit ſcripturã, per quam illaqueentur peccatores, qui diligendo iniquitatẽ in laqueũ
oderunt animã ſuã, quoꝝ curioſitas, velut ignis, quoꝝ expoſitio, qua ſcripturas peruerſe ſunt.
exponũt, veluti ſulphur, quoꝝ verboſitas in diſputando, velut ſpũs eſt procellaꝝ, & iſta
omnia ſunt in p̃ſenti pars calicis eoꝝ, alia vero pars reſeruatur eis in futuꝝ. ¶Ex his fuit
impurus Eluidius, cuius aduerſus blaſphemias virginitatẽ beatæ Mariæ inſigni epiſtola Eluidius cõ
defendit vir illuſtris beatus Hieronymus. Illũ, q̃m erat peccator & iniquitatẽ diligebat, tra perpe-
hoc dictũ euãgeliſtæ, & nõ cognoſcebat eã, donec peperit filiũ ſuũ primogenitũ, ſic illa- tuã virgini
queauit, vt diceret: Donec ſiue vſqꝫ, aduerbiũ, certũ tempus ſignificat, quo completo, fiat tatẽ Marię.
id, quod vſqꝫ ad illud tẽporis quod præſcriptũ eſt nõ fiebat, velut in p̃ſenti, & nõ cognoſ-
cebat eã, donec peperit filiũ. Apparet ergo, inquit, cognitã eſſe poſt partũ, cuius cognitio
nẽ filij tantũ generatio differebat. Deinde niſus eſt approbari primogenitũ nõ poſſe dici,
niſi eũ qui habeat & fratres, ſicut vnigenitus ille vocat̃, qui parẽtibus ſolus eſt filius, & illos
ꝗ in euãgelio memorant̃ fratres dñi, genitos fuiſſe ex matre dñi & Ioſeph, poſt generatio
nẽ Ieſu Chriſti, procaci & hæretica lingua cõtendit. ¶Monſtrũ illud, ſcilicet Eluidiũ to Cõfutatio
tus orbis execret̃, ſicut execratus eſt atqꝫ ſufficienter cõfutauit iam dictus vir catholicus Eluidij.
b atqꝫ

atq; orthodoxus,dicens inter cætera:Tu dicis Mariã virginẽ nõ manſiſſe? ego mihi plus
vindico,etiã ipſum Ioſeph virginẽ fuiſſe per Mariam,vt ex virginali coniugio virgo fi
lius naſceretur.Si eñ in virũ ſanctum fornicatio non cadit,& aliam eum vxorẽ habuiſſe
non ſcribitur,Mariæ aũt,quam putatus eſt habuiſſe,cuſtos fuit potius q̃ maritus,relinqui
tur virginem eum manſiſſe cũ Maria,qui pater domini meruit appellari.Igitur natus eſt
Pſalm.144 Chr̃s,& in natiuitate eius fidelis & verax comprobatus eſt ipſe qui promiſit deus. Gratu
Pſal.32. lamur omnes dicentes cũ Pſalmiſta:Fidelis dñs in omnibus verbis ſuis,& ſanctus in om-
nibus operibus ſuis.Item:Quia rectum eſt verbum domini,& omnia opera eius in fide.
2.Corin.1. Quotquot eñ promiſſiões dei ſunt,ait Apoſtolus,in illo eſt.Ideo & per ipſum dicimus:
Amen deo,ad gloriam veſtrã.Vere ad gloriam veſtrã quodammodo ſuperatus eſt deus
Gene.32. licet fortior,& vicit volentẽ vinci fortis colluctator noſter per fidẽ pater Iacob. ¶Quod
Luctatio dicimus ita ſcriptũ eſt:Cũq; mature ſurrexiſſet Iacob,& tranſductis omnibus remãſiſ-
Iacob cum ſet ſolus,ecce vir luctabaẽ cũ eo vſq; mane,qui cũ videret ꝙ eum ſuperare non poſſet,te-
deo. tigit neruum femoris eius,& ſtatim emarcuit.Dixitq; ad eum:Dimitte me,iam eñ aſcẽ-
dit aurora.Reſpondit:Non dimittã te,niſi benedixeris mihi.Et ille:Si contra deum,in
quit,fortis fuiſti,quãto magis cõtra homines præualebis? Et benedixit ei in eodem loco.
Dixitq; Iacob:Vidi dominũ facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea.Iuxta magnũ &
mirũ illud præſagiũ factũ eſt,naſcẽte Ieſu Chriſto,& victor inuẽtus eſt homo,ſiue genus
Exo.32. Iacob,promiſſum exigens à deo,& quaſi iure ſuperatus eſt deus,promiſſi ſui debitor.Nũ
parua fuit aut ignota eſt colluctatio? Nonne ſaltẽ ex eo cognoſci poteſt quod ait ad Mo
ſen,cerno ꝙ populus iſte duræ ceruicis ſit,dimitte me vt iraſcatur furor meus cõtra eos
Oſee.12 & deleam eos? Ibi nanq; fortis fuit & inualuit Moſes eodem modo,quo pater eius Iacob
loco vel tẽpore iam dicto,de quo & in Oſee taliter ſcriptũ eſt:In fortitudine ſua directus
eſt,cũ angelo,& inualuit ad angelũ,& cõfortatus eſt,fleuit & rogauit eũ,in Bethel inue-
nit eũ,& ibi locutus eſt nobiſcũ.Hinc manifeſtũ eſt,qualis lucta illa fuerit,qa fleuit & ro-
Qũo ho- gauit eũ.¶Secundũ illud p̃ſagium futuꝝ erat & factũ eſt,vt iratus deus,quia ſæpe fuit of-
mo inuale fenſus,& irritatus multis eoꝝ adinuentionibus,minaretur ꝙ recederet,imo & genus Ia-
ſcit ad deũ cob diſperderet atq; deleret,& nunq̃ defuerũt in populo illo hoĩes,q̃uis pauci,in quibus
eſſet fortitudo,id eſt,fides Iacob,luctãs & inualeſcens ad fortitudinẽ dei,& quodãmodo
dicens,nõ dimittã te,niſi benedixeris mihi.Talium quiſq; fleuit & rogauit eũ,& hoc fuit
Exo.32. inualeſcere,& fortẽ eſſe contra deum.Hic ille Moſes,de quo iam exemplũ prælibatũ eſt,
fortiter luctabatur ſtans in cõfractione,id eſt,in nimia mentis humiliatione in cõſpectu
eius:cũ dicente illo,dimitte me,ipſe orabat dñm deum ſuũ dicẽs:Cur dñe iraſcitur furor
tuus contra populũ tuũ? Recordare Abrahã,Iſaac,& Iſrael ſeruoꝝ tuoꝝ,quibus iuraſti
per temetipſum,&c.Sic multoties idem Moſes fleuit & rogauit eũ,ſic Dauid fleuit & ro
gauit eum,ſic & alij plures fleuerunt & rogauerunt eũ quorum fletum & rogatum per or
dinem narrare nimis longũ eſt.Quid multa? Contra deũ fortis fuit Iacob,nec dimiſit eũ
niſi benediceret,& benedixit ei in eodẽ loco:Et itidem cõtra deũ,ſiue contra irã dei for
tis fuit progenies eiuſdem Iacob,nec dimiſit eum,niſi daret Chriſtũ ſuũ,qui eſt omniũ
Gene.32. gentium benedictio.¶Tunc tetigit neruũ femoris Iacob vbi benedixit eũ,& ſtatim emar
Generatio cuit.Quid eſt hoc,niſi quia ſic rationabiliter futuꝝ erat,vt poſtq̃ promiſſio complere-
nũ cõputa tur,poſtq̃ hic Ieſus Chriſtus naſceretur,iam extunc omnis apud deum genealogiaꝝ ve-
tio ꝓpter tus diligentia pro nihilo,imo & pro ſtultitia vel fabulis haberetur? Sciendum quippe,ꝙ
futurum omnis tam diligenter facta in lege tribuũ ac familiaꝝ ſiue generationum,domorum atq;
Chriſtũ fa cognationũ diſtinctio,verbi gratia,quod dictũ eſt de filijs Iuda,per generationes & fami
cta eſt. lias,ac domos,& cognationes ſuas,tot erãt millia,maximeq; illud q̃d iuſſum eſt,vt vnuſ-
Numer.1. quiſq; de tribu ac familia ſua duceret vxorẽ,in vnum & ſolum omnino Chriſtum tende-
Nume.vi. bat,propter veritatẽ dei,ad confirmandas promiſſiones patrũ,vt dum veniret, dum na-
ſceretur,non incertũ ſciri poſſet,aut dici ad gloriam & ad laudẽ iuſti & fidelis dei,qa ſi-
cut promiſit & iurauit,ſic & fecit,benedictione qua benedicẽtur oẽs gentes mittendo de
Nũc vana ſemine Abrahæ,de tribu Iuda,de ſtirpe ſeu de domo ac familia Dauid.¶Poſtq̃ ergo ve-
eſt genealo nit,poſtq̃ natus eſt,quæ cura de illo femore,de illa tribuum,generationũ,familiarum,do
giaꝝ q̃ſtio morum atq; cognationũ diuiſione,ſeu ſupputatione? Imo pro extrema ſtultitia totũ il-
Titũ.3 lud reputandũ eſt:Stultas,inquit Apoſtolus,quæſtiones,& genealogias & cõtentiones,
& pugnas legis deuita,ſunt eñ inutiles & vanæ.Igitur omniũ genealogiaꝝ finis iſte ſit,
Roma.1 q̃d idem Apoſtolus ait:Paulus ſeruus Ieſu Chriſti,vocatus apoſtolus,ſegregatus in euan
geliũ dei,quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis,de filio ſuo,q fa
Gene.49. ctus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdũ carnẽ.Quod ſi ex ſemine Dauid,ergo & ex tribu Iuda,
vt cõfirmeẽ veritas dei,dicẽtis per os patriarchæ Iacob:Non auferetur ſceptrũ de Iuda,
& dux de femore eius,donec veniat qui mittẽdus eſt,& ipſe erit expectatio gẽtiũ.Quod
ſi ex



ſi ex tribu Iuda,ergo ex ſemine Abrahæ,ad quẽ primũ dictũ eſt:Et in ſemine tuo benedi- Gene.22.
centur oẽs gentes.¶Iam de cætero femur Iacob marcidũ ſit,ſicut vere eſt.Nam reuera Fœmur Ia
emarcuit,ita vt iã neq; rex,neq; dux,neq; propheta,neq; ſacerdos poſſit inde ſperari,& cob emar-
om̃ino vigor,ſiue viror eiuſmodi ſic defecit in illo,vt ſit infidelis,imo & infideli deterior, cuit.
qui ſpem habet in carne eiuſdẽ populi,recepturus Antichriſtum,ſub nomine Chriſti.

LIBRI PRIMI FINIS.

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIB. II.

GLoriam dei,gloriam,quam prædicare intendimus,& honorẽ filij hominis Pſal.18
enarraturi erant quidã cœli,iuxta illud propheticũ:Cœli enarrant gloriã
dei,& opera manuũ eius annunciant firmamentũ. Eius gloriæ & honoris
principium illud eſt,vnde hactenus ſermo habitus eſt,ſcilicet, quia in ſole
poſuit tabernaculum ſuũ,& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo
ſuo.Quod expoſitione iam non indiget,quia quod ſit tanquã ſponſum proceſſiſſe de tha
lamo ſuo,paruuli quoq; audierunt,infantes elocuti ſunt,qui de illius ſponſi virginalibus
nuptijs nati,imo renati ſunt,& adoptionis filioꝝ dei ſpiritum acceperunt. ¶Nihilomi- Roma.8.
nus & hoc fere omnibus notũ eſt,ꝙ cœli illi,qui gloriam hanc enarraturi erant,apoſtoli Cœli voca
fuerunt,cœli vocales,cœli eloquentes:quia non ſunt loquelæ neq; ſermones,quoꝝ non les,ap̃li.
audiantur voces eoꝝ:in omnem terrã exiuit ſonus eoꝝ,& in fines orbis terræ verba eo-
rũ.Quorſum iſtud? videlicet ad cõſilij diuini pulcherrimæq; diſpoſitionis laudẽ atq; ad-
mirationẽ,quia futurã poſtmodũ talium cœloꝝ enarrationem , taliſq; firmamenti an-
nunciationem & auditum ſiue obauditionẽ gentium,quæ crediture erant per voces eo-
rundem cœloꝝ,continuo præſignauit vbi natus eſt Chriſtus,in his quæ confeſtim nar- CAP.II.
rat euangeliſta diuinus.LCum ergo(inquit)natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ,in die-
bus Herodis regis,ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſolymã dicentes:Vbi eſt q na-
tus eſt rex Iudæoꝝ? Vidimus eñ ſtellam eius in oriente & venimus adorare eum.⌋Non-
ne iam tunc cœli gloriã iſtam enarrauerunt? Vtiq; enarrauerũt & alios cœlos,de quibus
iam dictũ eſt,enarraturos eſſe ſignificauerunt.¶Et ſicut tunc Magi,id eſt,ſapientes vtiq; Præfigura
gentiles,claritatem ſiue illuſtrationẽ iſtius cœli inanimati,ſcilicet ſtellã cognoſcentes atq; tio in Ma-
ſequentes,venerunt dicentes:Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæoꝝ? ſic futuꝝ erat vt gentes gis.
illuminationem cœloꝝ,rationalium,id eſt,apoſtoloꝝ,videlicet donum ſpiritus ſancti,
quod acceperant,intelligentes,venirent & pœnitentiam ſibi ad vitã donari poſtularent.
¶Item ſicut tunc Herodes propter Magos ſeu Magoꝝ inquiſitionẽ turbatus eſt,& om-
nis Hieroſolyma cũ illo,& quæſiuit pueꝝ ad perdendũ eum:ſic futuꝝ erat, vt gentibus
euangelium Ieſu Chriſti ſuſcipientibus,eadẽ ciuitas Hieruſalẽ,totumq; regnũ Iudaicũ,
ſeditionibus turbatũ,conaretur funditus exterminare prædicationẽ apoſtoloꝝ,& ipſum
quodammodo occidere Chriſtũ,occidendo & crucifigendo, flagellando,& de ciuitate Matth.23.
in ciuitatẽ perſequendo,pleroſq; ex prophetis & ſapientibus & ſcribis,quos ille miſit.Ni
hilominus,ſicut tunc dictũ eſt Ioſeph:Surge & accipe puerũ & matrem eius,& fuge in
Aegyptũ,& ſic fecit Ioſeph ſecedens cũ puero & matre eius in Aegyptũ ſic futuꝝ erat,
vt loquens in apoſtolis ſuis Chriſtus diceret,vobis quidẽ oportebat primũ loqui verbũ
dei,ſed qm̃ repuliſtis illud,& indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad
gentes.¶Itidem ſicut defuncto Herode,rurſus cõſurgens accepit pueꝝ & matrem eius, Acto.13
monitus ab angelo & venit in terrã Iſrael,ſic futuꝝ eſt,quod Apoſtolus ait:quia cũ ple-
nitudo gentiũ ſubintrauerit,tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.¶Sed vt ad inceptũ reuertamur Roma.11.
quid pertinuit ad iſtã gloriam dei ſignũ eiuſmodi.Vidimus,aiunt,ſtellam eius in oriente?
Ad hæc,inquã.Multum ad rem tale ſignũ pertinuit,ſi rite recorderis, quia quãdo pepi-
git dominus cũ Abraham fœdus,à quo liber generationis Ieſu Chriſti cœptus eſt,& ad Fœdus dei
quẽ beati ſeminis repromiſſio facta eſt,tunc etiã eduxit eum foras,& ait illi:Suſpice cœ- cũ Abrahã
lũ & numera ſtellas,ſi potes.Ac deinceps:Sic erit ſemẽ tuũ.In die illo,ait ſcriptura,pepi Gene.15
git dñs fœdus cum Abraham dicens:Semini tuo dabo terram hãc,&c.Hinc Apoſtolus: Galat.3 &
Abrahæ dictæ ſunt promiſſiões,& ſemini eius.Nõ dicit,& ſeminibus,quaſi in multis,ſed Hebræ.2
quaſi in vno,& ſemini tuo qui eſt Chr̃s.Hic vnus eſt,propter quẽ omnia,& per quẽ om
nia,qui multos filios in illam gloriã adducere veniebat.Vt ſicut in cœlo ſtellæ innume-



biles

biles ſunt,ſic eſſent ſplendidi & incõmutabiles per ipſum,atq; ita compleretur q̃d fidelis
Gene.15 & verax promiſit:ſic erit ſemen tuũ. ¶Recte igitur nõ qualecũq; ſignũ,ſed nouũ ſydus cæ
Cur ſtella li dederũt,videlicet propter eiuſmodi promiſſum,quodãmodo dicentes nobis:Laudate
Magis ap- & cõgratulamini,quia fœdus,quod pepigit deus cũ Abraham,nõ fecit irritum:impleuit
paruit. q̃d promiſit:ſuſpice ſtellas,ſic erit ſemen tuũ. Hoc angeli ſcientes, eadẽ nocte primi glo
rificauerunt eũ,quoꝝ grandis exercitus,& magna fuit multitudo laudantiũ & dicentiũ:
Lucæ.2 Gloria in altiſſimis deo,qui etiã cõgratulantes nobis,ſubiunxerũt:& in terra pax homini
bus bonæ voluntatis. ¶Illud quoq; ad rem pertinuit,q̃d euangeliſta cũ dixiſſet:Cum er-
Tẽpus & lo go natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ,ſtatim & locũ natiuitatis & tempus expreſſit dicen
cus natiui- do,in Bethleem Iudæ,in diebus Herodis. Quàm ad rẽ hoc pertinuit? Nimiꝝ ad veritatẽ
tatis Chr̄i eiuſdẽ dei,qui per os patriarchæ Iacob,taliter prælocutus eſt:Non auferetur ſceptrũ de
antea præ Iuda,& dux de femore eius,donec veniat q̃ mittẽdus eſt,quiq;,ſicut Abrahæ,ita & Beth
dicta ſunt. leemitæ Dauid promiſit atq; iurauit,hũc Ieſum Chr̄m de ſemine ei⁹ naſci. Nõ ante debe
Gene.49 bat auferri ſceptrũ & dux de Iuda,donec iſte veniret,alioqn fidelis & verax nõ appareret
deus,q̃ in patriarchis & prophetis locutus eſt,quiq; in patriarcha memorato tẽpus fere
Mich.5. p̃finiuit,& in propheta, videlicet Michea,locũ p̃ſignauit:Et tu,inquit,Bethleem terra Iu
da,nequaq̃ minima es in principibus Iuda:Ex te em̃ exiet dux qui regat populum meum
Iſrael. Nonne ſceptrũ ablatum erat de Iuda,& dux de femoribus eius defecerat cũ regna
ret Herodes,patre Idumæo,& matre ortus Arabica? Igit̃ dicendo in Bethleem Iudæ in
diebus Herodis,ſcienter argumẽta p̃buit veritatis,breuiter & ſufficienter edicẽs,ſic opor
tuiſſe fieri,id eſt,tunc tẽporis debuiſſe naſci Chriſtũ, quo tẽpore narrauerat eũ eſſe natũ,
& illũ debere natiuitatis eſſe locũ propter veritatẽ dei,& cõfirmandas voces prophetaꝝ,
fuerat aũt conceptus in ciuitate Galilææ,cui nomen Nazareth. Quãcunq; ob cauſam in il
la ciuitate Galilææ tũc fuerint vel habitauerint Ioſeph & Maria,cũ eẽnt de domo Dauid,
nihilominus vt naſceret̃ Ieſus in Bethleẽ Iuda,deus miro prouidit modo,videlicet p̄phe
Cæſar Au ticæ veritati famulãte Romano imperio. ¶Deniq; Cęſar Auguſtus hoc modo famulatus
guſtus fa- eſt illi,vt & auferret ſceptrũ & ducẽ de Iuda,dando regnũ Iudęæ Herodi alienigenæ,An
mulatus ẽ tonio ſuffragãte,vnde & hic dicit̃,in diebus Herodis regis,& edictũ proponeret,vt de-
prophetiæ ſcriberet̃ vniuerſus orbis:q̃ cauſa effecit,vt aſcẽderet Ioſeph cũ Maria deſpõſata ſibi vxo
de Chr̄o. re prægnãte,in Bethleem ciuitatẽ Dauid,eo ꝙ eſſet de familia & domo Dauid. Sic miro
Lucæ.2 modo famulatũ eſt natiuitati Ieſu Chriſti & propheticæ veritati,tam Romanũ imperiũ
neſciens,q̃ cœlũ inanimatũ ſentiens,Romanũ,inquã,imperium,tale edictum proponen-
do,cœlum aũt,tale ſignum,id eſt,nouã ſtellam proferẽdo. Vnde propheticũ illud imple
Nume.24 tũ eſt:Orietur ſtella ex Iacob,& exurget homo de Iſrael. ¶Locũ ipſum Magi,licet diui-
Magi cur nitus inſpirati,neſcierũt,quippe qui nõ in Bethleem,ſed primũ Hieroſolymã venerũt di-
in Hier̃lm centes:Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæoꝝ? Magis in ſublimi q̃ in humili loco,magis in re
quęſierunt gia ciuitate q̃ in vico mediocri,magis in turba diuitum q̃ in ſilentio paupeꝝ naſci poſſe,
Chriſtum. & quærendum eſſe putauerunt regem Iudæoꝝ. Itaq; Hieroſolymã venerunt,ſed hoc ta
le erat,ac ſi paruum non attendentes virgultum,ad excelſa ſuſpicerent ligna ſyluarum.
Eſa.10 ¶Dixerat aũt ſpiritus ſanctus per prophetam:Excelſi ſtatura ſuccidentur,& ſublimes hu
miliabuntur,& ſubuertentur condenſa ſaltus eius ferro,& Libanus cũ excelſis cadet. Et
egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet,&c. Et eſt ſenſus:Inter ſu
perbos erunt iurgia,contra ſemetipſos dimicabunt & cadent:quod tunc maxime factũ
eſt,quando Herodes homicida,imo & paricida,ad omnẽ Dauidicæ ſtirpis odorẽ ſæuiẽs
& contra omne regium genus dentibus ſtridens,nec vxori pepercit,nec ſocero,q̃ erant
regij generis,& proprios quoq; filios crudeliter morte damnauit. Vane furebat, fruſtra
inſaniebat diabolus in illa ſua ſecuri,in qua ſecabat:q̃a non de excelſis cedris aut robuſtis
quercubus,ſed de gracili virga,q̃ inter arbuſta latebat,flos erat aſcenſurus,id eſt,nõ de ſu
perbis & purpuratis diuitibus,ſed de humili virgine,qualis in plebe vix cognoſci poſſet,
Chriſtus erat naſciturus. Hoc illi,videlicet Magi,neſcierũt. Et quidẽ poterat facere deus
in primis,q̃d fecit poſtmodũ,vt ſcilicet venientes illos ab oriente,cõtinuo ſtella,quã vide
rant,antecederet,vſq; dũ veniens ſtaret ſupra vbi erat puer:ſed dilatio hæc vtilis erat,vt
interim q̃ de cœlo acceperãt ſignũ,audirent etiã de ſcriptura teſtimonij firmamentũ,q̃d
æquæ nũc prodeſt nobis,propter q̃s eſt ſcriptũ,vt profuit illis,propter quos tũc fuit reci
Myſtica tatũ. ¶Quid tandẽ de muneribus dicendũ,quæ illi obtulerũt? Auditũ & celebre factũ eſt
munera in vniuerſo orbe gaudium ipſoꝝ. L Quia videntes ſtellam antecedentẽ ſe,quã viderant
Magorũ. in oriẽte,& ſtantẽ ſupra domũ vbi erat puer,gauiſi ſunt gaudio magno valde,& intrãtes
domũ,inuenerunt pueꝝ cum Maria matre eius,& procidentes adorauerunt eũ:& aper
tis theſauris ſuis,obtulerũt ei munera,auꝝ,thus & myrrhã. J Vere cœlitus inſpirati,vere
cœleſti magiſterio docti,veramq; & cœleſtẽ habentes materiam gaudẽdi. Quid,inquã,
hic



hic dicendũ,niſi quia prophetæ ipſi & prophetica ipſoꝝ munera fuerũt. Veritatẽ & mã
ſuetudinẽ & gloriã & honorẽ proteſtati ſunt,veritatẽ aſſumptæ carnis,manſuetudinem,
id eſt,humilitatẽ paſſionis,gloriã regni,& honorẽ diuinitatis,vnius eiuſdẽq; Ieſu Chr̄i.
¶Quatuor facies vni erãt,ait propheta,facies hominis,facies leonis,facies vituli & facies Quatuor fa
aquilæ volãtis. Quatuor iſtas facies,quatuor cõſtat eſſe ſacramenta,quæ neſcire non licet cies vnius
homini Chriſtianæ profeſſionis,ſcilicet incarnationẽ,paſſionẽ,reſurrectionẽ atq; aſcẽſio Chriſti.
nem eiuſdẽ Ieſu Chriſti,quaꝝ circa inſpectionẽ facieꝝ tota verſatur intentio præſentis Ezech.10
opuſculi. Faciem vnã ex his,videlicet faciem hominis,p̃ſentem inuenerunt,quã & proci
dentes adorauerũt,cæteras myſticis muneribus mirabiliter p̃ſignauerunt. Myrrha faciẽ
vituli,id eſt,ſacramentũ paſſionis,qua ipſe ſacrificandus atq; mixtura myrrhæ & aloes
condiendũ erat in ſepultura corpus eius. Aurũ faciem leonis,id eſt,gloriã reſurrectionis, Iohan.19.
per quã caro,quã ex nobis mortalẽ ſuſceperat,tantũ meliorata eſt,quanto auꝝ puluere
ſeu limo terræ,pulchrius atq; p̃tioſius eſt. Thure faciẽ aquilæ volantis,id eſt,ſublimitatẽ
aſcenſionis,& confeſſionẽ ad dexterã patris, ex qua dato hominibus ſpiritu ſancto,co-
gnitus eſt ꝙ deus ſit idem filius dei, cui ſacrificiũ incẽſi legitimũ iure debeat offerri,æque Q̃ũo mune
vt patri,& ſancto ſpũi. ¶Et eiuſmodi myrrhã tota quidẽ illi offert ſancta eccleſia,dũ cre ra illa of-
dens & cõfitens,ꝙ vere paſſus,mortuus & ſepultus fuerit,vitioꝝ in ſe mala propter eum fert eccle-
mortificat,maxime aũt exercitus martyꝝ,q̃ guſtu mortis amaro paſſioni eius cõmunica ſia.
uerunt. Item thus eiuſmodi,tota quidẽ illi offert eccleſia,credẽs & cõfitens,q̃a vere deus Coloſſ.2
eſt,& oĩs in eo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat:maxime aũt ſanctoꝝ ordo
ſacerdotũ,qui propter eũ cœlibẽ ducẽtes vitã,ſemper altari præſto ſunt,offerre illi incen
ſum dignũ,& omne ſanctũ iugiter exequi ſacri altaris eius miniſteriũ. Itidẽ auꝝ eiuſmodi
tota quidẽ illi offert eccleſia,credẽs & cõfitẽs,q̃a ſurrexit,& immortaliter regnat q̃ mor-
talis & mortuus fuerat,maxime aũt regũ & principũ potẽtia diuitũq; fideliũ opulẽtia,qui
ad cõſtruẽdas nomini eius eccleſias,auꝝ & argentũ illi fideliter obtulerũt,domũq; eius,q̃
cũ diues eſſet,propter nos pauper factus eſt,largis donarijs ditauerũt,iuxta illud prophe 2.Coꝝ.8
ticũ,q̃d tam ſecundũ literã,q̃ ſecundũ ſpm̃ veriſſimũ eſt. Et viuet,id eſt,reſurget,& dabit Pſal.71.
ei de auro Arabiæ:Reges Tharſis & inſulæ munera offerẽt,reges Arabũ & Saba dona ad Munera il-
ducẽt. ¶Recte igit̃ munera hæc ore ſacro euãgeliſta magnificauit,& ſic magnifice enũtia la,theſauri
uit,vt dicturus,obtulerũt ei munera,p̃mitteret,& apertis theſauris ſuis. Nã vere theſauri dicta ſunt.
fuerũt,& theſauri merent̃ appellari,nõ tam ſiſtartia ſeu thecæ qualeſcũq;,q̃bus clauſę por
tari poterãt ſpecies eiuſmodi,q̃ corda ipſa offerẽtiũ,q̃ꝝ ex abundãtia potuerũt inuiſibili
deo inuiſibiliter proferri cauſæ tã ſanctæ,quas eccleſia ſancta in illis ſpeciebus viſibilibus
venerabilr̃ intelligit. ¶Nihilominus & gaudiũ illoꝝ ſic magnificauit,vt nõ cõtẽtus dixiſ- Magi ſpiri
ſe,gauiſi ſunt gaudio magno,adderet valde,q̃a reuera valde gauiſi ſunt,gaudio magno tu ſancto
gauiſi ſunt,& gaudiũ eoꝝ fuit in ſpũ ſancto,q̃ & iucũditatẽ & exultationẽ theſaurizauit edocti.
ſup eos,q̃bus nihil defuit de plenitudine ſciẽtiæ vel fidei,quæ à nobis exigitur diutina ſan
ctaꝝ ſcripturaꝝ lectione inſtructis,q̃d comprobatur ex ipſoꝝ muneribus bene cõſidera
tis. ¶Et vide,quãta ſit diſtãtia in modis diſcẽdi,quantũ diſtet inter eruditionẽ illius qui p̱
angelũ ſiue p̱ hominẽ,& illius qui per ſolã ſpũs ſancti reuelationẽ meret̃ erudiri. Paſtores
itaq; Iudæi,quippe q̃ in regione eadẽ erãt vigilãtes,& cuſtodientes vigilias noctis ſupra Luc.2
gregẽ ſuũ,non per hominẽ,ſed(q̃d maius eſt)per angelũ,natũ ſibi eſſe ſaluatorẽ Chriſtũ
dñm didicerunt:& tamen nõ adeo docti ſiue eruditi fuerunt,vt procidẽtes adorarẽt,aut
munera offerrẽt,ſed tantũmodo venerũt & cognouerũt de verbo,q̃d dictũ erat illis de
puero hoc,& reuerſi ſunt glorificãtes & laudãtes deũ. Iſti primitiæ gentiũ,neq; p̱ homi
nẽ docti,neq; per angelũ,ſed per ſpm̃ ſanctũ,modo de quo iã dictum eſt,laudẽ perfece-
runt,& tres hoĩes,tribus partibus orbis,Aſiæ,Europæ atq; Aphricæ,fidei vel cõfeſſionis
atq; adoratiõis exemplar exiſtere meruerũt. ¶Interea decet reuerẽter intueri,quã vera- Infantia
citer ſancta ſcriptura dixerit de iſto tali filio hoĩs:Minuiſti eum paulo minus ab angelis. Chriſti.
Deniq; vt factus erat ex muliere,factus ſub lege,ita & factus eſt ſub legibus naturæ,ſub le- Pſalm.8
gibus infantiæ,nihil pro ſemetipſo viſibiliter agens,nihil hoĩbus per ſemetipſum loquẽs Galat.4
patronos habere dignatus angelos,q̃ agerẽt pro puero,loquerẽtur pro infantulo,& hoc
dumtaxat in ſomnis,qui non p̃cellentior eſt modus viſionis. ¶Ante & poſt minorationẽ Cur in ſom
talis filij,manifeſte viſos eſſe angelos legimus hominibus ſeruis & ancillis huius dñi,inte nis tunc an
rim aũt dum minor eſt,nõ manifeſte,ſed in ſomnis,vbi deſcenderat in vteꝝ virginis,an- gelus appa
gelus dñi in ſomnis apparuit Ioſeph,dicens:Ioſeph fili Dauid,noli timere accipere Ma- rebat,& nõ
riam coniugẽ tuã:in ſomnis nihilominus eidẽ beato Ioſeph:Surge,inquit,& accipe pue manifeſte.
rum & matrẽ eius,& fuge in Aegyptũ. In ſomnis itidẽ:ſurge & accipe pueꝝ & matrem
eius,& vade in terrã Iſrael:in ſomnis rurſus,dũ timeret in Iudæã ire,eo ꝙ Archelaus re
gnaret pro Herode patre ſuo,admonitus ſeceſſit in partes Galilęæ. L Sic & magi iſti in ſo
b 3 mnis

mnis acceperũt reſponſum, ne redirent ad Herodẽ, & per aliam viam reuerſi ſunt in re-
gionẽ ſuã.⌋ Ita quaſi dedignentur manifeſte loqui, loquunt in ſomnis ſancti angeli, ſeruis
dñi ſui non dedignantes, ſed pro voluntate eiuſdem domini ſui ſcripturam veritatis ho-
norantes, vt ſeipſos nõ tantũ ſeruis dñi ſui, verumetiã ipſo domino ſuo ſciant & recogno
ſcãt eſſe maiores, cuius videlicet maioritatis nouiſſimũ illic fuit indiciũ ſiue teſtimonium,
Lucæ.22 Matth.4. Miniſteria angelorũ. 3.Regũ.19.
vbi eidẽ dño in paſſione agonizãti apparuit angelus de cœlo cõfortans eũ. ¶Legimus q-
dem angelos miniſtraſſe illi, cũ adhuc eſſet minor angelis, ſicut ſcriptũ eſt, reliquit eũ ten-
tator & acceſſerũt angeli & miniſtrabant ei: ſed illud huic ſenſui non valde repugnat, cũ
Heliæ ſemel & iterꝫ angelus eo modo miniſtrauerit. Proiecerat ſe Helias & obdormie-
rat in vmbra iuniperi, & ecce angelus dñi tetigit eũ, & dixit illi: Surge, comede. Reſpexit
& ecce ad caput ſuũ ſubcineritius panis & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rurſus ob-
dormiuit. Reuerſuſqꝫ eſt angelus dñi ſecũdo, & ſimiliter fecit. Quomodo Heliæ miniſtra
uit angelus, vt deinde ieiunaret quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quid mirꝫ ſi
eodẽ modo miniſtrauerunt angeli huic filio hominis, cũ ieiunaſſet quadraginta diebus
& quadraginta noctibus? Hæc idcirco dicta ſunt, quia valere nobis debẽt ad cognitionẽ
cœleſtis diſciplinæ, ad venerationẽ magiſtri huius qui dicit, & diſcite à me qa mitis ſum
Matth.11 Matth.20
& humilis corde: qui ſicut natura vel humana cõditione, ita & ipſo vſu naturæ dignatus
eſt angelis ſuis minor exiſtere, iuxta q̊d ipſe teſtificatus eſt dicens, qa filius hominis nõ ve
nit miniſtrari, ſed miniſtrare. ¶Quid porro ipſa mater? Nunquid nõ ſaltẽ ipſa loquebat,
Cur Maria tacebat tũc Luc.2 Eccles.3
aut loqui poterat? Imo ipſam valde illud decebat, q̊d alius euangeliſta ſemel & ſecundo
memorat dicẽs: Maria aũt conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Tempus tacendi,
ait Salomon, & tẽpus loquendi. Diſcretionẽ eiuſmodi virgo ſapiens & prudens nõ igno
rauit. Inde collaudans eam ſponſus, q̊d vtiqꝫ fuit illi deus, & pater dñi noſtri Ieſu Chri, cui
Cantl.4
cõcepit & peperit, dicit in Canticis: Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus cõcluſus,
fons ſignatus, Deniqꝫ hoc quidẽ ſponſus Chriſtus dei filius, cõuenienter dicit ſponſæ ſuæ
eccleſiæ, ſed hoc ipſum nõ minus cõgrue dicat perſona dei patris, dilectæ ſibi beatæ Ma
riæ, ſtatim ſubiungẽs: Emiſſiones tuæ, paradiſus malorꝫ Punicorꝫ, cũ pomorꝫ fructibus.
Etiã hoc p̃miſerat: *Fauus diſtillãs labia tua ſpõſa, mel* & lac ſub lingua tua. Quãdiu filius
hoĩs manere debuit minoratus paulo minus ab angelis, fere tandiu fuit beatæ virgini tẽ-
pus tacẽdi, & tandiu tacuit, tandiu in ſilentio fuit, velut hortus concluſus: Hortus, inquã,
cõcluſus, fons ſignatus: quo accedere, cuius ſecretum audire nullus meretur niſi cognitus,
Quãdo fuit Mariæ tẽpus loqndi Iohan.16.
nullus cui talis hortus, taliſqꝫ fons, clauſurã vel ſignaculum oris ſui, aperire indignũ arbi-
traretur. ¶Vbi aũt gloria & honore coronatus eſt filius hoĩs, reſurgẽdo & in cœlũ aſcen
dendo, vbi ſedet ad dexterã patris, extunc eidẽ beatæ virgini fuit tempus loquẽdi, & hoc
amicis, id eſt, ſanctis apoſtolis, & talia loquẽdi, qualia prius portare nõ potuiſſent: q̊d ſci-
ens ipſe filius hominis, dixerat quodã loco: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ po-
teſtis portare modo. Vbi venit ſpũs veritatis, primus quidẽ & princeps ipſe illos omnem
veritatẽ docuit: ſed & ipſa beata virgo teſtimoniũ ſuæ vocis adhibuit, & taliter locuta eſt
auribus fidelibus, vt proinde recte dicat dilectus eius deus: Fauus diſtillãs labia tua, mel &
lac ſub lingua tua: Emiſſiões tuæ paradiſus malorꝫ Punicorꝫ, cum pomorꝫ fructibus, Cy
prus cũ nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinamomum, cum vniuerſis lignis Libani, myr
rha & aloe cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorꝫ, puteus aquarꝫ viuentium, quæ
Chrs p oĩa fratribꝰ aſſimilatus, excepta peccati participatione. Heb.2
fluũt impetu de Libano. ¶Igitur deus dei filius, homo vel filius hominis factus, & ita pau
lo minus ab angelis imminutus, ſomniantibus magis & beato Ioſeph nutricio eius, vigi-
lantibus aũt angelis in cuſtodia eius, Herodis homicidæ malitiam eluſit, & in Aegyptũ fu
git, eratqꝫ ibi vſqꝫ ad obitũ Herodis. Vt quid hoc? ⌊Vt adimpleret (ait euangeliſta) quod
dictum eſt à dño per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.⌋ Puta di
xiſſe illum, vt per omnia fratribus aſſimilaretur, iuxta quod Apoſtolus loquitur: Nuſquã
eñ angelos apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret
& fidelis pontifex ad deũ, vt repropitiaret delicta populi. In eo eñ in quo paſſus eſt ipſe
tentatus, potens eſt eis qui tentantur auxiliari. Quis eñ filius, quis eſt de cunctis fratribus
eius, quem non ex Aegypto vocauerit deus? Nouit ſanctorꝫ fides, & in ore fidelis eccleſiæ
frequentiſſimum eſt, quia cunctis filijs dei mundus iſte, in quo, quandiu ſumus in corpo-
re, ait Apoſtolus, peregrinamur à deo, Aegyptus eſt, & hoc in illa parte mundi, quæ vul-
2.Corꝫ.5
go vocatur Aegyptus, figuratũ eſt, qualiter vocet deus omnem filium ex Aegypto huius
mundi, id eſt, de tenebris in admirabile lumen ſuum, per illud, q̊d, ſicut ſacra narrat hiſto
1.Petri.2
ria, populũ illũ, qui in Aegypto ſeruiuit carneo Pharaoni, vocauit deus exinde tam admi
rabili ordine in terrã promiſſiõis. Præter hãc vniuerſalẽ peregrinationẽ, q̃ vniuerſi pere-
Roma.5 Exod.5
grinamur in Aegypto huius ſeculi, propter p̃uaricationẽ Adæ, in quo om̃es peccauerũt,
ait Apoſtolus, hoc illi plus habuerũt, ꝙ in illa Aegypto peregrinati ſunt, & carneo Pha-
raoni



raoni in luto & latere ſeruierunt propter pctm̃ proprium, qa vendiderant illuc in ſeruũ Gene.37
Ioſeph fratrẽ ſuũ. ¶Ergo qa debuit filius iſte vnigenitus per oĩa fratribus aſſimilari, ex- Hebræ.2
cepta dũtaxat participatione peccati, oportuit illũ fugere, & in illa Aegypto peregrina- Cur in ægyptũ fugere debuit Chrs
ri, & ita incipiendo, taliter totũ peragere curſum vitæ præſentis in tentationibus ſuis, vt
verã in ſemetipſo præſentaret ſimilitudinẽ vtriuſqꝫ peregrinationis, necnon & vtriuſqꝫ
vel vocatiõis, vel reuerſionis fratrũ ſuorꝫ, q ſunt oẽs electi: ſ. & illius, qua & illi filij Iſrael
in Aegypto peregrinati, & exinde vocati ſunt, & huius, qua om̃es in Aegypto huius ſe-
culi peregrinamur, & hinc q filij ſunt, quotidie vocant. Igit vt adimpleret (ait) quod di-
ctũ eſt à dño per prophetã dicentẽ: Ex Aegypto vocaui filiũ meũ, id eſt, vt adſimilaret
per om̃ia fratribus, & pro illorꝫ ſimilitudine per om̃ia tentaret abſqꝫ pctõ, q ad verã pro
miſſionis terrã vocati vel vocandi ſunt, oportuit illũ in Aegyptũ fugere, & illic peregri-
nari, pctm̃ nec originale habentẽ, propter quod exul in hoc mũdo eſſe deberet, vt ſumus
nos oẽs, nec actuale, propter quod in illa Aegypto peregrinaret, vt peregrinatus eſt pro
pter domeſticũ (de quo iam dictũ eſt) pctm̃ pplꝰs ille, de quo ipſe ſecundũ carnẽ natus eſt
vbi ſeruiuit exul ille, q poſt eã quæ ad Abrahã facta eſt, promiſſionẽ primus pſecutionẽ
ptulit. ſ. Ioſeph, & deinde Iacob, & oĩs domus eius intrauit, illic exulando, iſte paſſionum
vel tentationũ ſuarꝫ initiũ ſumpſit. ¶Ille populus Iſrael ex illa Aegypto vocatus, mare Euocatio eiꝰ ex Aegypto
tranſiuit, & deinde in deſerto quadraginta annis tẽtatus eſt, qa dñm tẽtauit. Iſte puer Iſ-
rael, ſicut propheta dixit: Quia puer Iſrael eſt, & ego dilexi eũ, vocãs ex Aegypto poſt- Oſee.11
modũ, quali oportuit modo mare trãſiuit. i. baptizatus eſt baptiſmo Iohãnis, ſtatimqꝫ du
ctus eſt in deſertũ à ſpũ, nõ quadraginta annis tẽtauit, ſed tẽtatus eſt quadraginta diebus.
Itidẽ ille pplꝰs Iſrael nõ ante, ſed poſtq̃ tẽtationibus exercitatus fuit, terrã repromiſſiõis
introiuit: iſte puer Iſrael, nõ ante, ſed poſtq̃ tẽtatiões ſuperauit, regnũ dei appropinqua- Matth.4.
re p̃dicauit, & ecce regnũ dei intra vos eſt, inqt. Itaqꝫ aſſimilatus erat fratribus illis. i. ele- Luc.17
ctis prioris populi, ſed necdũ aſſimilationis pfectio vel finis. ¶Ventũ eſt ad aliã Aegyptũ Aegyptus ſpiritualr infernus
cuius illa terra Aegypti fuit exemplũ. *Quę eſt illa Aegyptus, niſi infernus?* Illic detinebat
captiuus fratrũ eius. i. ſanctorꝫ pplꝰs, quos oẽs ſtatim trãſduxit p mare rubrũ. i. p ſangui-
nis & aquæ decurrẽtis ex latere ſuo ſacrm, & inimicos eorꝫ. i. pctã eorꝫ operuit mare illud
& vſqꝫ nunc operit inimicos noſtros, q eodẽ ſacro baptizati ſumus. Nonne ergo p om̃ia
fratribus aſſimilatus eſt, vt debuit, vt eos aſſimilaret ſibi, q ad frẽs ſuos per multas tentatio
nes vſqꝫ ad infernũ deſcendit, vt eos faceret cohæredes & cõparticipes ſui. Eorꝫ omniũ q̃
pertulit, principiũ fuit illud, ꝙ in Aegyptũ fugit, & idcirco cõpetenter euãgeliſta memi-
nit illius teſtimonij, & retulit ad eum. Vt adimpleret (inquiẽs) quod dictũ eſt à dño per Iudea & Hieruſa.ẽ, ſpũaliter Aegyptus & Sodoma
prophetã dicentẽ: Ex Aegypto vocaui filiũ meũ. ¶Ad ſummũ, qm̃ non illic vbi narra-
uit dixiſſe angelũ: Surge, & accipe puerꝫ & matrẽ eius & vade in terrã Iſrael, quod & fe-
cit Ioſeph: ſed vbi narrauit, qa conſurgens accepit puerꝫ, & matrẽ eius nocte, & ſeceſſit
in Aegyptũ, illic aſſumpſit hoc teſtimoniũ propheticũ. Ex Aegypto vocaui filiũ meum.
Quid ſi ipſam Iudæã propter pſecutiones Aegyptias, ſiue ipſam Hieruſalẽ appellari vo-
luit Aegyptum? Scriptũ eſt eñ in Apocalypſi: Et corpora eorꝫ ponent in platea ciuitatis Apo.11.
magnæ, quæ vocatur ſpũaliter Sodoma & Aegyptus, vbi & dñs eorꝫ crucifixus eſt. Et ad
ipſam Hieruſalẽ loquitur dñs per prophetã: Et nunc qd tibi vis in via Aegypti, vt bibas Hiere.2
aquã turbidam? Plura ſunt exempla hmõi, q̃ vt præſenti loco poſſint cuncta conſcribi, p
quæ cõprobari queat, ꝙ illa terrena Hieruſalem, & Sodoma, & Aegyptus, & populus Iu
daicus iure & Aegyptus, & Chananæus, ſiue Cethæus magis, q̃ Iſrael fuerit appellatus.
¶Quare aũt loco præſenti Iudæam ſiue Hieruſalẽ illam magis Aegyptum q̃ Sodomam Herodes ſimilis Pharaoni
ſiue Chanaan placeat appellari? Videlicet propter ſimilitudinẽ præſentis peccati, qa tur
batus eſt Herodes, & oĩs Hieroſolyma cum illo, qm̃ audierat in Bethleem natum eſſe re- Matth.2
gem Iudæorꝫ. ⌊Et mittens, occidit omnes pueros q erant in ea, & in oĩbus finibus eius.⌋
Nonne hoc ſimile eſt illi, quod præcepit obſtetricibus Aegypti, dicẽs: Quãdo obſtetrica Exo.1
bitis Hebræas, & partus tẽpus aduenerit, ſi maſculus fuerit, interficite illũ, ſi fœmina, re-
ſeruate. Itemqꝫ populo ſuo: Quicqd maſculini ſexus natũ fuerit, in flumen proijcite: qc-
quid fœminei, reſeruate? Nimirꝫ, & hic in Herode, & illic in Pharaone vnus erat diabo-
lus, in vtroqꝫ vnus idemqꝫ bacchabat malignitatis ſpũs. Illic idcirco necari volens oẽs ma
ſculos, vt non eſſet ſemẽ, vnde ſecundũ promiſſionẽ, quæ ad Abrahã dicta fuerat, Chrũs
naſceret: hic aũt idcirco pueros oẽs occidere properans in Bethleem, & in oĩbus finibus
eius, vt dum omnes occiderent, non euaderet ille q ſolus timebat. Igitur non abſurdum,
imo rationabile eſt & verꝫ, ſi dicas, tunc ex Aegypto vocatum eſſe filiũ iſtũ, quando fugit
Ioſeph puerꝫ deferẽs ad illã, quã ſcripturæ autoritas ſpũaliter & Sodomã vocat, & Aegy
ptum, & idcirco Euangeliſtã recte nõ tunc, quãdo reuerſus eſt in terrã Iſrael, ſed tunc qm̃
ſeceſſit in Aegyptũ, dixiſſe adimpletũ hoc propheticũ, ex Aegypto vocaui filiũ meũ, vt ſit

ſenſus:De manu Herodis eripui eum,& de manu omnium ꝗ quærebant animam eius, ꝗ
vere Aegyptij fuerunt. ¶Difficile & nimis longũ eſt,ea quæ apud prophetã Oſee præce
dunt,& ea quæ ſequunt hoc dictũ.Et ex Aegypto vocaui filium meum,diſcutere & tra-
ctare,vt manifeſte conſtet,ꝙ pertineant ad tẽpus &rem,pro qua ſumptũ eſt ad teſtimo
niũ veritatis euangelicæ,Proinde his omiſſis,videndũ eſt & illud quod deinde ſubiũgit:
⌊Tunc(inqt)adimpletũ eſt,quod dictũ eſt per Hieremiã prophetã,dicentẽ: Vox in Ra
ma audita eſt,ploratus & vlulatus multus,Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari,
quia non ſunt.⌋ Hoc taliter apud Hieremiã ſcriptũ eſt:Hæc dicit dñs:Vox in excelſo au
Hierem. 31 dita eſt lamentationis,fletus & luctus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari,
quia non ſunt.Paucisꝗ interpoſitis,quæ pertinent ad conſolationẽ lamentantis ſiue plo
rantis,cũm illã ſatis euidenter dicit,propter quã pueros iuxta veritatẽ euangelij funeſtus
Herodes occidit,Quia creabit dñs nouum ſuper terrã,fœmina circũdabit virũ,id eſt,nõ
Rachel plo deforis ſemen admittet,ſed intus de ſpũ ſancto concipiet,& pariet filiũ. ¶Nunqd vero
rans mater propter iſtum quem fœmina circundedit virum, propter iſtũ qui de virgine natus eſt re
eccleſia gem Iudæoꝝ,ſoli infantes illi in Bethleem &in omnibus finibus eius occiſi ſunt.Imo in-
numera in orbe terraꝝ milia martyrum,ſed illi primitiæ fuerunt,quos omnes Rachel,id
eſt,mater eccleſia,nunc vſq; deflet,&non vult conſolari,qa non ſunt,donec reſurgant,&
Exo,3 immortaliter cũ illo viuant ꝗ eſt,quemadmodũ dicit:Ego ſum qui ſum. Quare autẽ talis
mater.ſ.eccleſia,præſenti loco nominari debuit Rachel? Videlicet,qa mater illius,ꝗ pri-
mus à tempore promiſſionis perſecutionem propter iuſtitiã paſſus eſt. In ſeruũ quippe
venundatus eſt Ioſeph,humiliauerunt in cõpedibus pedes eius,ferrũ pertranſiuit animã
Pſal. 104 eius:mater(inquam)illius,dicta eſt Rachel. ¶Itaq; & mater eccleſia ſiue oĩs anima,quæ
Oĩs pſecu- cunq; Chriano perſecutionẽ propter iuſtitiam patienti compatit, recte apud prophetã
tionẽ pati- iſtum dicit Rachel,& omnis ille,quicũq; perſecutionẽ propter iuſtitiã patitur, recte ni-
ens ꝓpter hilominus apud aliũ prophetã,videlicet Amos,dicit Ioſeph:Sicut Dauid(inqt)putaue-
iuſtitiã, Io- runt ſe habere vaſa cantici,bibentes in phialis vinũ,& optimo vnguẽto delibuti,& nihil
ſeph dicit patiebant ſuper contritiõe Ioſeph.Non dixit,nihil patiebant ſup contritione fratris,ſed
Amos.6 poſitus eſt pro fratre Ioſeph,vt quilibet frater ſiue matris eccleſiæ filius,proprio ſignifi-
caret eius noĩe,cuius ex fratribus fama p̃clara eſt,vel in malis quæ pẽdit, vel in bonis quæ
repẽdit.Et hoc miro decore dixit,videlicet qa (vt ſupra dictũ eſt) primus iſte à tp̃e pro
miſſionis contritionẽ.i.pſecutionẽ propter iuſtitiã paſſus eſt,ita vt ferrum animam eius
Plorat⁹ bo pertranſiret. ¶Porro,iſta mater qualiter & ploret & conſolari nolit,melius ſentiri põt
nus & dul- per experimentum,ꝗ per ſolũ lectionis auditũ.Quid enim? Nõne ploratus eiuſmodi dul
cis cior eſt omni conſolatione præſentis ſeculi? Dicit nanq; ille quiſqs eſt, ꝗ ploratũ hunc,
Pſal.41. ꝗ ſit dulcis,expertus eſt:Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte,dum dicit mi-
Quæſtio hi quotidie,vbi eſt deus tuus. ¶Sed dicit aliqs: Si bonum eſt matri huic filios ſuos plo-
rare,ſi optimũ eſt conſolari nolle ſiue cõſolationẽ renuere,quomodo ploranti dñs ibidẽ
apud eundem prophetam verba conſolationis ingerit,& eam à ploratu compeſcit? Vbi
enim dixit:Vox in excelſo audita eſt lamentationis,fletus & luctus Rachel plorantis fili-
os ſuos,& nolentis conſolari ſuper eis,qa non ſunt,continuo ſequit:Hæc dicit dñs:Quie-
Hiere.31 ſcat vox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis;qa eſt merces operi tuo,ait dñs,& reuer
tent à terra inimici tui,& eſt ſpes nouiſſimis tuis,ait dñs & reuertent filij tui ad terminos
ſuos.Quomodo & dñs eam conſolatur,& ipſa conſolari non vult? Si bonus(vt iam dictũ
eſt)illius eſt ploratus,quomodo dicit ei:Quieſcat vox tua à ploratu? ¶Ad hæc inquã:
Reſponſio Non vnus idemꝗ eſt ploratus ille,cuius vox in excelſo audita eſt, & ille cuius vocẽ deus
audire non vult,dicens:Quieſcat vox tua à ploratu. Ploratus nanq; alius eſt veniens ex
ſpũ dei,& alius veniens ex ſpũ huius ſeculi. Huius Apoſtolus: Quæ eñ ſecundum deum
2.Corin.7 triſtitia eſt,pœnĩam in ſalutem ſtabilem operat,ſeculi autem triſtitia mortem operatur.
¶Non multis opus eſt,nam qualem ploratum interdicat dñs,dicens: Quieſcat vox tua à
1.Theſſ.4 ploratu,& oculi tui à lachrymis,ipſe in eodẽ Apoſtolo determinat,cum dicit: Nolumus
vos ignorare de dormientibus,vt nõ contriſtemini ſicut & cæteri ꝗ ſpem non habẽt. De
niq; & quod hic ſubiunxit conſolando,qa eſt ſpes nouiſſimis tuis,& reuertent filij ad ter
minos ſuos,idem eſt quod ibidẽ ſubiungit in Apoſtolo:Si eñ credimus,ꝙ Ieſus mortu
us eſt,& reſurrexit,ita &deus eos ꝗ dormierunt per Ieſum adducet cũ eo,&c.vſq; ad id.
Itaq; conſolamini inuicẽ in verbis iſtis: Ploratũ aliũ, ploratũ ſiue luctũ triſtitiæ, quæ eſt
ſecundum deum,non ſolum non interdicit,verumetiã beatificat idem dñs:Beati(inquiẽs)
Matth.5. qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur.Igitur & laudabiliter plorat,& laudabiliter con
ſolationẽ renuit Rachel,& cur ita faciat,cauſam rõnabiliter habet,videlicet qa nõ ſunt,id
eſt,qa nondũ ad immutabilitatem filij eius peruenerunt, de qua videlicet immutabilita-
Pſal.121. tem in pſalmo dictũ eſt:Hierl̃m,quæ ædificat vt ciuitas,cuius participatio eius in idipſum
Quam-



Quamuis in cœlo ſint animæ ſanctoꝝ,nondum eſt illis idipm̃,qa videlicet adhuc in pul-
uere dormiunt corpora ipſoꝝ,adhuc in hoc ſeculo peregrinat pars ipſoꝝ, adhuc naſci-
turi ſunt ꝗ pertineant ad numeꝝ ipſorum.Quando(ſicut in propheta dñs dicit)filij quos Hiere.31
plorat Rachel,reuertent ad terminos ſuos,id eſt,quando deus(ſicut ipſe in Apoſtolo lo- 1.Theſſ.4
quit)eos qui dormierunt per Ieſum,adducet cũ eo, tunc erit idipſum, tunc conſolabitur 1.Iohã.3
mater ſuper filijs quia ſunt,quia tunc videbunt ſicuti eſt, eum qui dicit:Ego ſum ꝗ ſum. Exod.3
⌊Defuncto aũt Herode,ecce angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph⌋&cætera vſq; ad id
⌊& admonitus in ſomnis ſeceſſit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate quæ
vocat Nazareth, vt adimpleret quod dictum eſt per prophetas: Qm̃ Nazaræus voca-
bitur⌋ Cum cætera ſatis per ſe clareant,illud ſolũ quæſtione indiget,cur cum dixiſſet, & Quæſtio
habitauit in ciuitate,quæ vocat Nazareth,cauſam hanc ſubiunxit: Vt adimpleret quod
dictum ẽ ꝑ prophetas: Qm̃ Nazaræus vocabit. Quid enim? Niſi habitaſſet vel nutritus
fuiſſet in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, non eſſet Nazaræus, id eſt, deo conſecratus?
¶Ad hæc inquam:Eſſet qdem,eſſet plane Nazaræus,hoc eſt,conſecratus,ſiue Nazaræ- Reſponſio
us,id eſt,ſanctus,ſed non ita vocaret.Oportebat aũt illum ita vocari,qm̃ ita per prophe
tas ſpũs ſanctus prænuntiauit,ꝙ ſanctus,imo & ſanctus ſanctoꝝ ipſe ſit.Exempli gratia:
Væ(inqt Eſaias)genti peccatrici, populo graui iniqtate, ſemini nequam, filijs ſceleratis: Eſa.1
Dereliquerunt dñm,blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati retrorſum. Item: Ipſi
autem ad iracundiam prouocauerunt,& afflixerunt ſpm̃ ſancti eius.Et ad Danielem an- Eſa.63
gelus loquit:Vt conſummet præuaricatio,& finem accipiat peccatum,& deleat iniqtas, Dani.9.
& adducat iuſtitia ſempiterna,& impleat viſio,& prophetia, & vngat ſanctus ſanctoꝝ.
¶Ipſum quoq; verbum hebraicum Nazaræus,quod hic Euangeliſta poſuit,de prophe-
tis ſiue prophetijs reſeruatũ accipimus:Benedictiones patris tui confortatæ ſunt(ait pro Chriſt⁹ Na-
pheta & patriarcha Iacob)benedictionibus patrũ eius, donec veniret deſideriũ collium zaræus.
æternoꝝ,quod ſine dubio Chriſtus eſt, deſiderium angeloꝝ,& ſanctoꝝ omniũ,in cum Gene.49
proſpicere deſiderantium,cuius typum geſſerat ille Ioſeph in eo,ꝙ in ſeruum vænunda 1.Petri.1
tus,& poſt carceris anguſtias,dñs ſiue princeps terræ Aegypti factus eſt.Statimꝗ ſubiũ-
git:Fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. Poſſumus & hoc di-
cere,quod iuxta hebraicã veritatẽ in Eſaia ſcriptũ ſit:Exiet virga de radice Ieſſe,& Na- Gen.41.49
zaræus de radice eius aſcendet. Moyſes quoq; cum legẽ Nazaræi ſcribit,dicẽs inter cæ-
tera. Tunc radet Nazaræus ante oſtiũ tabernaculi fœderis cæſariẽ conſecrationis ſuæ,& Eſa.11
ſubinde: Poſt hæc poteſt bibere Nazaræus vinũ &c.ꝙ niſi in Chr̃m tendit? Alioqui niſi Nume.6
cuncta quæ ibi dicunt,referri debeant ſcd̃m ſpm̃ viuificantẽ ad ſpũalia ſacramenta huius
vere conſecrati & vere ſancti,quæ vtilitas in litera huiuſmodi? Oportebat inquam, (vt
iam dictum eſt)illum ita vocari,qm̃ ita ſpũs ſanctus per prophetas prænuntiauit,Et qua-
re hoc prænuntiauit? Videlicet, qa neceſſarium eſt ad æternam ſalutem omni credenti,
ſcire & confiteri,ꝙ ſolus iſte ſanctus ſit,ꝙ peccatum non fecerit,nec inuentus ſit dolus in Eſa.53
ore eius, & ita ſanctus, ita ſine peccato, vt etiam tollat & tollere poſſit peccata mundi. 1.Pet.2
¶Igitur vt materia daret tanti nominis, vt quod erat,hoc diceret.ſ. Nazaræus ſiue Na-
zarenus,id eſt,conſecratus ſiue ſanctus,digne factum eſt, quod admonitus in ſomnis Io
ſeph ſeceſſit in partes Galilææ,& habitauit in ciuitate quæ vocat Nazareth. ¶Hinc nãq; Titul⁹ Chri-
occaſiõe accepta,imo agẽte ſpũ dei,ꝗ etiã malis bñ nouit vti,Pilatus famoſum & præcla ſti in cruce
rum illum titulum,Hebraice,Græce,& Latine,ſuper crucẽ eius ſcripſit:Ieſus Nazarenus Iohan.19.
rex Iudæoꝝ.Huius tituli non parua ſpiritui ſancto cura vel prouidentia fuit,ne corrum
peret à pontificibus Iudæoꝝ,dicentibus ad Pilatũ:Noli ſcribere,Rex Iudæoꝝ,ſed quia
ipſe dixit,Rex ſum Iudæoꝝ. Quis eñ niſi ſpũs dei, maligni illius animã ſtare fecit,vt re-
ſponderet eis:Quod ſcripſi,ſcripſi? Ibi nanq; ſeruus malus propheticis quorundam pſal
moꝝ bene ſeruiuit titulis.ſ.quinquageſimiquinti,qnquageſimiſexti,qnquageſeptimi,qn
quageſimioctaui.& qnquageſiminoni,ꝗ videlicet tituli fere oĩno hmõi ſunt.In finem ne
corrumpas,ipſi Dauid,in tituli inſcriptiõe.¶Nomẽ Nazareni in illo titulo & ſi cæteri euã
geliſtæ prætererunt. At Iohannes aqlino ꝓuidẽs oculo,ꝙd multũ pertineret ad nomen
crucifixi, vt vere ſaluatoris(ꝙd ẽ Ieſus)& vt vere regis,ꝙd ei pro crimine aſſcribebat, ita
& vere ſancti,ꝙd eſt Nazarenus,nõ præteriuit,totumꝗ nobis pſcripſit titulũ, Ieſus Na-
zarenus rex Iudæoꝝ.¶Ad ſummũ memoriter illud tenẽdũ,ꝙ Euãgeliſta,cũ dixiſſet,ha Nazareus
bitauit in ciuitate Nazareth,nõ ita cauſam appoſuit,vt diceret,vt adimpleret,ꝙd dictũ ẽ vocabitur.
ꝑ prophetas,qm̃ Nazaræus erit,ſed qm̃ Nazaræus vocabit.Siqdẽ nõ inde ſctũs erat, vel
eſt,qa habitauit in Nazareth,imo qa de ſpũ ſctõ cõceptus ẽ,ſed hoc effecit inhabitatio ci
uitalis illius,ꝙ cõpetẽter ſcd̃m ſanctimoniã ſuã vocat Nazaræus ſiue Nazaren⁹,& ſic eũ
vocat oĩs lingua,Hebræoꝝ,Græcoꝝ,atq; Latinoꝝ,nec ſolũmõ hoĩm,veꝝ etiã angeloꝝ
maloꝝ pariter & bonoꝝ,hoĩm pioꝝ pariter & impioꝝ. Et ꝙd magis mireris, mali an-
geli

geli,ſiue maligni ſpūs,per eius præſentiam torti,primi hoc nomine illum vocaſſe leguntˀ,
Marc. 1 Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tp̄s perdere nos.Porro,angeli boni gra-
Marc. 16 tulantes in reſurrectione eius,nomen iſtud ſolēniter prædicauerunt:Nolite expaueſcere
Ieſum quæritis Nazarenū crucifixum.Surrexit,non eſt hic.Hoīes impij, non ſolus Pila-
tus,vbi titulū ſcripſit ſupra memoratū,verꝫ etiā illi,q cōprehenderunt eum, confeſſione
ſua prouexerunt,vimq́ꝫ vocabuli eiuſdē protinus experti ſunt.Interrogati nanqꝫ ab eo,
Iohan. 18 quem quæritis,reſponderunt ei ſemel & iterꝫ,Ieſum Nazarenū, & eo dicente,ego ſum,
Proceſſus abierunt retrorſum,& ceciderunt in terram.¶Hoc ordine proceſſit iſte glorioſus,&ho-
ætatis Chr̄i nore dignus filius hoīs,vſqꝫ ad annum ætatis triceſimū,iuxta quod Pſalmiſta prædixerat
Pſal. 44 Intende proſpere procede & regna.Quem videlicet ordinē non recogitantes,imo reco
gitare aut requirere nolentes phariſæi,& idcirco voluntarie errantes,quippe quos excæ
cauerat malitia ipſorꝫ,dixerunt quodā loco ad Nicodemū,q nocte venerat ad eū.Nun-
Iohan. 7 quid & tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas, & vide qa propheta à Galilæa non ſurgit. Di
xerat em̄ ille:Nunqd lex noſtra iudicat hoīem,niſi audierit ab ipſo prius,& cognouerit,
qd faciat? De turba quoqꝫ cū propter ſermones eius alij dicerent :Hic eſt vere propheta
alij Chr̄us,qdam dicebant:Nunqd à Galilæa Chr̄us venit? Nonne ſcriptura dicit,qa ex
ſemine Dauid,& de Bethleem caſtello,vbi erat Dauid,venit Chr̄us? Quaſi vero fieri nō
poſſit vt aliquando factū nō ſit,vt inde alio loco natus qſpiā,in alio nutriatˀ.¶Imo &ſi in
Galilæa,vbi fuerat conceptus, fuiſſet etiā natus,nihilominus veraciter de Bethleem caſtel
1. Regū. 1 lo veniſſet Chr̄us,qm̄ Bethleemitis de domo & familia Dauid , erat mater eius. Alioqui
mentiˀ ſcriptura,Ephratæum,id eſt,Bethleemitem fuiſſe,dicens Helchanan patrem Sa-
muelis,q fuit dux populi in reuerſione à Babylonica captiuitate. Quiq́ꝫ ob hoc dictus eſt
Zorobabel,qa natus eſt in Babylone,de Iudæa non erit,neqꝫ alij quicūqꝫ nati ſunt illic p
ſeptuaginta annos captiuitatis. Hæc aduerſus improbitatem illorꝫ,q quaſi ædificantes
lapidē hunc reprobauerunt,vnde & de peccato ſuo inexcuſabiles ſunt , qa ſi voluiſſent,ci
to ſcire potuiſſent,quod nos iuniores ſcimus,& prædicamus,qa q̄uis in Nazareth nutri-
tus fuerit,nihilominus de Bethleem caſtello venit,vbi erat Dauid,nec quomodocūqꝫ ve-
nit,ſed ibi natus fuit. ¶Propheticis libenter immoramur teſtimonijs , qm̄ illa ſunt quæ
maxime operanˀ ad clarificationē filij hoīs,cuius gloriā &honorē prædicare pſens opus
Iohan. 16. intendit.Quod non neſciens ipſe cum dixiſſet,adhuc multa habeo vobis dicere,ſed non
poteſtis portare modo,continuo ſubiunxit: Cum aūt venerit ille ſpūs veritatis,docebit
vos oēm veritatem.Ille me clarificabit,qa de meo accipiet,& annuntiabit vobis.Omnia
quæcūqꝫ habet pater,mea ſunt. Propterea dixi,qa de meo accipiet,& annūtiabit vobis.
Matth. ex ¶Ex illis erat iſte Matthæus,quōdā publicanus,& idcirco nondū poterant portare cun-
thelonio vo cta illa,quæ de ſcripturis habebat eis dicere,qa erant hoīes ſine literis & idiotæ.Factum
catus eſt eſt quod promiſit,venit ſpūs veritatis poſt reſurrectionē &aſcenſionē eius,&docuit eos
omnē veritatē,ſicut apparet tam ex iſtis q̄ iam hic poſuit, propheticis quinqꝫ teſtimonijs
q̄ ex alijs qbus & iſte & cæteri euangeliſtæ valde conuenienter vtunˀ,in cauſis locisq́ꝫ op
portunis.Hoc erat quod dixit,qa de meo accipiet,& annuntiabit vobis,qa videlicet ſuū
eſt omne ſcripturarꝫ ſacramentum,ſua ſunt, huius filij hominis ſunt,& in ipſum tendunt
omnia quæ habet pater , ſubauditur , in theſauris legis, & prophetarum,& pſalmorum.
¶Quoties aliqd eorꝫ recte intelligimus , quod vtiqꝫ fit per ſpm̄ veritatis , toties fit quod
promiſit,qa de meo accipiet,&annuntiabit vobis,atqꝫ ita clarificatur ipſe in cordibus no
ſtris,dum per teſtimonia ſcripturarꝫ,quæ non poſſunt ſolui,cognoſciˀ id eē q̊d eſt,verus
ſcilicet filius dei,verus quoqꝫ filius hominis . Quomodo aūt potuiſſet decenter vel con-
Confeſſio grue fieri vt ſolus ipſe,cum eſſet inter homines,paruus & humilis,ſolus(inquā) vl' primus
ſecretorū teſtimonium ſibi ferret ipſe tantæ magnitudinis? ¶Si prodiret in turbas,ſi veniret in cœ
tum phariſæorꝫ &ſcribarꝫ,quibus vt erat magnum ſuperbiæ ſupercilium,ſic nihilominus
magnum erat inuidiæ tormentum,& diceret eis : Ecce ego quē ſcripſit Moyſes in lege,
& prophetæ,ecce ego Meſſias,creditis in deū,& in me credite,quomodo cōſequēter di-
Matth. 11 ceret nobis,& diſcite à me,qa mitis ſum,& humilis corde? Profecto,ſic illū procedere nō
decebat, q eſt ipſa ſapientia,ſed nec filiorꝫ ſapientiæ quenquā decet, vt ipſe primus grām
prædicet,qualiſcūqꝫ ſibi fuerit collata,decebat ipm̄,cuius hæc ſententia eſt,Et beatus eſt,
qui non fuerit ſcandalizatus in me,dare operam,vt omnis auferretˀ occaſio ſcandali, illis
duntaxat,qui non libenter vellent ſcandalizari,vt maxime volebant ſcribæ & phariſæi.
CAP. III Idcirco factū eſt,& reuera fieri oportebat,id quod hactenus enarratis,Euangeliſta conti
nuo ſubiungit:L In diebus aūt illis venit Iohannes Baptiſta,pdicans in deſerto Iudææ &
dicens:Pœniām agite,appropinquabit em̄ regnum cœlorꝫ . Hic eſt em̄ q dictus eſt per
prophetam Eſaiam,dicentem: Vox clamantis in deſerto , parate viam dn̄i,rectas facite
ſemitas eius, Ipſe autem Iohannes habebat veſtimentum de pilis camelorꝫ,& zona pelli
cea



cea circa lumbos eius.Eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eū
Hieroſolyma & omnis Iudæa,& oīs regio circa Iordanē,& baptizabanˀ in Iordane ab
eo,confitentes peccata ſua.⌋ Iſte ergo Iohannes homo magnus , pro ipſa magnitudine
ſui,multū debet humilitati filij hoīs,quippe q propter indigentiā eiuſdē,pauperis & ege
ni propter nos facti,propter nos teſtimonio magno indigentis, tā magnus & talis venit,
qui teſtimoniū perhibens dignus eſſet audiri,imo non poſſet contēni. ¶Qualis em̄ vel q̄
magnus ē propheta hic,de cuius magnitudine pphetauerūt alij prophetæ magni & ſan
cti,teſte ipſo q ipſos prophetas miſit.Hic eſt em̄(ait)de quo ſcriptū eſt:Ecce mitto ange
lum meū ante faciē tuā,qui præparabit viā tuā ante te.Nam ſcriptū eſt in Malachia pro- Malach. 3
pheta,quod ipſe magnifice confirmans,taliter de eodē pronuntiabit: Amen dico vobis
non ſurrexit inter natos mulierꝫ maior Iohanne Baptiſta. ¶Et ipſe Iohannes non nimis Matth. 13
vltroneus,imo nimis diſcuſſus,& nimis improbe pulſatus ab inqrentibus.Ego(inqt)vox Luc. 3
clamantis in deſerto,dirigite viā dn̄i,ſicut dixit Eſaias propheta, cuius & hic Euangeliſta Eſa. 10.
præſenti loco meminit,& euangeliſtæ cæteri.Quando venit iſte angelus,iſta vox clamā
tis,tā magnifice venit,vt conceptus vtero ſenectutis&ſterili Gabriele archangelo pnun- Luc. 1
tiante,ſpū ſuo repleretˀ adhuc ex vtero matris ſuæ, tantis natiuitatē eius comitantibus ſi-
gnis,vt timerent oēs vicini,& ſuper om̄ia montana Iudææ diuulgarenˀ hæc, & ponerēt
oēs q audierant in corde ſuo,dicētes:Quid putas puer iſte erit? Etenim manus dn̄i erat
cum illo.¶Sed fortaſſis hæc documēta magnitudinis eius nos qdem ſcimus, qa legimus.
Illi aūt, q tunc erant præſentes,qn̄ à deſerto venit , neſciebant aut obliti fuerant à longe
præterita,qa triceſimus annus erat.Ad hoc ſciendū , qa propter hoc illis non minus re-
uerendus erat, imo & hoc maxime reuerētiā illi augebat,qa veniebat ignotus, qa cū hoī-
bus non fuerat conuerſatio eius.Inde erat ꝙ Helias eſſe putabatˀ,&quod eo maius eſt,ex-
iſtimabat populus,& cogitabant oēs in cordibus ſuis de illo, ne forte ipſe eſſet Chriſtus.
¶Horꝫ omniū,quæ magnitudinē eius indicant, hic Euangeliſta primū hoc poſuit : Hic Iohannes
eſt em̄ q dictus eſt p Eſaiā prophetā,dicentē:Vox clamantis in deſerto &c.Magnū hoc vox clamā
eſt præconiū Iohannis,qa eſt vox.Non diciˀ vocalis ſiue vocē habens,ſed vox,ſicut ipſe tis in deſer
confeſſus eſt,dicens:Ego vox clamātis in deſerto.Et vox vtiqꝫ alicuius vox eſt.Cuius er- to.
go Iohannes eſt vox? Vtiqꝫ clamantis.Et qs eſt clamans,niſi ille,cuius om̄is vita,om̄e tē- Iohan. 1
pus,quo hic in carne deguit,clamor ſiue inclamatio fuit ? Hinc em̄ Apoſtolus dicit : Qui Hebræ. 5
in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesq́ꝫ ad eum q poſſit illū à morte ſaluū facere,cū
clamore valido & lachrymis offerens,exauditus eſt pro ſua reuerentia.Huius ita claman
tis Iohānes prima vox fuit.Humilitas qppe vocē non habebat, ſed in ciuitate Nazareth
ſecū habitabat,& annus ætatis eius iam triceſimus incipiebat.¶Hoc eſt quod dicere mo Chr̄us indi
liˀ,qa ſicut verbū cuiuſqꝫ noſtrū clara vel ſonora voce indiget.vt melius audiatur,ita ver guit voce
bum dei caro factū eſt,teſtificante Iohanne indiguit,vt hoīes minus in eo ſcandalizaren Iohannis.
tur,q̊d & factū eſt.Non ſolū em̄ apud ſimplices,verꝫ etiā apud inuidentes,& voluntariū
ſcandalū patientes,autoritas Iohannis cauſam eius pſæpe defendit,vt illic,cū dicerent ei.
in qua poteſtate hæc facis? Reſpondens,dixit eis:Interrogabo vos & ego vnū ſermonē, Matth. 21.
quē ſi dixeritis mihi,& ego vobis dicā,in qua poteſtate hæc facio.Baptiſmus Iohānis vn
de erat? E cœlo,an ex hoībus? At illi cogitabāt inter ſe,dicētes:Si dixerimus,de cœlo,di
cet nobis:Quare ergo nō credidiſtis illi? Si āt dixerimus,ex hoībus,timemus turbā. Oēs
em̄ habebāt Iohannē ſicut prophetā. Et rn̄dentes Ieſu,dixerūt:Neſcimus.Ait illis,&ipe:
Nec ego dico vobis,in qua poteſtate hæc facio. ¶Nec vero illa tm̄ tpa ſiue illius tpis aut Teſtis Chr̄i
gentis hoīes attēdere qs debet,ſed oēs gētes,ſiue nationes vſqꝫ ad finē ſeculi,qa quocūqꝫ neceſſarius
& q̄ diu prædicatˀ Chr̄i aduentus,adeſt hic idē teſtis Iohannes,& teſtificans,digito ſuo cō Iohannes
firmat,qa Chr̄us alius nō fuit,nec eſt,nec erit,niſi is q putabatur filius Ioſeph.Hoc valuit
magnitudo ſiue autoritas illius amici & teſtis, vt reciperent tunc filiū ſaltē pauci, ſaltem
duodecim, incipientes ab iſta voce,qua dixit:Ecce agnus dei,q tollit peccata mundi .Et Iohā. 1
ſi non plures illū recepiſſent,receperunt aūt etiā alij nonnulli,ſufficere poterant huic ſan-
cto Iſraeliti ad propagandā gentē ſpiritualē tot ſpūales filij , quot ſecundū carnem filios
primus Iſrael pater eius habuit. ¶Lucas euangeliſta,pulcherrimi prudens autor eloquij Lucas &
hūc aduentū huius Iohannis taliter edicit,Anno qntodecimo imperij Tyberij Cæſaris, Daniel cō
procurante Pontio Pilato Iudæā, tetrarcha autem Galilææ Herode. Philippo autē fra cordant de
tre eius tetrarcha Itureæ & Trachoniditis, regionis , & Lyſania Abilinæ tetrarcha,ſub aduentu
principibus ſacerdotum Anna & Caipha , factum eſt verbum domini ſuper Iohannem Chriſti
Zachariæ filium in deſerto.Et venit in oēm regionem Iordanis &c. Quàm pulchre nar- Lucæ. 3
ratio hęc illi propheticæ Danielis viſioni cōcordat:Aſpiciebā in viſione noctis,&ecce be
ſtia quarta terribilis atqꝫ mirabilis & fortis nimis,dētes ferreos hn̄s magnos,comedēs at- Dani. 7.
qꝫ cōminuēs,& reliqua pedibus ſuis cōculcās.Et ſubinde:Aſpiciebā ergo in viſiōe noctis,
& ecce

&ecce in nubibus cœli, quaſi filius hoĩs veniebat, & vſq; ad antiquum dieꝝ peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatẽ, & honorẽ, & regnũ, & oẽs populi, tribus & linguæ ſeruient ei. Poteſtas eius poteſtas æterna quæ non auferet, & regnũ eius quod non corrumpet.

Regnũ Iudæoꝝ a Romanis comminutum.

¶Quid enĩ erat videre illam talem beſtiã, non ſolũ comedentẽ, ſed etiã cõminuentẽ, niſi ꝙ hic pulchre cõmemorat Romanũ imperiũ, non ſolum vt cæteras gentes, Iudæoꝝ regnum ſuæ ditioni ſubdidiſſe, veꝝ etiam in tetrarchias comminuiſſe? Vt enĩ Iudaici regni cõminueret potentiã, propter nimiã gentis illius inſolentiã, idcirco in tetrarchas illud, id eſt, in quatuor principes diſſipauit, videlicet Pontium Pilatum, Herodem, Philippum, & Lyſaniam. Nec vero ſolummodo regnũ, veꝝ etiam ſacerdotij principatũ, in duos. ſ. Annam & Caipham, diuidendo cõminuit. Futuꝝ autẽ erat, vt reliqua pedibus ſuis conculcaret, quod tunc fecit, quando gentem & locum tulit, & eos q bello ſuperfuerunt, in captiuitatem diſperſit.

Initiũ veniendi a baptiſmo Iohãnis.

¶Nunc igiť leuemus oculos noſtros, oculos mentis, & proſpectũ fidei, qa quod illic propheta videbat in viſu noctis venientẽ in nubibus, quaſi filium hoĩs, dum comediſſet atq; cõminuiſſet illa beſtia terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, hoc eſt, quod hic narrant Euangeliſtæ, veniſſe & manifeſtũ eſſe in Iſrael hunc vere filiũ hoĩs, & initium veniendi feciſſe à baptiſmo Iohannis, dum regnũ Iudaicæ gentis ſibi ſubdidiſſet, & in tetrarchias (vt iam dictũ eſt) cõminuiſſet magna potentia Romani imperij.

Acto. 10

Incipiens enĩ (ait Petrus apoſtolus) poſt baptiſmũ, quod prædicauit Iohannes, Ieſum à Nazareth, quõ vnxit eum deus ſpũ ſancto & virtute &c. vſq;, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex viuoꝝ & mortuoꝝ: huic omnes prophetæ teſtimoniũ perhibent, remiſſionem peccatoꝝ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Initium ergo faciendi veniens à baptiſmo Iohannis, q latuerat eatenus, habitans cũ parentibus Nazareth, & ſubditus illis, quouſq; proceſſit? Vſq; ad antiquum dieꝝ peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatẽ, & honorẽ, & regnũ, & ipſe eſt (ait Petrus, vt iam dictũ eſt) q conſtitutus eſt à deo iudex viuoꝝ & mortuoꝝ, & ſicut ait

Pſal. 8.

Dauid: Gloria & honore coronauit eum, & conſtituit eũ ſuper opera manuum ſuarum, oĩa ſubiecit ſub pedibus eius. Hoc eſt, vnde præſenti opere loqui propoſitũ eſt, ad gloriam & honorẽ filij hoĩs, cui ſermo bonus eſt ſuper datum optimũ, quem & ipſe exoptãs dicit ad dilectã animã: Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire vocẽ tuam

Cant. 8
Luc. 3

Factum eſt verbum dñi (ait iam dictus euangeliſta Lucas) ſuper Iohanem Zachariæ filium in deſerto, & idem Iohannes apud alium euangeliſtam, quid ad ſe dictum fuerit, vel ad qd verbum dñi ſuper ſe factum fuerit, prædicat hoc modo: Et ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtareť in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Item: Et ego neſciebam

Iohan. 1

eum, ſed q miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris ſpm̃ deſcendentem, & manentem in eo, hic eſt qui baptizat in ſpũ ſancto. Hoc ex præteritis, quæ ſcriptura narrat euangelica, ſatis euidenter conſtat, qa Iohannes neſciebat eũ, videlicet eo modo, quo inuicem ſciunť, vel ſciri poſſunt facies hominum, q vel pariter cõmanent, vel aliquando mutuos ſibi aſpectus præbuerunt. Ieſus nanq; adhuc infantulus necdũ biennis, fugerat in Aegyptũ, & Iohannes puer, neſcimus quot annoꝝ, veruntñ in teneris annis, ſeceſſerat in deſertũ. Ergo ſecundũ faciẽ neſciebat eum, licet ſecundũ ſpm̃ ſcire potuerit, eum iam adueniſſe, quo agente exultauit in gaudio, clauſus in vtero matris ſuæ. Sed vt manifeſtareť (ait) in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans, ſubaudiť & prædicans quod hic Matthæus primus exprimens: Venit (ait) Iohannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnĩam agite, appropinquabit enĩ regnum cœloꝝ. Hęc eius p̃dicatio viã parauit, vt manifeſtareť in Iſrael iſte filius hoĩs, & apparere in nubibus cœli, perueuturus (vt ſupra memoratum eſt) vſq; ad antiquum dieꝝ, id eſt, eligeret ſibi apoſto

Eſa. 60
Acto. 1

los, de qbus dictũ eſt per prophetam: Qui ſunt iſti, q vt nubes volant? Teſtes illos habiturus, & videntibus illis aſcenſurus in cœlum, & cum illoꝝ teſtimonio prædicãdus ꝑ mũdum vniuerſum.

Regna terrarum rapina fuerunt

¶Et notandũ, ꝙ primus iſte præcurſor dñi nomine expreſſo prædicat regnum cœloꝝ, ſciendumq; ſolum & vnicum regnum cœloꝝ, regnum eſſe legitimũ rapinam autem fuiſſe omnia regna terraꝝ, præter ſolam ſedem Dauid, quæ huius regni cœloꝝ præparatoria fuit. Regna terraꝝ illa dicimus, quæ abſq; deo fuerunt, & ſine ſpe regni cœloꝝ pertranſierunt, quoꝝ maxima erant capita leæna & vrſus, pardus, & illa ſi

Dani. 7.

ne nomine quarta beſtia, quas videlicet beſtias Daniel vidit in viſione ſupra memorata, per quas intelligimus quatuor principalia regna, quoꝝ primũ, regnum Babylonioꝝ, populum dei captiuauit: ſecundũ, regnum Perſaꝝ & Mœdoꝝ, agente Aman ſuperbiſſimo populum eundem funditus delere voluit. Tertium, regnum Græcoꝝ, mala in eodẽ populo geſſit illa, quæ Machabæoꝝ narrant libri. Quartum, regnum Romanoꝝ, & ipm̃ filium hominis, tradentibus eum Pontio Pilato Iudæis, & martyres eius vſq; ad tpa Con

Ibidem.

ſtãtini crudeliter occidit. Quod illic poſt beſtias illas datum ſiue dandũ eſſe vidit Daniel,

re-



regnũ filio hominis, dictũq; eſt ad eũ, ſuſcipient aũt regnũ ſancti dei altiſſimi, & obtinebunt regnũ vſq; in ſeculũ & ſeculum ſeculoꝝ, hoc eſt regnũ q̃d prædicans Iohãnes, præmittit, pœnĩam agite, & tũc demũ cauſam ſubnectit, appropinquabit enĩ regnũ cœloꝝ. Hic iam nec illud p̃tereundum, ꝙ hoc ſit propheticæ gratiæ ſingulare p̃coniũ, vbicunq; legeris vel audieris ad quempiã factum eſſe verbum dñi, & hinc prophetas ſanctos eſſe vel dici, qa factũ eſt ad eos verbũ dñi. Nouiſſimus oĩm illoꝝ iſte eſt Iohannes, ſuꝑ quẽ

Lucæ. 3

ſcribit Euangeliſta factũ eſſe verbũ dñi, vt veniret p̃dicans & baptizans, & ſic manifeſtaretur in Iſrael filius hoĩs. Primus aũt oĩm fuit pater Abraham, de q̃ ſic ſcriptũ eſt: Factꝰ

Gene. 15.

eſt ſermo dñi ad Abraham ꝑ viſionẽ, dicens: Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum. & ſubinde: ſtatimq; ſermo dñi factus eſt ad eũ, dicẽs: Nõ erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem, &c. quibus vtiq; verbis promittebať aduentus eiuſdẽ filij hominis.

Iohãnes venit in teſtimoniũ

Iohan. 1.

¶Igiť cũ dicit hic, In diebus illis venit Iohannes Baptiſta, ſubaudiendũ eſt, in teſtimoniũ. Sic enĩ alius Euangeliſta ſublimiter enuntiauit, præmittens, fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Iohannes. ſtatimq; ſubiungens, hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt oẽs crederent ꝑ illum. Nec veꝝ ſolummodo ex deſerto in oẽm regionẽ Iordanis, veꝝ & ex matris vtero in lucẽ vitæ pręſentis in teſtimoniũ venit. idcirco ſenibus iuſtis datus eſt, idcirco ſterili vtero cõceptus, idcirco adhuc ex vtero matris ſuæ ſpũ ſancto repletus eſt, idcirco cum gaudio multoꝝ & admiratiõe plurimoꝝ natus eſt, idcirco duce ſpũ ſancto in deſertum à ſeculo fugit, & vitã angelicã duxit, oẽmq; ordinẽ vitæ irreprehenſibilẽ geſſit, victu atq; veſtitu venerabilis, & oĩ ſanctitate mirabilis, vt eſſet idoneus teſtis, & oĩbus his modis in teſtimoniũ venit. Sacerdos erat, & patri ſacerdoti ſuccedere iure debebat, ſed vetera ſacerdotij veteris inſignia reſpuens, legẽq; cærimoniaꝝ in diebus ſuis eſſe finiendã optime ſciens, ſolũ præelegit p̃dicare & in ſemetipſo dedicare pœnĩam, q̃ ſacerdotalis officij pars optima ẽ. Nouerat qppe, ſicut beatus ille & iuſtus Simeon, nouerat (inquã) & reſpõſum acceperat

Lucæ. 2

ab eodẽ ſpũ ſancto, q hominẽ talẽ, pulchrũ gratiæ ſuæ vehiculũ parauerat, nõ viſurum ſe mortẽ, niſi prius videret Chr̃m dñm, & illũ regni cœloꝝ regẽ quærendũ ſibi eſſe, non ꝑ oſtenſionẽ ſiue promiſſionẽ aulicæ purpuræ, ſed ꝑ prædicationem auſteræ pœnitentiæ.

Iohan. 1.
Chrũs ſuſcepit pœnitentiã ꝓ pctis nr̃is.

Nam vt manifeſtareť (ait) in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans, & p̃dicans baptiſmũ pœnitẽtiæ. ¶Dicit aliqs, Nõ poterat alio modo fieri, vt manifeſtaretur in Iſrael, niſi p̃dicando pœnitentiã? Ad hæc inquam, Poterat qdem, ſed omniũ modoꝝ, quibus hoc fieri poterat, iſte modus erat optimus, & pro re magis cõgruus, magiſq; neceſſariꝰ. Quid enĩ? Nõne ad hoc venerat filius hoĩs? nõne ad hoc natus erat agnus dei, vt pœnitentiam ſuſciperet pro peccatis totius generis humani, & vt pœnitentiã incipiens à ieiunio quadraginta dieꝝ, ꝑſeueraret agẽdo illã in laboribus plurimis, vſq; ad mortẽ, mor-

Pſal. 117.
Ioh. 19.

tem aũt crucis? Nonne illa morte à dño factũ eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris, ꝙ cũ lapis ille reprobatus eſſet, cũ foras ciuitatẽ proiectus ille filius hoĩs in cruce penderet, iamq; ſpm̃ emiſiſſet, patefactum eſt latus eius militis lancea, & continuo exiuit ſanguis &

Luc. 12.

aqua? Hoc fuit, hoc eſt baptiſma ipſius, de q̃ dixit ipſe iamdudũ baptiſmate Iohannis baptizatus: Ego habeo baptiſmo baptizari, & quõ coartor vſq; dũ perficiatur? Illo baptiſ-

Roma. 6.

mate nos baptizandi eramus, & baptizati ſumus. Hinc Apoſtolus: Quicũq; enĩ, ait, baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Modus ergo manifeſtatio-

Prouer. 15

nis hic erat optimus & valde congruus, vt gloriam humilitas p̃cederet, humilitatẽ gloria ſequereť, atq; illic p̃monſtraretur, quali cum fructu ſuſceptam pœnitentiam foret cõſummaturus. Humilitas qppe fuit, ꝙ venit dñs ad baptiſma ſerui, & inter peccatores pęnitentiam ſuſcipientes, q peccatũ non fecerat, baptiſmũ pœnitentiæ ſuſcepit. Quæ vel qualis humilitatem gloria continuo ſecuta eſt? [Ecce (inqt) aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpm̃ dei deſcendentẽ ſicut colũbam, & venientem ſuꝑ ſe. Et ecce vox de cœlo dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in q̃ mihi bene cõplacuit.] Hoc & miraculũ glorioſum, & maioris fuit gloriæ ſignũ. Similiter nãq; humilitatẽ mortis, quæ (vt iam dictũ eſt) pœnĩæ propter nos ſuſceptæ cõſummatio fuit, ſecutura erat gloria reſurrectionis, qua effulgẽte, nimiꝝ aperti ſunt ei cœli, & ipſe in cœlũ aſcendit, & gratia ſpũs ſancti, non iam ſuꝑ eum, ſed ſuꝑ credentes in eum & baptizatos in noĩe eius deſcendit. Aliàs aũt & vere ſuper eũ deſcendit, quoniam ipſe eſt caput, & ipſi ſunt corpus eius, ſuper q̃s ſpũs ſanctus deſcen-

Ephe. 3

dit, nec ob aliud ſuper eos deſcẽdit, niſi quia Chrũs ipſe eſt in eis, quẽadmodũ Apoſtolus dicit habitare Chriſtum per fidẽ in cordibus noſtris.

Vis ꝓphetica in Ioh. Baptiſta

¶Vnde autem huic Iohanni, vt tam cito cognoſceret eũ, diceretq; venienti ad ſe illud memorabile ex humili corde, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Dixit enĩ ſecundũ Iohannẽ, vt ſupra memoratum eſt, dixit (inquam) ſemel & iterum, & ego neſciebam eum. Vnde ergo tã cito cognouit eum? Ad hæc breuiter reſpondendum, quia per vim prophetici ſpiritus cogno-



uit

uit eum, vtiq; volentem cognoſci, q̃a iam tẽpus aderat cognoſcẽdi eum. De illa vi propheti ſpũs loquit̃ Apoſtolus: Si omnes prophetent, intret aũt quis infidelis vel idiota, conuincit̃ ab omnibus, dijudicat̃ ab omnibus, etiã occulta cordis eius manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem, adorabit deum, pronuntians ꝙ vere deus in vobis ſit. Hoc in laudẽ propheticæ gratiæ dicit, ꝙ illi occulta cordis alterius manifeſta ſint. Erat aũt Iohannes propheta, iam'q; ex vtero matris ſuæ gratiã propheticam acceperat, ſpũ prophetico repletus fuerat. Sed vt & hoc inſeram, q̃d aliud verbũ dñi factum fuerat, vt Lucas meminit, ſuper Iohannem Zachariæ filium in deſerto, niſi ipſum, quod caro factum fuerat ex Mariæ virginis vtero? Ergo ne verbum q̃d factum fuerat ſuper eũ, vt veniret, & aſſumptum hominem ſiue carnem, quam aſſumpſerat, manifeſtaret ille in Iſrael, non oſtẽderet illi cito quem quærebat, & propter quem, vt manifeſtaretur, obediens verbo aduenerat? Igitur quũ iſta ſit vis prophetici ſpũs, vt iam dictum eſt, manifeſta facere occulta cordis, etiam nolentis, quanto magis manifeſta fieri debuerunt Iohanni occulta cordis dñi Ieſu, p̃ſertim volẽtis, vt nõ ex facie mentẽ, ſed (quod mirabilius eſt) ex mẽte cognoſceret eius faciem? Et ille q̃dem quiſq; eſt, cuius occulta cordis ita manifeſta fiunt, cadẽs in faciẽ (ait Apoſtolus) adorabit deũ, pronuntians ꝙ vere deus in vobis ſit, dominus aũt Ieſus, cuius non eſt adorare, ſed adorari, q̃ debuit modo, gratiã illam, gratiã propheticã honorauit, cui manifeſta facta fuerãt occulta cordis ſui, quatenus Iohannes dicere poſſet, ego à te debeo baptizari, ſiue illud ſecundũ Iohannem: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Et quõ gratiam illã honorauit? Videlicet pronuntiando ꝙ vere deus, vere ſpũs ſanctus, vere ſpũs propheticus, & plus q̃ propheticus, eſſet in mente Iohannis. Dixit eñ vbi opportunũ fuit: Sed q̃d exiſtis in deſertum videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus q̃ prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto angelũ meum ante faciem tuã, qui p̃parabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, inter natos mulierũ non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta, &c. vſque, Et ſi vultis recipere, ip̃e eſt Helias q̃ vẽturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Vbi vero factum eſt eidem Iohanni q̃d dixit: Ego à te debeo baptizari? Oportet nanq; verũ & ſtatera rationis eſſe ponderatũ, q̃d tali in tempore, talem ob cauſam, tali tantoq; filio hominis dixit propheta veritatis, homo tanti meriti, angelus tam magni præconij. Vbi ergo factũ eſt ei? Vbi baptizatus eſt ab illo, qui ad baptiſmũ eius veniebat, filio hominis? Illic nimirũ, vbi peccata mũdi tulit idem agnus dei, quẽ digito demõſtrauit. Vbi hoc? Profecto vbi agnus ipſe immolatus ẽ, & noſtros ſanguine ſuo poſtes ſacrauit, & Pharaonẽ cũ ſuis Aegyptijs ita flagellauit, vt vinceret, qui victus non fuerat decem præceptorũ legalium plagis magnis, Pharaonem non carneum, ſed ſpũalem, ſcilicet diabolũ principẽ tenebrarũ. Vbi traduxit illũ palàm, confidẽter affigens cruci, & mare magnũ, mare rubrũ, ſcilicet ſanguinẽ & aquã de latere ſuo lancea percuſſus emiſit. Ibi factũ eſt Iohanni q̃d ſperabat & ſciebat, dicẽs: Ego à te debeo baptizari, nec ſoli Iohanni, verumetiam ſanctis & electis omnibus, qui expectabant eũ ab origine mũdi. ¶ Et quidẽ ſcire poterat, q̃d ex vtero matris ſuæ ſanctus eſſet, quippe qui ſpũ ſancto adhuc ex vtero matris ſuæ repletus eſt, ſed q̃a iuxta erat illi dñs, ſicut ſcriptũ eſt: Iuxta eſt dñs his q̃ tribulato ſunt corde, & humilis ſpũ ſaluabitur, quia (inquã) iuxta illi erat dominus, & deprope ſciebat in contritione cordis & in humilitate ſpũs, quod dñs ſolus ſine peccato & ſolus eſſet de virgine natus: ipſe autẽ, quamuis magno munere ſacratus, tamen de cõmixtione maris & fœminæ fuiſſet procreatus, ſanctitatem illã quaſi neſcire voluit, nec ſibi ſufficere indicauit, niſi pro eo funderet̃ ſanguis illius agni, quẽ videbat, cui loquebat̃, agni ſolius ſancti, ſolius immaculati. ¶ Et reuera niſi mare illud inimicos noſtros operuiſſet, niſi ſanguis ille fuſus fuiſſet, & aqua illa inundaſſet, ſanguis redẽptiõis & aqua emundationis, neq; huic, neq; illi, cui ante hũc dictum eſt, priuſq̃ te formarẽ in vtero, noui te, & anteq̃ exires de ventre, ſanctificaui te, neq; alicuĩ ſanctorũ ſanctitas vlla ſuffeciſſet, quicũq; dicti ſunt ſancti, vt Aaron, de q̃ Pſalmiſta dicit: Et irritauerũt Moyſen in caſtris, Aaron ſanctũ domini. Sunt eñ plures modi, q̃bus q̃dlibet ſanctũ dici cõſueuit, ne cũ ſanctũ audieris, ſtatim perfectũ & ab oĩ putes eẽ pc̃tõ liberũ. Scriptũ q̃ppe eſt in lege Moyſi, q̃a oĩe maſculinũ adaperiẽs vuluam, ſanctũ dñi vocabit̃. Sanctifica mihi, ait dñs, oĩe primogenitũ, q̃d aperit vuluã in filijs Iſrael, tã de hominibus q̃ de iumẽtis, mea eñ ſunt oĩa. Et in lege Nazaræi ſcriptũ eſt: Sanctus enim erit, creſcẽte cæſariæ capitis eius. Oẽs dies ſeparatiõis ſuæ, ſanctus erit dño. ¶ Et Iohannes quidẽ iſtis q̃q; modis ſanctus fuit, vtpote primogenitus, ante quẽ ſterilis mater nullum genuit, ideq; Nazaręus, vti angelus locutus ẽ, vinũ & ſicerã nõ bibet. Sed nunq̃d oĩs eiuſmodi ſanctus, q̃ inde ſanctus eſt ꝙ primogenitus, immunis à pc̃tõ exiſtimabitur? aut nũquid Nazaræus, quoniã ſiceram & vinũ non bibit, & nouacula ſuper caput eius nõ aſcendit, ſiue Samſon, ſiue alius q̃s eiuſmodi, ideo cõſummatæ ſanctitatis erit? Verũtamen ſe-

[Marginal notes, left page: 1. Corin. 14 · Ibidem. · Matth. 3 · Iohan. 1 · Matth. 11. · Eſa. 40. · Vbi baptizatus ẽ Iohannes a Chriſto? in cruce. · Exod. 12 · Coloſſ. 2 · Pſal. 33. · Nulli ſua ſctitas ſuffecit ad regnum cœlorum · Hierem. 1. · Pſal. 10. · Lucæ. 2 · Exod. 13 · Deute. 15 · Numer. 6 · Iohãnes primogenit⁹ & Nazaręus. · Luc. 1]



ſecundũ illum ſanctitatis modũ, que infuſio ſancti ſpũs operatur, Iohanne ſanctior inter natos mulierũ nemo quidẽ ſurrexit, ſed nihilominus ſancti ſanctorũ Ieſu Chriſti baptiſmate. i. ſanguinis eſſuſione vel eius morte indiguit, & idcirco veraci humilitate dixit: Ego à te debeo baptizari. ¶ Nũc vide hũc ſanctũ, hunc primogenitũ, hũc Nazaræũ, q̃tũ deceat ſic eſſe veſtitũ (vt euãgeliſta refert) dicẽs: Ip̃e aũt Iohannes habebat veſtimentũ de pilis camelorũ & laudari à dño, dicente: Quid exiſtis in deſertũ videre hoĩem mollibus veſtitũ? vbi ſubaudit̃ non, & ſeq̃tur: Ecce q̃ mollibus veſtiunt̃, in domibus regum ſunt. Vere talis habitus decebat eum, veſtimentũ de pilis camelorũ & zona pellicea circa lumbos eius, ſicut & Heliã, de q̃ itidẽ ſcriptum eſt: Vir piloſus & zona pellicea accinctus renibus. Tales eñ vtriuſq; fuerũt mores, & zelus auſterus, taliſq; vita, q̃ non indulgebat ſibi, vt eſſet remiſſior, fluentibuſq; delicijs luxuriaret̃. Hoc de iſto confeſtim ſcriptura p̃ſens teſtat̃, q̃a non molliter pc̃tõribus blandiebat̃. Dixit eñ: Videns multos Phariſæorũ & Saducæorũ venientes ad baptiſmũ ſuum. Progenies viperarũ, q̃s oſtẽdit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœniæ, & ne velitis dicere intra vos, patrẽ habemus Abraham. Dico enim vobis, q̃m potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Oĩs ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Ecce vere hominẽ nõ mollibus veſtitum, quippe cuius ſermo pilis camelorũ, q̃bus veſtitus erat, multo eſt aſperior vnde & non potuit eſſe in domibus regũ, imo in domo regis Herodis & reginæ Herodiadis decollatus eſt propter ſermones eiuſmodi, ſermones veritatis, q̃bus ipſe non mollis, peccatorũ molles auriculas & adulationis auidas arguendo nimis offendit. Apud Lucam ſenſus quidẽ & verba ip̃a pene ſunt eadẽ, niſi ꝙ hic manifeſtius deſignat propter q̃s maxime ſic inceperit, Progenies ſiue genimina viperarũ, videlicet propter Phariſæos & Saducæos, q̃ erãt hæretici Iudæorũ. Nam phariſæi ex Hebræo in Latinum interpretant̃ diuiſi, eo ꝙ traditionũ & obſeruationum, quas illi deuteroſes vocabant, iuſtitiam p̃ferebant, vnde & diuiſi vocabãtur à populo, quaſi p̃ iuſtitiam. Sadducæi interpretant̃ iuſti. Vendicabant enim ſibi q̃d non erant. Corporis reſurrectionem negabãt, & animã cum corpore interire p̃dicabant. Hi quinq; tantũ libros legis recipiebãt, ꝓphetarũ vaticinia reſpuentes. Igitur cum dicit Lucas: Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant vt baptizarent̃ ab ip̃o, genimina viperarũ: hic autem p̃miſſo, tunc exibat ad eum Hieroſolyma & oĩs Iudæa & oĩs regio circa Iordanẽ, & baptizabant̃ ab eo in Iordane, confitẽtes pc̃tã ſua. tunc demũ ſic incipit: Videns aũt multos Phariſæorũ & Sadducæorũ venientes ad baptiſmũ ſuum, dixit eis: Progenies viperarũ. conſtat ꝙ pariter quidẽ totam, ſed nõ ęqualiter totam gentẽ malitiæ ſæuientis arguit, ꝙ ſcilicet inuicem inuidẽdo & inuicem mordendo, Iudæi forent ab inuicem conſumendi, maxime aũt Phariſæi & Sadducæi futuri eſſent autores vel cauſa ſibimet tanti mali & iræ ſuperuenturæ, vt pro miraculo debeat eſſe rarus quiſq;, qui illam ſciret vel poſſet effugere. Nec vero ita denotauit eos ſolus vel primus, Siquidẽ prior, Moyſes inter cætera dixit: Fel draconũ vinum eorũ, & venenum aſpidum inſanabile. Nunq̃d minus eſt dicere, fel draconũ ſiue venenum aſpidũ, q̃ progenies ſiue genimina viperarũ? ¶ Et illos q̃dem phariſæos, q̃bus hæc & cætera dixit, putaremus ſic veniſſe ad eũ, vt vellet percipere baptiſmũ, q̃m ſic Euangeliſta dixit, videns aũt multos Phariſæorũ & Sadducæorũ venientes ad baptiſmum ſuũ, ſed repugnat illud q̃d alius euãgeliſta magis illos inſinuat veniſſe ad inſidiandũ. Miſerũt (ait) Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Iohannẽ, vt interrogarẽt eũ, tu q̃s es? Cũq; interrogãtibus tandẽ reſpõdiſſet, ego vox clamãtis in deſerto, dirigite viã dñi, ſicut dixit Eſaias propheta, poſt hanc illius reſponſionẽ ſtatim ſubintulit: Et q̃ miſſi fuerãt, erant ex Phariſæis. Hoc dicto, deinde ſeq̃tur, & interrogauerunt eũ, & dixerũt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chr̃s, neq; Helias, neq; propheta? Per hoc meli⁹ intelligitur iſtud q̃d ait Matthæus: Vidẽs multos Phariſæorũ & Sadducæorũ veniẽtes ad baptiſmũ ſuũ, ſcilicet quia venerãt, nõ vt ipſi baptizarent̃, ſed vt baptizantem calũniarent̃, p̃ſertim cũ & alius Euãgeliſta dicat: Et oĩs populus audiẽs & publicani, iuſtificauerũt deũ, baptizati baptiſmo Iohãnis: Phariſæi aũt & legiſperiti conſiliũ dei ſpreuerũt in ſemetipſis, nõ baptizati ab eo. ¶ Quod erat illud vel quale dei cõſiliũ, q̃d Phariſæi ſpreuerunt? Nimirũ pœniam agere, & dignos pœniæ fructus facere. At illi ſcilicet Phariſæi, cõſiderabãt in ſe tãquam iuſti & aſpernabant̃ cæteros, ſicut atteſtatur locis opportunis veritas euãgelij. Vñ apud Lucã diligẽter animaduertendũ, q̃a interrogabãt turbæ dicẽtes, q̃d ergo faciemus? interrogabãt publicani veniẽtes vt baptizarent̃, & dicebãt: magiſter, q̃d faciemus? interrogabant & milites dicẽtes, q̃d faciemus & nos? Turbæ interrogabãt, publicani interrogabãt, milites q̃q; interrogabãt dicẽtes, q̃d faciemus? Phariſæi vero nuſquã interrogaſſe leguntur & dixiſſe, q̃d faciemus? Claret igit̃ q̃d vel quale cõſiliũ dei, q̃uo cõſiliũ dei ſpreue-

[Marginal notes, right page: Matth. 11. · Iohãnis & Heliæ veſtitus. · 4. Reg. 1 · Hæretici Iudæorũ · Luc. 3. · Progenies viperarũ · Deute. 32 · Phariſæi non baptizabãtur a Iohãne Baptiſta. · Iohan. 1. · Luc. 7. Phariſæi iuſti apud ſe ipſos, conſilium dei ſpreuerũt. · Lucæ. 3]

 rint

rint phariſæi,nõ baptizati baptiſmo Iohãnis,quia videlicet erãt ſuperbi, confidentes in
Roma.10 ſe tanq̃ iuſti,ſuã iuſtitiã ſtatuere volẽtes,& iuſtitiæ dei nõ ſubiecti,vnde & magno ſupci
Matth.9. lio magiſtrũ pietatis,filiũq́ patris miſericordiaꝝ Ieſum Chrm̃ redarguiſſe legunt, dicẽ
Pſal.93 do diſcipulis eius,quare manducat magiſter veſter cũ publicanis & pctõribus? ¶Porro
quẽ tu erudieris dñe & de lege tua docueris eũ,ille deſiderat,vt ſciat pœnĩam agere,de-
ſiderat vt poſſit dignos pœnĩæ fructus facere. Ille ſcit,ille confitet̃ ꝙ iuſtitia nulla ſit,ꝙ
omnis ex operibus iuſtitia vana ſit,niſi teſtimoniũ habeat ex fide huius filij hominis Ie-
ſu Chri,cuius ſanguis cũ aqua fluens de latere eius,vt ſuperius dictum eſt,niſi iuſtos oẽs
emũdaſſet,immũdæ & ſordidæ eſſent oẽs iuſtitiæ, iuxta illã veridicam confeſſionẽ iuſtã
Eſa.64. & iuſtificãdi prophetæ Eſaiæ:Et facti ſumus vt immũdi omnes nos,& quaſi pãnus mẽ-
Vana glo- ſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.¶At illi falſo iuſti,& vere pctõres,ne iſtã cognoſcerẽt
riatio de iuſtitiã,ſcutũ ſui cordis habebãt patrẽ ſuæ carnis Abrahã,quaſi caro Abrahæ,qm̃ de il-
carne A- la profluxerant,ſufficere poſſet eis ad iuſtitiã.Proinde cũ dixiſſet:Facite ergo fructũ di-
brahæ gnum pœnitẽtiæ,ſubiunxit atq; ait:Et ne velitis dicere vos, patrẽ habemus Abraham.
Dico em̃ vobis,qm̃ potẽs eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam em̃ ſe-
curis ad radices arboꝝ poſita eſt.Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonũ,excidet
& in ignem mittet.Hæc eo dicẽte,opportune reminiſcimur ſermonis illi prophetici ex
Hiere.17. ore Hieremiæ:Maledictus vir q cõfidit in hoĩe,& ponit carnẽ brachiũ ſuũ,vt à dño re-
cedat cor eius.Erit em̃ quaſi miricæ in deſerto,& non videbit cũ venerit bonũ,ſed ha-
bitabit in ſiccitate in deſerto,in terra ſalſuginis & inhabitabili.Benedictus vir qui confi-
dit in dño,& erit dñs fiducia eius,& erit tanq̃ lignum q̊d transplantatur ſup aquas,quod
ad humorẽ mittit radices ſuas,& nõ timebit cũ venerit æſtus.Et erit foliũ eius viride,&
Iudæi con in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitũ,nec aliquãdo deſinet facere fructũ. ¶Quid(quæſo)a-
fidebãt in liud eſt velle dicere intra ſemetipſos,Patrẽ habemus Abraham,ſiue pater nr̃ Abrahã eſt,
homine & hoc aduerſus dñm,niſi cõfidere in homine,& ponere carnẽ brachiũ ſuũ,vt à dño re-
cedat cor eoꝝ? Nã veraciter vt à dño corde recederẽt,imo vt dñm in ſermone caperẽt
idcirco nonnunq̃ dixiſſe legunt,Pater noſter Abraham eſt,& illud: Nos ex fornicatiõe
Ioh.8.9. non ſumus nati:Itẽq;:Semen Abrahæ ſumus.Et:Nos aũt Moyſi diſcipuli ſumus. Nõne
hoc eſt confidere in homine, & ponere carnẽ brachiũ ſuũ,fiducia Moyſi & carnis Abra
hæ,ſpernere conſiliũ dei, & gloriari contra filiũ dei,q ſola & vnica eſt gloria Abrahæ,
ſiue Moyſi,qua remota,inglorius eſt Moyſes, Abrahamq́ nõ niſi puluis & cinis? Ne er
Cunctis a- go velitis(ait)ita dicere intra vos,Maledictus em̃ quiſq; ille eſt,q in carne contra conſi
gẽda ẽ pœ lium dei gloriat,vt non faciat dignos pœnĩæ fructus. Maledictus eſt ille ſicut Chanaan,
nitentia de q̊ dixit pater ipſius hãc ſentẽtiã maledictionis,Seruus ſeruoꝝ erit fratribus ſuis. Ete-
Gene.9 nim ille talis eidem Chanaan ſimilis eſt,Chananæus & nõ Iudæus eſt.Hæc em̃ dicit dñs
Ezech.16. ad Hieruſalẽ apud Ezechielẽ:Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus
Amorræus,& mater tua Cethęa.Ille(inquã)nõ quaſi oliua eſt fructifera in domo dñi,
ſed quaſi miricæ in deſerto,in terra ſalſuginis & inhabitabili,q̃ videlicet arbor ex amari-
tudine nominata eſt,guſtus enim eius nimis amarus eſt,& hæc in ſolitudine & ſaxoſa hu
mo naſcitur.Iam(inqt)ſecuris ad radicẽ eiuſmodi arboꝝ poſita eſt,vt q̃ fructũ bonũ nõ
facit,excidat,& in ignẽ mittat,ſiue illa oliua,ſiue mirica ſit.Etenim etiã ſi de radice bonę
oliuæ creuerit,ſiue oleaſter aut mirica ſit,exciderũt propter ſterilitatẽ,propter incredu
litatẽ.Inde Apoſtolus:Si em̃(inqt)deus naturalibus ramis non pepercit,ne forte nec tibi
Roma.11 parcat.Vide ergo bonitatẽ & ſeueritatẽ dei,in eos qdẽ q ceciderũt ſeueritatẽ, in te aũt
bonitatẽ,ſi pmãſeris in bonitate,alioqui & tu excideris.¶Hoc de inuiſibili exciſione di-
Duplex ex xit,qua proijcit incredulus à regno dei,ſecuri exciſus diuini iudicij.Veruntamen & alia
ciſio Iudęo exciſio illoꝝ,propter q̊s vel qbus dicebat, & ne velitis dicere intra vos, patrẽ habemus
rum. Abraham,&c.videlicet illa,qua corpaliter q̊q; excidẽdi erãt & extirpandi de terra ſua,
Pſal.73. ſecuri viſibili,ſcilicet manu Romana.Hinc Pſalmiſta pdixerat:Quaſi in ſylua lignorum
ſecuribus exciderũt ianuas eius in idipm,in ſecuri & aſcia deiecerũt eam,incẽderũt igni
Lapides, ſanctuariũ tuũ,&c.¶Quid porro eſt q̊d ait, Dico em̃ vobis, qm̃ potens eſt deus de lapi-
Gentiles dibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ? Quos vel quales videbat ſiue digito demõſtrabat la-
pides? Non enim ſolũmodo dixit de lapidibus,ſed ſignãter ait,de lapidibus iſtis, q̊ vide-
licet pronomine ſolemus vti, quũ digito demonſtramus vel demõſtrare poſſumus ipſas
res,de qbus nobis ſermo eſt.Et qdẽ ſenſus verus eſt,p lapides recte intelligi hoĩes gẽti
Lapides les,lapidea ſimulachra colẽtes,de qb⁹ & nos fuim⁹ vel ſumus in filios Abrahæ ſuſcitati p
iſti, pphe- fidẽ Ieſu Chri,ſed nõ legunt tũc adfuiſſe vel veniſſe ad Iohãnẽ in Iordanẽ eiuſmodi lapi
tæ & apli. des,eiuſmodi hoĩes.Quos ergo videbat,vel demõſtrabat in Iordane lapides? Putas ne
Ioſue.4 illos,q̊s de Iordane tulit,& q̊s in medio Iordanis alueo Ioſue dño iubente poſuit? Elige
(inqt dñs)duodecim viros,ſingulos p ſingulas tribus,& pcipe eis,vt tollãt de medio Ior
danis



danis alueo,vbi ſteterũt ſacerdotũ pedes,duodecim duriſſimos lapides,q̊s ponetis in lo-
co caſtroꝝ,vbi fixeritis hac nocte tẽtoria.Fecerũt aũt filij Iſrael ſicut eis pceperat Ioſue
portãtes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt ei dñs imperarat, iuxta nume-
rum filioꝝ Iſrael, vſq; ad locũ in q̊ caſtrametati ſunt,vbiq́ poſuerũt eos.Alios q̊q; duo-
decim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterant ſacerdotes q porta-
bant arcã fœderis,& ſunt ibi vſq; in pſentem diẽ,de hoc & de cæteris conſtat autorita-
te apli,qa oĩa in figura contingebant illis.Quod cũ ita ſit,nonne ſpũaliter nobis lapides 1.Cor.10
illi,prophetæ ſunt & apli,lapides viui ,lapides magni, q fidẽ noſtrã velut fundamentũ
portant,neceſſariáq; nobis factis & dictis opeꝝ dñi memoriã ſemper ſuſcitant? Nam
de illis lapidibus cur ſic à dño pceptũ & ſic eſt factũ? Quando(inqt)interrogauerint vos Ioſue.4
filij veſtri cras dicentes,qd ſibi volũt iſti lapides,reſpondebitis eis.Defecerũt aquæ Ior-
danis ante arcã fœderis dñi dei noſtri,cũ tranſiret eũ. Idcirco poſiti ſunt lapides iſti in
monumentũ filioꝝ Iſrael vſq; in æternũ.Nihil verius,q̃ lapides iſtos,ſcilicet prophetas
& aplos,q ſignificabant per lapides illos,in monumentũ nobis vſq; in æternũ eſſe poſi- 1.Cor.10
tos.Si veraciter dixit Aplus Chriſti,petra aũt erat Chrũs,cũ de petra inanimata , de qua
populus biberat,fuiſſet locutus,qũo non veraciter dicat pcurſor Chriſti,lapides iſti, q̊s
Ioſue dño iubente pro monumẽto poſuit,prophetę ſunt & apoſtoli:q̊ꝝ alios, videlicet
prophetas,olim poſuit:alios,ſcilicet aplos,ſine dubio continuo poſiturus eſt? Et pphe-
tæ qdem,qa profundiora vel obſcuriora ſacramẽta continent,quaſi in medio Iordanis
alueo ſub aquis latent:apoſtoli vero,qa nuda & aperta facie ſaluatoris opa teſtant, quaſi
in Galgala poſiti,q̊d interpretat reuelatio,ſemp ſub dio conſpectibus oĩm patent. ¶Igi Caro Abra
tur ne cœperitis,ait,dicere intra vos,Patrem habemus Abraham,dico em̃ vobis,qa po hæ ſine fi-
tens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.i.ne argumẽtemini vos pœniten de nihil p-
tia vel pœnitentiæ fructibus non indigere,ſiue regnũ cœloꝝ vobis hæreditariũ eſſe, qm̃ deſt.
ſecundũ carnẽ eſtis filij Abrahæ,qa profecto ſola caro Abrahæ ad cõſequendũ regnum
cœloꝝ non magis valet q̃ iſti lapides,imo cũ de carne Abrahæ multi ſunt filij diaboli:p
verbũ illoꝝ,q̊ꝝ in figura poſiti ſunt lapides iſti,multi naſcent, q vere ſint filij Abrahæ,
vere filij dei.Nam fides eſt,q̃ ſola facit filios Abrahæ,caro aũt ſola non prodeſt quicq̃,&
taliũ quiſq; viroꝝ benedictus eſt,iuxta prophetã ſupra memoratũ,qa cõfidit non in ho
mine,ſed in domino,in q̊ confiſus eſt & Abraham nõ deus,ſed homo,qa non ponit car Hiere.17
nem Abrahæ brachiũ ſuum,vt à domino recedat cor eius,ſed dñs eſt fiducia eius,& idcir
co non erit,quaſi miricæ in deſerto,neq; habitabit in ſiccitate in terra ſalſuginis & inha- Non eadẽ
bitabili,ſed erit quaſi lignũ q̊ transplantat ſup aquas,& q̊d ad humorẽ mittit radices ſu- Iohãnis &
as,vt dignos pœnitentiæ fructus facere non deſinat.¶Interea cũ hæc & his ſimilia,q̃ cę apoſtoloꝝ
teri Euangeliſtæ non tacẽt,loqueret turbis, hic amãtiſſimus pcurſor dñi,non ignorabat pdicatio
propheticam habẽs ſcientiã,ꝙ non eſſet illi tẽpori vel officio deſtinatus,quo pdicandũ
erat cũctis gẽtibus,ꝙ ex vtero virginis ſupra naturã hominis natus eſſet ipſe quẽ præ-
currebat mediator dei & hominũ, homo Ieſus Chrũs. Hoc vt erat vere inſtructus ſpũ
humilitatis,confitet humiliter,ſuæq́ reputat indignitati,dum pmittens:⌊Ego qdẽ vos
baptizo in aqua in pœnĩam,q aũt poſt me vẽturus eſt,fortior me eſt.⌋ ſubiungit conti-
nuo:⌊cuius nõ ſum dignus calceamẽta portare,ipſe vos baptizabit in ſpũ ſancto.⌋ Per
calceamẽta qppe,cũ ſint ex corijs mortuoꝝ animaliũ,ſignificat humanitas eiuſdem filij
hoĩs Ieſu Chri,in qua erat mortalis & paſſibilis. Vnde eſt illud:In Idumæã extendam Pſal.107
calceamẽtum meũ.i.notũ faciã gẽtibus incarnationis meæ ſacramẽtum.Hoc p apoſto-
los erat faciendũ,ipſe aũt Iohannes non erat victurus vſq; ad illud tps,q̊ apoſtoli taliter
calceamẽta dñi portauerũt.i.publice pdicare cœperunt,natũ eſſe de virgine deũ & ho- Iohan.1
minem Ieſum Chriſtũ,qa verbũ erat in principio deus apud deũ,& verbũ caro factum Matth.1.
eſt,& ſicut angelus locutus eſt ad Ioſeph,q̊d in beata virgine natũ eſt, de ſpũ ſancto eſt.
Igit cũ dicit,q aũt poſt me vẽturus eſt,fortior me eſt, cuius nõ ſum dignus calceamenta
portare,promptũ eſt aĩaduertere,q̃ libenter hmõi officiũ ſubiret,quãta cũ dilectiõe glo-
riam iſtã filij dei,filij hominis,cũ illis cœlis annũtiare & enarrare pgeret.¶Et ipſe quidẽ Pſal.18
de ſeipſo ita ſentiendo,ita indignũ ſemetipm iudicãdo,regulã cuſtodiebat veræ humilita Humilitas
tis,qa non conſiderabat ꝙ ipſe ſolus eſſet pcurſor domini, imo & angelus domini, ſicut Iohãnis Ba
de ipſo in Malachia ſpũs propheticus pędixit,ſed illud conſiderabat,ꝙ illi futuri eſſent ptiſtæ.
cœli,qui(ſicut iam dictũ eſt) calceamẽta portãdo Ieſu Chriſti,enarrarent eiuſdẽ gloriã Malac.3
dei.Hæc eſt regula,quam Aplus breuiter perſcribit ad Philippenſes his verbis:Nihil p Philip.2
contentionẽ,neq; per inanem gloriã,ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicẽ arbitrãtes.
Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes,ſed ea quæ alioꝝ.Ipſe(inquã)ita iudicando, ita
non quæ ſua,ſed quæ alioꝝ erant, conſiderãdo:& ſuperiores ſibi futuros apoſtolos arbi
trãdo,regulã cuſtodiebat ſanctæ & verę humilitatis,ſemetipm deprimẽs ,tanquã minor

eſſet

eſſet oĩbus illis. Sed nũquid ita iudicabat dñs iudicij? Nequaꝗ̃, ſed, Amen dico vobis, ait,
Matth.11. non ſurrexit inter natos mulierũ maior Iohãne Baptiſta. Ergo & nullus oĩm illa dñi cal
ceamenta portantiũ, illã domini de vtero virginis incarnationẽ ſuo tẽpore publica p̄di-
Marc.16 catione ſequẽtibus ſignis p̄dicantiũ, maior te eſt ô Iohannes Baptiſta. ¶ Porro fortitudĩ
nem quã intẽdit dicẽdo: Qui aũt poſt me vẽturus eſt, fortior me eſt, miro modo non q-
dem exprimit, qm̃ exprimi non põt & ineffabilis eſt, ſed parumper ſignificat, ita dicẽdo:
Fortitudo Chriſti ⌊Cuius vẽtilabrũ in manu ſua, & ꝑmũdabit areã ſuã, & cõgregabit triticũ ſuum in hor
reum, paleas aũt cõburet igni inextinguibili.⌋ Quãta (quæſo) eſt fortitudo iſta, ventila-
brum ſuũ habere in manus ſua? Non enim ſaltem ita dixit, cuius vẽtilabrũ in manu dei.
Eſa.9. Simile illud eſt, q̊d in Eſaia legimus, cuius imperiũ ſuper humerũ eius, ſiue, Et factus eſt
principatus ſuper humerũ eius. Neq; iſte dicit, cuius ventilabrũ in manu dei, neq; ille dĩ
xit, imperiũ eius ſiue principat⁹ eius factus eſt ſup humerũ dei, ſed vt animaduertas ipm̃
in ſua fortitudine ſufficientẽ eſſe ſibi, & iſte, cuius vẽtilabrũ in manu ſua, dicit, & ille prin
cipatũ eius ſup humerũ eius factũ eẽ aſſerit. Neq; ita dicit iſte, & ꝑmũdabit areã dñi, & cõ
gregabit in horreũ triticũ dñi ſiue dei, ſed areã ſuam permundabit, & triticum (inqt) ſuũ
congregabit. Ergo dñs eſt areæ, & poſſeſſor eſt totius tritici, & deus fortiſſimus ipe eſt,
cuius ventilabrũ eſt, & cui ad ventilandũ ipſa manus ſua ſufficit, ſicut humerus ſuus ad
imperiũ ſiue principatũ tenendũ ſatis eſt, ſatisq; valet abſq; impendijs alienis. Igit deus
Superbi vt palea a vẽto auferentur eſt, deus (inquã) & dñs oĩpotens ipſe eſt, qui auxilio nullius indiget. ¶ Quid dicemus for-
tibus? qd dicemus ſuperbis? Nimirũ q̃a palea ipſi ſunt, humiles aũt & q timent dñm, ipſi
ſunt triticũ, verbũ aũt domini, verbũ incarnatũ, verbũ plenarie manens, & inhabitans in
pectore, & ſpirans de ore huius filij hominis, pro ſimilitudine illis eſt, & erit venti vehe-
mẽtis, q̊d tam facile, imo & multo facilius reprobos & ſuperbos oẽs exterminabit, ꝗ̃ ve-
Eſa.57. hemens aura ſiue ventus quẽlibet fortis paleã de area cuiuſpiã eliminare poſſit. Oẽs eos
(ait ipſe dñs per prophetam) auferet vẽtus, tollet aura. Quos eos, niſi oẽs fortes fortitudĩ
ne fallaci, de quibus & ita præmiſit, cũ clamaueris, liberẽt te congregati tui? Præmiſerat
etiã & ipſis, effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificiũ. Ergo oẽs eos (ſubauditur, male fortes)
viſibiles ſeu inuiſibiles, auferet (ait) ventus, tollet aura, & ita dicẽdo, magnam diuinitatis
Eſa.40. fortitudinẽ, & magnã econtra oĩs creaturæ infirmitatẽ eſſe deſignat. Multa ſunt in ſcri-
Iob.4. pturis dicta hmõi, ſecundũ ſimilitudinẽ ſufflantis, exiccatũ eſt fœnũ, & cecidit flos, quia
ſpũs dei ſufflauit in eo, & in Iob, vidi (ait Eliphar Themanites) eos qui operant iniqtatẽ
& ſeminant dolores, & metũt eos, flante deo periſſe, & ſpũ iræ eius eſſe conſumptos. Et
his ſimilia, per ꝗ̃ hoc intẽdit ſanctus ſacræ ſcripturæ ſpũs, vt facilitatẽ diuinæ oĩpoten-
tiæ cognoſcamus, q̊d multũ facile ſit ei, deijcere cito, quicqd contra fortitudinẽ eius for-
Eſa.57 titer ſtare videbatur. ¶ Ibidem q̊q; apud Eſaiã, vbi p̄miſerat, q̊d iam dictũ eſt, & oẽs eos
auferet vẽtus, tollet aura, poſtmodũ ſubiunxit: Quia ſpũs meus à facie mea egredietur, &
flatus ego faciã. Frequẽs eſt lectio, ſed experimentũ in vita p̄ſenti valde rarũ, vt experiat
quiſpiã, quẽ diuinitas ad experiendũ admittere dignatur, tangẽdo pectus ſiue labia eius
in momẽto, ſiue in ictu oculi, taliter afficiat tactu ſenſibili, quẽ beatus papa Gregorius ibĩ
vult intelligi, vbi ad Heliam loquẽs dñs, dicit: Et poſt ſpiritũ cõmotio, Non in cõmotiõe
dominus. Et poſt commotionẽ ignis, Non in igne dominus. Et poſt ignem ſibilus auræ
tenuis, & ibi dominus. Et quidem ſubtilitas diuinitatis, oẽm, non ſolum corporis, verum
3. Regũ. 19 etiam animæ ſenſum excedit: ſed cum vult: non tantũ animam, verum etiam corpus ta-
ctu ſuo ſenſibiliter afficit. Qui videlicet tactus, dum vult, ſuauis, & dũ vult, valde eſt terri-
bilis, ita vt quiſqs illũ ſenſit, iam pene non ſit illi opus verbis edoceri, ꝙ vere deus fortiſſĩ
mus ſpirituum ſit, nec penitus ignorat, licet omnino effari non poſſit, qualis ille ſit tre-
mor, quo maieſtatem domini tremere dicuntur etiam ſancti angeli.

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIENSIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER III.

Eſa.55 OMnes ſitientes (ait ſpũs ſanctus) venite ad aquas, & qui non habetis argen
tum, properate, emite & comedite. Aquæ præſenti loco ſcripturæ ſunt,
quibus ſpũalium continent myſteria gratiarũ, ſicut & illic, Bibe aquam de
Prouer.5 ciſterna tua, & fluenta putei tui. Deriuent fontes tui foras, & in plateis a-
quas tuas diuide. Aquæ iſtæ aquæ domini ſunt, & quicũq; emerit eas, eius
fiunt, nec domini eſſe deſinũt. Quid rogo eſt, ꝙ cũ omnes ſitientes inuita-

uerit



uerit ad hmõi aquas, illos maxime inuitat ad emendũ, q non habẽt argentũ? Ait eñ: Et Emere aq̃s ſapiẽ abſq; argẽto qd eſt.
qui non habetis argentũ, properate, emite. Certe in omni negotiatiõe terrena magis illi
ſolẽt inuitari ad emendũ, qui habẽt vel habere vident argentũ. Hæc aũt negotiatio tota
cœleſtis, tota ſpũalis eſt. Quid ergo eſt argentũ non habere, niſi in philoſophia ſeculari,
ſiue prudentia eloquij non confidere? Talibus nanq; non habẽtibus eiuſmodi argẽtum,
ipſa humilis conſcientia magnũ eſt, emptionis pretiũ. Talis erat Moyſes, cũ diceret ad Exodi.4
deum: Obſecro dñe, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius, & ex q̊ locutus es ad ſer
uum tuũ, impeditioris & tardioris linguæ ſum? Et in parabolis ſapiẽs loquit: Stultiſſim⁹ Prouer.30
ſum virorũ, & ſapientia hominũ non eſt mecũ: Non didici ſapientiã, & nõ noui ſanctorũ Contra æmulos & detractores.
ſcientiam. ¶ Quid igitur ô æmule ſubſannas? Quid obtrectator me laceras? Fateor quia
catygetas tuos audiui, oẽs ſapientes & prudẽtes eloquij myſtici, & omnino nullas habeo
diuitias argẽti eiuſmodi, & ſi qd percepi de ſecularibus philoſophis, non ſunt mihi pro
diuitijs, ſiue pro nummis argẽteis. Sed nũquid ob hoc mihi ab aquis iſtis erat deſperãdũ?
imo magis ſperandũ, qm̃ inter oẽs ſcientes, illos q non habent argẽtum audio maxime
inuitari ad emendũ. Subſanna quantũ vis, licet ſcripta mea nõ niſi inſidiando legere ve Iohan.7
lis, & ſi libet etiã illud dic: Qũo hic literas ſcit cũ non didicerit? Si eñ cũ illo, in quẽ hoc
dictũ eſt, participes fuerimus opprobrij, erim⁹ etiã gloriæ & honoris. Proinde diſſimu- Apoc.10.
landa eſt p̄ſens amaricatio ventris, ex comeſtione libri, quẽ qui deuorauit, erat, inqt, in
ore meo tanꝗ̃ mel dulce, & cũ deuoraſſem tũ amaricatus eſt vẽter meus, & itinere cẽpto
peragendũ eſt in opere dei, in intẽtione quã ſignificauit titulus p̄ſcriptus operi, de glo-
ria & honore filij hoĩs. ⌊Ego quidẽ, ait Iohãnes, baptizo te in aqua.⌋ Quã vel qualem
habet rationẽ baptizari ſiue baptizare in aqua? Cõſilium dei erat in aqua baptizari, ſicut Lucæ.7
alius euangeliſta ſignificans, phariſæi aũt, inquit, & legiſperiti conſiliũ dei ſpreuerunt in
ſemetipſis, nõ baptizati baptiſmo Iohannis. Quid ergo habet rõnis tale conſiliũ dei, q̊d Roma.11.
nobis ſcire proſit? Sunt qdem incõprehenſibilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius,
vt Apoſtolus ait, ſed hæc & his ſimilia non nos prohibent ne ſimus laudatores, aut ne ve Prouerb.25
limus habere ſciẽtiã viarũ dei, verũ hoc tantũ, ne ſimus nimij ſcrutatores maieſtatis. Quã 1.Corĩ.13
ergo rationẽ habeat tale conſiliũ dei q̃rimus, non ſcrutando nimiũ, ſed laudare optando
maieſtatẽ dei, & ſicut cætera ex parte ſcimus & ex parte prophetamus, ita de iſto quoq; Conſilium dei, homines baptizari in aqua
gratulemur, q̊d non quidẽ ad ꝑfectũ cognoſcimus, ſed ex parte aliqd ſublucet, quo dele
ctemur. ¶ Quid illud eſt? Nimirũ, q̃a tali conſilio bene diſpoſuit deus, vt ad ordinẽ ſuum
creatura humana reduceret. Fuerat qppe homo ſupra ſe nimis elatus, qñ voluit eſſe ſicut
deus, ſecundũ illud falſum ſerpẽtis ſuſurrium, comedite & eritis ſicut dij, ſciẽtes bonum Gene.3.
& malũ. Illũ primi hoĩs tumorẽ, multi ex eo progeniti hoĩes imitati, deos ſeſe appellari
voluerũt. Et nõnulli quidẽ ex eis poſt mortẽ ſuã ſtulto errore hoĩm pro dijs habiti ſunt,
ille aũt Cæſar Auguſtus, cuius tp̃e natus eſt iſte filius Ieſus Chrũs, viuẽs q̊q; pro deo ha- Horatius 2 epiſt. lib. 2 epiſt. 1.
beri nõ timuit. Vnde adulando illi Flaccus dicit: Præſenti tibi maturos largimur hono-
res, iurandasq; tuũ ꝑ nomẽ ponimus aras. Hæc prima fuit altitudo cordis noſtri, vt vel-
lent eſſe hoĩes ſicut dij, & hoc eſt Adæ pctm̃, in q̊, ait Apoſtolus, oẽs peccauerũt. Porro Roma.5.
humana conditio, ſiue cõditionis humanæ principiũ, non ſolũ creatore deo, verũetiam
creatura dei inferius eſt, & vt manifeſtius dictũ ſit, non ſolũ deo, verum etiã aquæ elemẽ
to. Formauit eñ deus hoĩem de limo terræ, q̊d videlicet elementũ elemento aquæ infe- Gene.1
rius eſt & erat, & ſub eo latebat, donec diceret deus: Cõgregent aquæ quæ ſub cælo ſunt
in locũ vnum, & appareat arida. Multũ ergo terra intumuerat, ordineq; exceſſerat, vbi
homo terrenus altiſſimo ſimilis eſſe cõcupierat. Reducẽdus erat ad ordinẽ, & docẽdus,
vt ſciret confiteri cuius eſſet conditionis, atq; in teſtimoniũ eiuſdem cõfeſſionis ſubmer-
geretur elemẽto aquæ, q̊ grauius atq; ſegnius elementũ terra eſt, vnde hõ principiũ ſum
pſit, & quod (ſicut iam dictũ eſt) totũ in initio ſub aquis latuit. Grande habet momẽtum
in ratione iuſtitiæ, conditionis huius meminiſſe, & abrenuntiando ſuperbiæ diabolicæ,
ſub aqua corpus deprimere, ac deinceps memoria tenere, q̊d deus propter ſuperbiam di
xit homini, q̃a puluis es, & in puluerem reuerteris. Proinde diligenter animaduertendũ Gene.3
eſt, quod ⌊Cum veniſſet Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohãnem, vt baptizaretur ab
eo, & Iohannes prohiberet eũ, dicent, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me, reſpõ
dens ipſe, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.⌋ Nam vere Decet nos implere omnem iuſtitiam.
mitis & humilis corde conſiderabat, ꝙ quàmuis ſanctus ſanctorũ eſſet, nullumq; omni-
no peccatũ haberet, tamen de terra ſumptum corpus haberet, quodq; ad iuſtitiam per-
tineret, vt humilitatis remedium, propter quod docendũ venerat, ipſe in ſemetipſo de-
monſtraret, ſubmittendo aquis, quam aſſumpſerat carnem noſtram, quæ ſe ad ſimilitu-
dinem creatoris omnium, extollere affectauerat in Adam, & ſic ait, decet nos implere
omnem iuſtitiam. Reſpiciebat Iohãnes quod de ſpũ ſancto conceptus fuerat, & hoc illi

 ad ple-

ad plenam ſufficere iuſtitiam, non inaniter æſtimabat. At ille nõ quidem contradixit Io
hanni, dicẽti: Ego à te debeo baptizari, ſed nihilominus vt eſſet plena humilitatis ſatiſ-
factio, corporis quoqꝫ habitu in ſemetipſo ſignificare voluit, ꝗd longe ſit hõ inferior deo,
ſubdẽdo aquis corpus ſuũ, ꝗd ſecũdum materiam terrenũ habet fundamentũ quo aquæ
ſuperiores ſunt & initio fuerũt. Quicũqꝫ in hoc non imitant eum, vt volẽtes deſcendãt
Pſal. 62. pœnam recipiẽt, vt nolentes deſcẽdant. Scriptum eſt eñ: Introibunt in inferiora terræ.
Spreuerunt conſiliũ dei, ſed non vacabit eis ſpernere iudiciũ dei. Iam erat hoc teſtimo-
nium vnũ teſtimoniũ aquæ, ꝗd vere eſſet mitis & humilis corde: Acceſſit autẽ & alius te-
ſtis eiuſdẽ manſuetudinis, ſcilicet ſpecies columbæ. ⸤Vidit eñ ſpiritũ dei deſcendentem
Iohan. 1. ſicut columbam, & venientẽ ſuper ſe.⸥ Et ego (inqt Iohannes) vidi, & teſtimonium ꝑhi
Gloria filij hominis. bui, qa hic eſt filius dei. Splendida gloria, & glorioſus honor filij dei, filij hominis, ꝙ dũ
ſe ſubmittit aquis, aperiunt ei cœli, & ſpũs ſanctus viſibili ſpecie ſuꝑ eũ deſcẽdit, voce ſi-
mul audita de cœlo. ⸤Hic eſt filius meus dilectus, in ꝗ mihi bene cõplacui.⸥ Verũtamen
in his omnibus non iam cõſummata gloria, imo gloriæ initiũ fuit, cuius vtiqꝫ finis poſt-
modum huic initio futurus erat ſimilis, ita vt baptizatus illo baptiſmo, de ꝗ dixit, ego ba
Lucę. 12 ptiſmo habeo baptizari, & quõ coartor vſqꝫ dũ perficiatur: confeſtim aſcenderet de ſe-
pulchro aſcenſu reſurrectionis, & aperirent ei cœli, vt intraret in gloriã ſuam, atqꝫ inde
Pſal. 109 ſpm̃ ſanctum mitteret diſcipulis ſuis, dicẽte ſibi patre, ſede à dextris meis. Vere igit ait,
ſic enim decet nos implere omnẽ iuſtitiam, qa ſecundũ ſimilitudinẽ illoꝝ quæ illic gere
Roma. 4. bantur, futuꝝ erat poſtmodũ, vt moreret propter delicta noſtra, & reſurgeret propter
Iohã. 3 iuſtificationẽ noſtram. ¶ Quàmuis in alijs quibuslibet aquis hoc idem myſteriũ potuiſ-
Cur in Iordane voluit baptizari Chrũs. ſet celebrari, verbi gratia: in Enon iuxta Salin, vbi Iohannes poſtea baptizaſſe legit, qa
aquæ multæ illic erant, tamẽ magis placet magiſqꝫ delectat factũ hoc eſſe in aquis Ior-
danicis. Quã ob cauſam? Videlicet qa ſignũ ſiue figura hoꝝ olim in eiſdẽ ꝑfulſerat aqs.
Nam fluuius ille, ſcilicet Iordanis, ex eo cœpit eſſe memorabilis, ꝗd mortuo Moyſe &
Ioſue. 4 ſuccedẽte Ioſue, diuiſis aquis tranſitũ filijs Iſrael per alueũ ſuum ꝑbuit ſacerdotibus, qui
portabant arcã fœderis dñi ſtantibus ſuper ſiccam humum in medio Iordanis. Portaue
runtqꝫ, ait ſcriptura, filij Iſrael de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt dominus
imperarat, iuxta numeꝝ filioꝝ Iſrael vſqꝫ ad locũ in quo caſtrametati ſunt, ibiqꝫ poſue-
runt eos. Alios quoqꝫ duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterãt
ſacerdotes qui portabant arcam fœderis, & ſunt ibi vſqꝫ in ꝑſentem diem. Lapides illos
Matth. 11. bis duodenos, prophetas intelligimus & apl'os. Omẽs prophetæ (inquit dñs) & lex, vſqꝫ
ad Iohannẽ prophetauerũt. Bene ergo duodecim lapides in medio Iordanis alueo poſi
ti ſunt: poſiti (inquam) non tranſpoſiti, neqꝫ Iordanẽ tranſierũt, quoniam prophetæ nõ
niſi vſqꝫ ad baptiſmũ Iohãnis prophetauerũt, aut prophetare debuerũt, Chriſtũ eſſe vẽ-
Acto. 10 turum. Porro à baptiſmo Iohãnis incipiẽs, duodecim apl'os elegit, & non ꝑdidit ex eis
quenquã, & ꝑcepit nobis (ait Petrus) poſtquam reſurrexit à mortuis ꝑdicare populo &
teſtificari, qa ipſe eſſet, q conſtitutus eſt à deo iudex viuoꝝ & mortuorum, huic oẽs pro
phetæ teſtimoniũ ꝑhibẽt. Bene ergo duodecim lapides alios portauerũt, de medio Ior-
danis, vſqꝫ ad locũ in quo caſtrametati ſunt, ibiqꝫ poſuerũt eos. ¶ Ioſue, quod interpretat
Ioſue typũ Chri geſſit ſaluator, qui Moyſi ſucceſſit, & filios Iſrael in terram promiſſiõis introduxit, ꝗd Moyſes
nõ fecit, ipſe eſt iſte filius hoĩs, qui Moſaicæ legi euangelium ſuccedere iuſſit, & ꝑ illud
credentibus in ſe regnũ cœloꝝ aperuit. Sacerdotes, q ſtabant in medio Iordanis, vt oĩa
cõplerentur, & donec feſtinãs populus tranſiret, nulli melius intelliguntur ꝙ̃ hic idẽ filiꝰ
hominis primus ſacerdos noui, & Iohãnes vltimus ſacerdos veteris ſacerdotij, ſiue legis
& prophetaꝝ finis. Igit, quàmuis, vt iam dictum eſt, in alijs quibuslibet aquis baptizatus
dominus baptiſmo Iohannis, ſacramẽtum deſignare potuiſſet baptiſmi ſui, iure magis
Heb. 5 placet, & ad honorẽ ſcripturaꝝ magis pertinet, quod baptizatus, & baptiſmo illo mani
Aaron quoqꝫ typũ Chriſti geſſit feſtatus ẽ, in aquis Iordanicis. ¶ Hic illud pulchre occurrit, quod Apoſtolus, cũ dixiſſet,
nec quiſꝗ̃ ſumit ſibi honorẽ, ſed q vocat à deo tanquã Aaron, ſubiungit atqꝫ ait: Sic &
Chrũs nõ ſemetipm̃ clarificauit vt pontifex fieret, ſed q locutus eſt ad eũ, filius meus es
Exod. 29. tu, &c. Deniqꝫ illa ꝑdicatione pœnĩæ, & baptiſmo Iohannis vocatus & clarificatus eſt à
Leuit. 8 deo filius hominis Ieſus Chrũs, vt pontifex fieret tanquam Aaron, id eſt, iuxta quod ꝑ-
figuratum eſt in Aaron. Aaron quippe nõ niſi prius aqua lotus, ſacerdotio fungi iuſſus ẽ,
& veſtimẽta ſuſcepit ſacerdotalia, ſcilicet fœminalia linea, ſubuculam lineam, baltheũqꝫ
& tunicam, Superhumerale, & Rationale, Cydarim quoqꝫ, & in fronte laminã ſacræ ve
nerationis, habentẽ inſcriptũ tetragrammaton, ineffabile nomen dei, quod octauũ decꝰ
pontificis, maxime illã deſignat eccleſiã & honorẽ, de ꝗ loqmur, filij hoĩs, de quo Apo-
Philip. 2 ſtolus ait: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod eſt ſuꝑ omẽ
Saceedotiũ nomen, &c. ¶ De alijs indumentis, quid gloriæ, quid honoris ſingula myſtice ſignifi-
cent,



cent, perſcribere, præſentis non eſt negotij, niſi hoc ſolũ, quia ꝗd primũ, ſiue in initio cõ-
ſecrationis ſuæ, ſacerdos Aaron iuſſus eſt aqua lauari, in figura contigit illi, huius ſum- Chri' præſtantius ꝙ̃ Aaron.
mi & veri ſacerdotis, q in initio ſuæ functionis, ſiue ſacerdotij ſui, habebat baptizari ba-
ptiſmo Iohãnis, & cætera quidem veteris illius ſacerdotij miniſteria, figuræ vel vmbræ
fuerunt, myſterioꝝ cœleſtis & veri huius ſacerdotij, ſed ex magna parte ſimilitudo defi-
cit. Ille nãqꝫ & cæteri ſacerdotes, q morte prohibebant ꝑmanere, habebãt ꝗtidie neceſſi- Heb. 10.
tatem, quẽadmodũ ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi.
Hic autẽ eiuſmodi neceſſitatẽ non habuit, ſed ſemel hoc fecit, offerendo ſe non pro ſuis,
ſed pro populi delictis. ¶ Inchoatio ſacrificij ſiue oblationis, qua ſemetipm̃ obtulit, ieiu-
nium fuit ꝗd continuo ieiunauit, & cũ ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta no-
ctibus poſtea eſurijt. Ita nãqꝫ incipiens agere pœnĩam non pro ſuis, vt iam dictũ eſt, ſed Luc. 4
pro populi delictis, laborare non deſijt, operans opus ſalutis, in oĩbus obediens vſqꝫ ad Deute. 18
mortẽ, mortẽ aũt crucis. ¶ Vere ergo fidelis & verax deus, impleuit ꝗd locutus eſt. Time
bat olim populus audire vocẽ dñi dei, & vltra, inquit, non audiam vocẽ dñi dei mei, & Propheta pro Moyſe ſuſcitat? Chrũs
ignẽ hunc maximũ amplius non videbo, ne moriar, & ait dominus Moyſi: Bene omnia
ſunt locuti: Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorum ſimilem tui, & ponam verba
mea in ore eius, loqueturqꝫ ad eos oĩa quę ꝑcepero illi. Hunc prophetam eſſe iſtũ filium
hominis, certum eſt. Quõ hunc populus ille petiuit, aut petere ſciuit? Cum enim dixiſſet
Moyſes prophetam de gẽte tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi dominus deꝰ
tuus, ipm̃ audies, ſubiunxit atqꝫ ait: Vt petiſti à domino deo tuo in Oreb, quando contio Exo. 20
congregata ẽ. Nõ inuenimus aliter petiſſe populũ, niſi ita vt ſcriptura refert. Cũctus aũt
populus videbat voces & lampades, & ſonitũ buccinæ, montẽqꝫ fumantem, & perterriti
ac pauore concuſſi, ſteterunt procul dicẽtes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus. Nõ Exodi. 4
loquat nobis dominus, ne forte moriamur. Si ergo verba hæc populi pro petitione deꝰ
accepit, huius prophetaꝝ domini tanquam populus ita peteret, vt petierat ipſe Moyſes Ephe. 3
obſecro domine mitte quem miſſurus es, quid niſi abundantiam intelligere debemus
gr̃æ exaudientis, q vbi & humiliter petitur, ſuperabundanter dare conſueuit? Hinc eñ
Apoſtolus dicit: Ei aũt qui potens eſt om̃ia facere, ſuperabundanter, quàm petimus aut
intelligmus, ſecundũ virtutẽ, quæ operat in nobis, ipſi gloria in eccleſia, & in Chr̃o Ieſu
in omnes generationes ſeculi ſeculorum, amen. Fidelis, inquam, & verax deus, hic imple
uit, ꝗd illic locutus eſt, & hoc teſtat columba, imo ſpũs dei, quẽ vidit deſcendentem ſicut
columbam, & venientẽ ſuper ſe vidit, & Iohannes, ſicut alius euangeliſta teſtatur, ait, & Iohan. 1.
ego vidi, & teſtimoniũ ꝑhibui, qa hic eſt filius dei. ¶ Quàm diſſimiles ſpecies hic atqꝫ il- Fortitudo dei ꝑ ſpeciem ignis deſignata.
lic: Hic ſpecies columbæ: illic voces & lampades ſiue maximus ignis, & mons fumãs, &
ſonitus buccinæ. Proinde non leuiter accendendũ, quod apud aliũ euangeliſtã Baptiſta
Iohannes cũ dixiſſet, ego baptizo in aqua, ſubiunxit, medius aũt veſtrũ ſtetit, quem vos Iohan. 1.
neſcitis, &c. Puta illũ reſpexiſſe ad iam dictã promiſſionẽ dicentis ad Moyſen, prophetã
ſuſcitabo illis de medio fratrũ ſuorum, ſimilẽ tui, & idcirco dixiſſe, medius aũt veſtrũ ſte
tit, quẽ vos non ſcitis, vt ita ſubintelligas, ac ſi dixerit: Ille, cuius fortitudinẽ ſuſtinere nõ
potuit populus, ſignificatam ſibi ꝑ ſpeciẽ ignis, & dixit ad Moyſen, vltra non audiã vo-
cem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar: loquere
tu nobis & audiemus, non loquat nobis dominus ne forte moriamur. Ille, inquam, ab-
ſcõdita fortitudine zeli ignei, ſimilis factus Moyſi, id eſt, homo verus vt Moſes fuit, me
dius veſtrum ſtat, tolerabilis atqꝫ affabilis, mitis & humilis ſicut columba, non ſicut ignis
& nunc talis de medio veſtrum ſuſcitatur vobis, vt & loquat vobis dominus, & non ma
gis moriamini, ꝙ̃ ſi Moyſes loqueret vobis, ſi hunc audire vultis. Nam ſi audire nolueri- Deute. 18
tis, & illic dictũ eſt, ego vltor exiſtam, & hic dico vobis qa ventilabrum in manu ſua, & Matth. 3
permũdabit aream ſuã, & congregabit triticũ ſuũ in horreum, paleas aũt comburet igni
inextinguibili. ¶ Nuſquam ſacra canonica refert ſcriptura ꝙ ſuper aliquẽ ſanctoꝝ, ſiue Spũs ſanctus in ſpecie ignis
in aliquibus operibus ſuis ſpũs ſanctus, ſpũs domini, tale præſentiæ ſuæ ſignum dederit.
Quis alius niſi ſpũs iſte domini per Moyſen operatus eſt in exitu filiorum Iſrael de ter Exo. 8
ra Aegypti? Deniqꝫ hoc non ſoli confeſſi ſunt Magi, dicendo, digitus dei eſt hic, verum Eſa. 63.
etiam Eſaias ita declamando dicit: Vbi eſt qui eduxit eos de mari, cũ paſtoribus gregis
ſui? Vbi eſt qui poſuit in medio eius ſpiritum ſancti ſui? Qui eduxit ad dexterã Moyſen
brachio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternũ, qui
eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingentem, quaſi animal in cam-
po deſcendens? Spũs domini ductor eius fuit. Ergo per Moyſen operatus eſt iſte ſpũs
in exitu Iſrael de terra Aegypti, & vbi quinquageſimo die, præſentiæ vel operationis
ſuæ ſignum dare voluit, non ſpecies columbæ, ſed ſpecies ignis apparuit, ita vt diceret
populus id quod iam ſupra dictum eſt, & ignem hunc maximum amplius non videbo,
ne mo-

ne moriar. Item vbi poſt reſurrectionẽ huius filij hominis, quinquageſimo die ſuꝑ diſci-
pulos eius venit, & ꝑſentiæ ſuæ ſignũ dare voluit, non ſpecies columbæ apparuit, ſed ap-
2. Reg. 18 paruerunt illis diſpertitæ linguæ, tanq̃ ignis. Itẽ, qui tollere ſolebat Heliã, ſine dubio erat
iſte ſpũs domini, vnde & Abdias, cũq; receſſero à te, inqt, ſpũs dñi aſportabit te in locum
4. Regũ. 2. quem ego ignoro, & vbi gratiæ, quam Heliæ contulerat, ſignũ dare voluit, non ſpecies
columbæ, ſed ſpecies ignis apparuit. Cum enim pergerent, & incedẽtes ſermocinarent,
videlicet Helias & Heliſæus, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrũq;, & aſcẽdit
Helias per turbinem in cœlũ. Neq; hic, neq; illic ipſa ſpũs ſancti ſubſtantia viſa eſt mor-
talibus, aut videri potuit, ſed vbi & qũo voluit, cõpetens operationis vel ꝑſentiæ ſuæ ſi-
gnum dedit, ita vt nuſquam ſuper ipſum dñm in ſpecie ignis, nunq̃ ſuper aliquẽ ſancto-
Coloſſ. 2 rum in ſpecie columbæ viſus ſit. Quare? Videlicet quia diuina natura, quæ vel cuius ple-
nitudo in iſto filio hominis Ieſu Chriſto corporaliter inhabitat, ſatis per ſemetipſam fer
uida eſt, iuxta illud: Etenim deus noſter ignis conſumẽs eſt, & idcirco nobis expediebat
Deute. 4. vt fortitudinẽ eius pietas temperaret, & hæc congrue per ſpeciem colũbæ ſignificata ẽ.
Porro noſtra, id eſt, humana natura ꝑ ſemetipſam tepida, imo & nimis frigida eſt, iuxta
Heb. 12 illud: Et qa ſuperabundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multoꝝ, & idcirco expedie-
Matth. 24 bat, hoĩes dei zelo bono caleſieri, qui videlicet zelus congrue ſignificatus eſt ꝑ ſpeciem
ignis. ¶ Nullo libentius modo illud intellexerim, q̊d & Iohannes apud Lucã dicit. L Ipſe
Leuit. 3. vos baptizabit in ſpũ ſancto & igni. ⅃ Et Eſaias: Si abluerit, inqt, dñs ſordẽ filiaꝝ Sion,
Eſa. 4. & ſanguinẽ eius lauerit de medio eius in ſpũ iudicij & ſpũ ardoris: quam vt duo data ſpi
Baptizare in ſpũ ſctõ & igne qd eſt ritus ſancti, duabus dictionibus iſtis putem ſignificari, in ſpũ ſancto & igni, ſiue in ſpũ iu-
dicij & ſpũ ardoris. Iſte nãq; vnus idẽq; dominus & ſpũs ſanctus eſt & ignis, vnus idẽq;
& ſpũs iudicij & ſpũs ardoris: iudicij (inquam) id eſt, diſcretiõis, qa fidelẽ ab infideli diſ-
cernens, remiſſionẽ peccatoꝝ per fidẽ tribuit, q̊d eſt datum primũ: ardoris autem, quia
purgatum à peccatis hoĩem, deinde boni zeli igne accendit, quod eſt datum ſecundum.
Vtroq; dato perficitur atq; conſummat baptiſmus Chriſti, cũ aqua q̃ de latere eius exi-
uit: & idcirco Iohannes, cum de ſemetipſo dixiſſet: Ego baptizo vos in aqua: continuo,
vt declararet quanto melior baptiſmo ſuo foret baptiſmus Chriſti: ipſe (inqt) vos bapti
zabit in ſpũ ſancto & igni. Hanc Iohãnis, imo ſuam vel patris promiſſionẽ ipſe dñs ante
Acto. 1 Iohan. 20 paſſionem ſuam confirmare ſolebat apoſtolis ſuis, ſicut & poſt reſurrectionẽ ſuam eum
cõmemoraſſe Lucas hoc modo deſcribit. Et conueſcens ꝑcepit eis, ab Hieroſolymis ne
diſcederẽt, ſed expectarent promiſſionẽ patris: quam audiſtis (inquit) per eos meũ, quia
Iohannes quidem baptizauit aqua, vos aũt baptizabimini ſpũ ſancto non poſt multos
hos dies. Iam quidem patrem illius promiſſionis. i. primum acceperant ſpũs ſancti datũ
quod eſt remiſſio peccatoꝝ: quia ſtans in medio illoꝝ, qua die reſurrexit, inſufflauit &
dixit: accipite ſpm̃ ſanctum, q̊ꝝ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & tamẽ conueſcẽs
præcepit eis, vt expectarẽt promiſſionẽ patris, qa videlicet reſtat ſecundũ eiuſdem ſpũs
ſancti datum, de quo & poſtmodũ dixit, ſed accipietis virtutẽ ſuperuenientis ſpũs ſan-
cti in vos, &c. Sicut ſolus de ſpũ ſancto conceptus eſt, ita ſolus hic in ſpũ ſancto bapti-
zat: nã Iohannes adhuc quidẽ ex vtero matris ſuæ, ſpũ ſancto repletus eſt, ſed nõ de ſpi
ritu ſancto conceptus eſt, & idcirco in ſpiritu ſancto baptizare non potuit, ſed cum cæ
Iohan. 1 teris ſanctis gratiam ſpiritus ſancti de plenitudine huius accepit, ſicut ipſe quodam lo-
co teſtatur, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. ¶ Quid tandem ſibi vult, vel
Lucæ. 3 quam ob cauſam de cœlo venit vox dicentis, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi be
ne complacui? Quid (inquã) niſi hoc idem, quod ſpũs dei ſicut colũba deſcendẽs & ve-
niens ſuper eum, & hoc idẽ q̊d verbũ factũ, vt Lucas meminit, ſuꝑ Iohannem Zacha-
riæ filium: Ad hoc deniq; & verbũ domini ſuper Iohannem factum eſt, ad hoc ſpũs ſan-
ctus deſcendit, ad hoc vox patris de cœlo audita eſt vt ſufficiens legitimũq; perficeret
Teſtimoniũ de Ieſu a tota trinitate. teſtimonium ſuꝑ iſto, q̊d Chrũs eſſet, q̊d filius dei eſſet, nõ alius, ſed iſte pauper, iſte Ieſus
à Nazareth, iſte qui putabatur filius Ioſeph. In teſtimoniũ veritatis huius hoc totum fa
ctum eſt, vt ſecundũ legẽ diuinam ſtabile fieret teſtimonium, quia ſcriptũ eſt in lege: In
Deuter. 19 ore duoꝝ vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Hinc Iohannes Euangeliſta dicit: Et
1. Ioh. 5. tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cœlo: Pater, & verbũ, & ſpiritus ſanctus. Perſona patris
ex voce, quæ de cœlo venit, audita eſt: perſona ſpũs ſancti, cœlis apertis, ſicut columba
deſcẽdit: perſona verbi ꝑſens quidẽ aderat in carne, ſed ſilebat, neq; illa hora qua loque-
Iohan. 8 batur teſtimoniũ ſui: licet quodã loco dicat, ego ſum q teſtimonium ꝑhibeo de meipſo:
Iohã. 5 In Iohanne autẽ teſtimoniũ perhibebat, qa ſuper Iohannẽ, ſicut iam dictũ eſt, propter
hoc perhibendũ teſtimoniũ, verbũ domini factum fuerat. Hoꝝ trium attendẽs teſtimo
nium ipſe, aduerſarijs ſuis dicebat: Si ego teſtimoniũ perhibeo de me: vbi ſubintelligen
dũ eſt, ſicut ſolẽt hoĩes de ſemetipſis teſtimonium perhibere, & per inanem gloriam ſe-
metipſos



ſemetipſos commendare: teſtimoniũ meum non eſt veꝝ. Alius eſt qui teſtimoniũ ꝑhi-
bet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimoniũ quod ꝑhibet de me. Vos miſiſtis ad Iohan-
nem, & teſtimoniũ perhibuit veritati. Ego aũt non ab homine teſtimoniũ accipio, ego
aũt habeo teſtimoniũ maius Iohanne. Hæc & cætera aduerſus malitioſam illoꝝ inuidẽ-
tiam dixit, q accipere nolentes, & ſe ſcire diſſimulantes teſtimoniũ dei, q in teſtificando
non poteſt falli, & cuius teſtimoniũ ex manifeſtis operibus poterat cognoſci, miſerũt ad
Iohannem hominẽ, quem ſperabant poſſe falli, at ille non falſus eſt, ſed teſtimonum ꝑhi
buit veritati. ¶ Tũc vtiq; miſerũt ad eum, ſperando eum poſſe falli & agere, volendo vt Ieſus tẽtatus a Iudæis per diſcipulos Iohãnis.
poſſet falli, quando facta eſt quæſtio ex diſcipulis Iohannis, cũ eis ſcilicet Iudæis de pu-
rificatione, & venerunt ad Iohannem, & dixerũt ei: Rabbi, q erat tecũ trans Iordanem,
cui tu teſtimonium ꝑhibuiſti, ecce hic baptizat, & oẽs veniunt ad eum. Idcirco nãq; ſic
inceperunt, vt inuidiæ aut zeli flamma vreret animã Iohannis, atq; ita conformatus il- Iohan. 3
lis, id eſt, inuidens factus cũ inuidis, diceret aliq̃d quod eſſet contrariũ veritati. At ille te
ſtimonium perhibuit veritati: non poteſt, inquiens, homo accipere quicquam, niſi fuerit
ei datum de cœlo, & cætera, vſq;, qui crediderit in filium, habet vitam ęternã, qui autem
incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuꝑ eũ. Magnitudo teſtimonij,
& ex ſpecie colũbæ, & ex eo q̊d cum dixiſſet pater, tu es filius meus dilectus, addidit, in q̊
mihi bene cõplacui, reuerenter debet agnoſci: Nã ſpecies colũbæ, id eſt, ſpũs ſanctus, deſ Coloſſ. 2
cendens & manẽs ſuꝑ eum in ſpecie columbæ hoc teſtificat, qa in ipſo habitat oĩs pleni
tudo diuinitatis corꝑaliter, ſicut columba totum quiddã eſt, cui pars corporis nulla de-
eſt. ¶ Et hoc dictũ, in q̊ mihi bene complacui, hoc teſtificat, quia talis hic filius ſola & vni Chrũs gloria & deliciæ patris
ca dei patris gloria eſt, & vere in iſto ſolo gloriat cunctoꝝ mirabilium bonorumq; oĩm
mirabilis operator deus, quia tale nihil fecit, quale eſt iſte filius, ſecundum diuinitatẽ in-
creatus, ſecundum humanitatẽ creatus & factus. Cum nondum eſſet homo factus, erat, Coloſſ. 1.
vt nunc eſt, imago dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, & in ipſo, ait Apoſtolꝰ,
condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue domina-
tiones, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe ẽ
ante oẽs, & oĩa in ipſo conſtãt. Vbi homo factus eſt, extunc ipſe eſt, ait idem Apoſtolus,
caput corporis eccleſiæ, q eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in oĩbus ipſe
primatũ tenens, qa in ipſo complacuit, oẽm plenitudinem diuinitatis corporaliter ha-
bitare, & per eum reconciliari omnia in ipſo, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue q̃
in terris ſunt, ſiue quæ in cœlis. Recte igitur pater glorioſus & hic dicit, in quo mihi bene
complacui, & eundẽ in pſalmo gloriam ſuã appellat, dicens ad eum: Exurge gloria mea Pſal. 107
De manifeſtatione eius, hactenus pro poſſe dictũ eſt. Manifeſtatus aũt, quo vel quali or-
dine procedere incepit? L Tunc Ieſus, ait euangeliſta, ductus eſt in deſertum à ſpũ, vt tẽ CAP. IIII.
taretur à diabolo, & cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea
eſurijt. ⅃ Ecce quale, q̃ pulchrũ medicantis diuinitatis conſilium, vt duceret hunc ſecun
dum hominẽ in deſertum ad ieiunandum, & ad tolerantiã tentationũ, & non iam in pa-
radiſum ad manducandũ, vbi poſuerat hominem primum. Dubitatũ eſt ſuꝑ hoc à qbuſ-
dam, propter hoc q̊d ſubdit: Aſſumpſit eum diabolus in ſanctã ciuitatem. Et rurſum: Aſ-
ſumpſit eum in montem excelſum. ¶ Sed vere, & abſq; vlla quæſtione conueniẽter acci Ieſus ductus eſt a ſuo ſpũ in deſertum.
pitur, vt à ſancto ſpũ in deſertum ductus credat, vt illic eũ, ſuus ſpũs duceret, vbi hunc ad
tentandum malignus ſpũs inueniret, & eiſdem modis à ſecundo homine vinceret, qui-
bus primum hominem ſe viciſſe gloriabatur. Contra primũ quippe hominem parentẽ
noſtrũ in tribus ſe tentationibus erexit, quia hunc videlicet, gula, vana gloria, auaritia tẽ
tauit, & tentando ſuperauit: ſed eiſdem modis, vt iam dictũ eſt, ſecundo homini tẽtato Gene. 2.
ſuccubuit. Igitur ipſe dñs deus, qui tulit hominem, quem formauerat, & poſuit eũ in pa-
radiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illũ, præcepitq; ei dicens, ex omni ligno
paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: permiſitq; eum ten
tari, vt manifeſta fierent & angelis & omnibus ſuperuenturis ſeculis quæ erant in corde
eius, ipſe hunc hominem ſecundum, quem de ventre virgineo formauerat, tulit, ſiue, vt
alius euãgeliſta ſcripſit, expulit in deſertum, expulit, inquam, tanquam reum, & illius pri- Marc. 1
mi hominis portantem reatum, quia ipſe poſuit in eo iniquitates omniũ noſtrum, vt in- Eſa. 53.
ciperet vapulare ieiunando quicquid in illo vno comedente peccauerunt. Perpulchrum
eſt collationem facere illius primi hominis & ſecundi, in eo quod ille poſitus fuit in loco Collatio primi & ſecũdi Adæ.
amœnitatis & ſatietatis, & excepto vno ligno appoſitæ ſunt ei oẽs delitiæ paradiſi, & ta
men in illa tali & tanta ſatietate, de gula in vno tentatus tam facile ſuccubuit: Hic autem
expulſus eſt in locum horroris & vaſtæ ſolitudinis, & quadraginta dierum ieiunium im
poſitum eſt ei, quo peracto eſurijt, & tamen in illa eſurie de neceſſario pane tẽtatus, ten-
tationi non ſuccubuit, vt vtiliter demonſtraret inſidiatori per miracula ſua, q̊d eſſet filius
dei,

dei, vnde poſtmodũ plenius dicendũ erit. ¶Perpulchra, inquã, vt iam dictũ eſt, collatio ex cõparatione huius ſecundi & illius primi hominis: veruntamẽ quoniã non ſolũ illud originale peccatũ, verũetiam actuales deus poſuit in eo iniqtates omniũ noſtrũ, & ipſe puer ille eſt, de q̃ propheta ꝓdixerat, qa puer Iſrael eſt, & ego dilexi eũ, & ex Aegypto vocaui filiũ meum, cuius prophetici ꝓconij ꝑſens euangeliſta ſuperius meminit, libet latius explanare ſacramẽtum hoc tentationũ, quas pro nobis puer iſte ſuſtinuit: & qa tres fuerũt tentationes, ſingulaꝝ cauſas ſiue rationes, per ordinẽ de ſacris proferre ſcripturis.

Oſee. 11.

Tres tẽtatiões Chr̃i, contra tres tẽtationes in deſerto.

¶Igitur vocatus ex Aegypto puer Iſrael, filius dei, dñs Ieſus, poſtquã habitauit Nazareth, vbi & nutritus eſt, & poſtquã aquas baptiſmi tranſiuit, ductus eſt in deſertum à ſpũ & cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, tẽtatus ipſe, & fidelis inuentus eſt in tribus tẽtationibus, vt patrum ſuoꝝ, filioꝝ Iſrael, totidem & eaſdem tẽtationes euacuaret atq; deleret: qui educti de terra Aegypti poſtquam aquas maris rubri tranſierũt, quadraginta annis per deſertũ circũducti ſunt, & tentati ſunt, qa tentauerunt & infideles inuẽti ſunt. Eaſdem & totidem fuiſſe tentationes illoꝝ: quas & q̃t puer iſte iam dictus ſuſtinuit, puer Iſrael quẽ ego dilexi, ait in propheta dñs, ex ordine ꝑ ſcripturam demonſtrandũ eſt. Prima fuit tentatio de panibus, ſicut ſcriptum eſt: Et murmurauit oĩs congregatio filioꝝ Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine: Dixeruntq; ad eos filij Iſrael: Vtinã mortui eſſemus ꝑ manum dñi in terra Aegypti, quãdo ſedebamus ſuꝑ ollas carniũ, & comedebamus panes in ſaturitate. Cur eduxiſtis nos in deſertũ iſtud vt occideretis omnẽ multitudinem fame. Dixit autem dñs ad Moyſen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, &c. Tentatio fuit hæc non fideliũ, ſed infidelium, non qa panẽ petierunt, ſed qa male & abſq; fide petierunt. Hinc eſt illud, ſaluo ſacratiore intellectu, & tentauerũt deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis, & male locuti ſunt de deo. Dixerunt: Nunqd poterit deus parare menſam in deſerto? Nunquid panẽ poterit dare aut parare menſam populo ſuo? Quia ſic tentauerunt, idcirco tentati ſunt in eo ipſo, in quo tentauerunt. Cum enim dixiſſet dñs: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus & colligat quæ ſufficiant per ſingulos dies, ſubiunxit atq; ait: Vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea an non. Die aũt ſexta parent q̊d inferant, & ſit duplum q̃ colligere ſolebant per ſingulos dies. Quod cum feciſſent, duobus modis cõprobatum eſt q̊d in lege dei non ambularent, qa cum dictum eſſet eis, nullus relinquat ex eo in mane, non audierunt, ſed dimiſerunt quidã ex eis vſq; mane & ſcatere cœpit vermibus atq; cõputruit. Itẽ cum dictum eſſet eis, ſabbatum dñi eſt, idcirco non inuenietur, nihilominus ingreſſi ſunt vt colligerent, & nõ inuenerũt. Dixit autem dñs: Vſquequo nõ vultis cuſtodire mãdata mea, & legẽ meam?

Exod. 16

Pſal. 77.

Exodi. 16

¶Sic inſipiens populus ille per hoc vitium, ſcilicet ꝑ gulæ intẽperantiã deliqt, & ſi recte cõſideres, peſtis iſta. ſ. vitiũ gulę ꝑmaxima ẽ vexatio generis humani, ex qua ſuboriunt̃ plurima ſæua atque mortifera vitia carnis, & hæc iniqtas accidit ex radice peccati, q̊ prim⁹ homo, de q̊ ſupra dictũ eſt, vetitum lignũ momordit. Qũo iſte puer Iſrael noſtrũ hoc vitium in ſemetipſo puniuit & emendauit? Primũ quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & deinde cũ eſuriret, comedere noluit ad ſuggeſtionẽ tentatoris. Quadraginta, inquam, diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & vlterius ſiue diutius ieiunando illum affligi, nimiæ fuiſſet ſeueritatis. Dicit eñ ſacra lex, cui per omnia deus homo factus obedire dignatus eſt: Sin aũt iudices eum, q peccauit, dignũ viderint plagis, proſternẽt & coram ſe facient verberari. Pro menſura peccati erit & plagaꝝ modus, ita dũtaxat vt quadragenariũ numeꝝ nõ excedat, ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Vnus idẽq; puer iſte ſæpedictus, ſcilicet Chriſtus, & iudex erat & quaſi reus, & coram iudicãte diuinitate ſibimet inſita vera humanitas eius proſtrata, ieiunioꝝ plagis verberabat̃, non qa peccauerat, ſed quia pctã gulæ noſtræ ſuper ſe ſuſceperat. Vlterius non debebat extẽdi ieiunium, qa, ſicut iam dictũ eſt, ſacra iubebat lex, vt plagaꝝ modus quadragenarium non excederet numeꝝ.

Vitiũ gulę ſæua peſtis

Cur nõ vltra quadraginta dies Chr̃s ieiunauit.

Deute. 25

¶Itaq; humilitatem flagellati iam debuit gloria ſequi, nõ gloria inanis, ſed gloria vera, gloria dei. Inanis gloria fuiſſet, ſi ſecundũ ſuggeſtionem tentatoris feciſſet, dicentis. ⌊Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.⌋ Forte eñ putas, qa gloriam ſuam manifeſtauiſſet, ſi ad eius dictum lapides facti fuiſſent panes, ſicut in eo gloriam ſuã poſtmodum manifeſtauit, quod ad eius nutum aqua in vinum conuerſa eſt: ſed non ita eſt. Vbi eñ hoc fecit initiũ ſignoꝝ, & ſic manifeſtauit gloriam ſuam, non gloria fuit inanis, ſed gloria cum fructu, quẽ videlicet fructũ protinus euangeliſta præſentat dicens, & crediderunt in eũ diſcipuli eius. Nunqd crederet in eum tentator inſidioſus, aduerſari⁹ antiquus, ſi lapides conuertiſſet in panes (Dicit aliqs: Nobis ad fidẽ vel ad cognoſcendã dei gloriã profuiſſet, q legeremus ſi ita factũ fuiſſet. Imo magis hoc nobis ad gloriã dei ꝓdeſt q̊d legimus, qa teſtimonium ſuæ diuinitatis dei filius diabolo communicare dedignatus,

Gloria Chr̃i vera, nõ inanis

Iohan. 2.



gnatus, hoc potius reſpõdit. ⌊Scriptũ eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo q̊d procedit de ore dei.⌋ Et remoto diabolo à participatione, ſiue ꝑſentia refectiõis, acceſſerũt angeli & miniſtrabãt ei. Scriptũ eſt aũt taliter in hoc libro Deuteronomij: Adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per deſertũ, vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabant̃, quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egredietur ex ore dei.

Deut. 8

¶Secunda tentatio fuit afflictio ſitis & penuria aquæ, de qua ſic ſcriptũ eſt: Igitur profecta omnis multitudo filioꝝ Iſrael de deſerto Syn per manſiones ſuas, iuxta ſermonẽ dñi, caſtrametata eſt in Raphidim. Vbi nõ erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moſen, ait: Da nobis aquã vt bibamus, & cætera, vſq; & vocauit nomẽ loci illius tentatio propter iurgiũ filioꝝ Iſrael, & quia tentauerũt dñm dicentes, eſt ne dñs in nobis, an non? Ita miro modo populus & tentabat & tentabatur, & idcirco quia tentabat, iuſto iudicio tentabatur. Nam ꝙ populum tentaret dominus, Moſes loco ſupradicto teſtatur, vt affligeret te, inquiens, atq; tentaret dñs deus tuus & nota fierent, quæ in tuo animo verſabantur. Quod aũt ibi quoq; populus dñm tentauerit hoc dicto ſatis innuit, & vocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dñm dicentes, eſt ne dominus in nobis, an non? Super hac re, id eſt, ſuper penuria aquæ, non tantũ ſemel, verumetiam & alia vice tentauit & tentatus eſt & in illam tentationem Moſes q̊q; & Aaron inciderunt, ita vt dicerent: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquã poterimus eijcere? Dixitq; dominus ad eos: Quia nõ crediditis mihi, vt ſanctificaretis me, coram filijs Iſrael, nõ introducetis hos populos in terrã quã dabo eis. Hoc fuit curioſitatis vitiũ, quia tentauerunt dñm dicentes, eſt ne dñs in nobis, an non?

Tentatio ſecũda in ſiti

Exo. 17.

Nume. 20

¶Quomodo hic ſæpedictus puer Iſrael ſuper hoc vitio tentatus eſt. ⌊Aſſumpſit eum diabolus in ſanctã ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculũ templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorſum: Scriptũ eſt enim: Quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Ait illi Ieſus: Scriptũ eſt: Non tentabis dominũ deum tum.⌋ Hoc itidẽ ſicut & primum reſponſum, ſcriptum eſt in libro Deuteronomij: Non tentabis, ait Moſes, dominum deum tuum, ſtatimq; ſubiungit, ſicut tentaſti in loco tentationis: qui videlicet locus non alius intelligendus eſt, niſi ille, iam dictus, de quo ait & vocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dñm dicentes, eſt ne dñs in nobis, an non?

Deute. 6

Exo. 17.

¶Sane quod hic dicit, ſcriptũ eſt: Non tentabis dñm deum tuum, & poſtmodũ, ſcriptũ eſt, ait, dñm deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, non ſic accipiendũ eſt, tanquã ipſe diabolũ corrigere voluerit, & ſic eum docere, ac ſi diceret: O diabole, noli me tentare dñm deum tuum, quia ſcriptura tibi cõtradicit, & ab hoc te cõpeſcere intendit, tu mihi dicis: Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me, ſed tu potius me dñm deum tuum adorare debes, quia ſcriptura dicet tibi: Dñm deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Hoc vel ſuſpicari nimis abſurdũ eſt: Nunquid eñ deus aut dei filius, diaboli deus aut dñs vocari dignatur? Abſit hoc: Magnæ nanq; eſt gratiæ, dñm deum creatorem omnium velle cuiuſpiam vocari deũ. Hinc Apoſtolus cũ de fide patrum multa fuiſſet ꝓclare locutus: fide, inquiens, qui vocatur Abraham obediuit in locũ exire, quem accepturus erat in hæreditatẽ, & exijt neſciens quo iret, &c. Interea ſic intulit: Ideo nõ confunditur deus vocari eoꝝ deus, parauit eñ illis ciuitatẽ. Si nec diaboli cõfunditur vocari deus aut dñs, quę gratia vel quæ beatitudo reſonat in hoc dicto de patribus, ideo nõ confunditur deus, vocari eoꝝ deus? Cum igitur dicit diabolo, ſcriptum eſt, dñm deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies, cum, inquã, dicit, ſcriptũ eſt, ſubaudiendũ eſt homini, quia reuera non diabolo, ſed homini ſcriptum eſt, quicquid loquit̃ aut ꝓcipit lex. Eſt ergo ſenſus: Nec ego homo, nec quiſquã alius homo, tibi aurem ꝓbere debet, vt dñm deum ſuũ tentet, ſiue vt cadens o diabole te adoret, ſed audire debet vocem ſcripturæ dicẽtis, non tentabis, & ſolum dñm deum tuũ adorabis.

Deus non debet dici deus aut dñs diaboli

Heb. 11.

¶Tertia tentatio fuit illius populi, qui quoniam tentauerunt, iure debebat tentari, vbi Aaron quoq; tentationẽ incidit, vt contra hoc dictum legis faceret: Dñm deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Nam ſicut puer aliquãdo voluntati ſuæ dimittitur, vt remoto magiſtro ſiue pædagogo pareat ex occaſione licentiæ, quale ſit ſtudiũ eius: ita dimiſſus ſibi eſt idem populus, aſcendente Moſe in montẽ, vbi & fuit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & nõ fuerat ꝑfinitũ quando foret reuerſurus: Tunc illud contigit quod ſcriptura refert: Videns aũt populus, ꝙ moram faceret deſcendendi de monte Moſes, congregatus aduerſus Aaron ait: Surge, fac nobis deos qui nos præcedant. Moſi eñ huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Tũc reuera populus cecidit, & in forma vituli diabolũ adorauit, & quis nõ audiuit, quis legendo admirari non potuit, q̃ pertinax, q̃ pronus in illo tali caſu ſuo ſemper fuerit. Sed venit hic alter Iſrael, qui legem ſolus impleret, qui cuncta faceret præcepta iuſtitiæ quæ præcepit lex.

Tertia tẽtatio in vitulo cõflatili.

Deuter. 6.

Exod. 32

¶Vnde notandũ, quia cuncta, quibus tentatorem relidit, teſtimonia tantũ de Deuteronomio

Cur Chr̃s



monio

ſolum ex nomio ſumit,quod videlicet Deuteronomiũ quod dicitur hoc eſt,id eſt,ſecũda lex,ſicut
Deute. hic & ipſe alter ſiue ſecũdus Iſrael dicitur & eſt,iuxta illud propheticũ(cuius & hic euangeli-
allegauit. ſta meminit,& nos in locis ſuis tractauimus)teſtimoniũ,quia puer Iſrael eſt,& ego dile-
Oſee. 11. xi eũ,& ex Aegypto vocaui *filium* meũ.Ergo iſte alter ſiue ſecũdus eſt Iſrael,poſt illum
Adde,poſt Iſraelem patrẽ duodecim tribuum,qui primitus in Aegyptum deſcẽdit,& * multitudinẽ
Iſraeliticã quæ inde aſcendit:& hæc ſecunda lex huic maxime poſita eſt.Nam illi p̃uari-
catori populo Iſrael poſita eſt lex cærimoniaꝝ carnalium,quarum circa ritũ cæteri ver-
Deute.10 ſantur Moſi libri.In iſto libro Deuteronomij,id eſt,ſecundæ legis,fere nihil de cærimo-
nijs agitur, ſed cuncta ſunt p̃cepta iuſtitiæ,p̃cepta charitatis:& cuncta fere ad perſonam
numeri ſingularis familiariter dicuntur,ea quæ ſp̃ualia continent myſteria vitæ & ſalutis
& ſic Iſrael cõpellatur quaſi vnus homo,q̃a hic vere futurus erat vnus homo,qui fideli-
ter & perfecte cũcta perſolueret,quę cũq; deo debebat homo,& hic eſt verus Iſrael vere
directus cũ deo,Exempli gratia:Et nũc Iſrael quid dñs deus tuus petit à te,niſi vt timeas
dñm deum tuũ,& ambules in vijs eius,& diligas eum,ac ſeruias dño deo tuo,in toto cor
de tuo,& in tota anima tua,cuſtodiasq; mandata dñi,& cærimonias eius quas ego hodie
p̃cipio,vt bene ſit tibi.Hæc & his ſimilia,quæ tam familiariter & ſic dicuntur quaſi vni,
iſte vnus bene audiuit,& bene impleuit,eaſdemq; tentationes,in ꝗbus ille prior Iſrael,id
eſt,populus Iſrael,pro parte reproboꝝ inuentus eſt infidelis,& etiam pro parte electoꝝ
repertus eſt vix parumper fidelis:eaſdem,inquã,iſte ſuſtinens,inuentus eſt fidelis, ſic p̃-
ſens teſtatur locus euangelij,vnde & completa eſt illi fides conuentionis,quã innuens,cũ
Quæſtio dixiſſet,vt cuſtodias quæ ego hodie p̃cipio,protinus addidit,vt bene ſi tibi.¶Porro illa
oſtenſio diaboli qualis putas extitit?Qualiter omnia regna mundi & gloriã eorũ,homi-
ni diabolus ſimul oſtendere potuit,&,vt ait Lucas,in momento temporis?Neq; em̃ na-
tura rerũ ſiue oculorũ hoc admittit,vt de monte quolibet, quantumuis excelſo, cuncta
terræ regna regnorumq; omniũ gloria ſimul & in momento poſſit ab homine perſpici.
Grego. in Nihil tale vſpiam ſacra ſacriptura geſtũ meminit,quin q̊d beatus papa Gregorius de vno
dialo. lib. 2 vitæ venerabilis viro,nomine & gratia Benedicto,refert,quia dum quieſcentibus fratri-
cap. 35 bus inſtans vigilijs nocturnæ orationis tempora perueniſſet,ad feneſtram ſtans & omni
potentem dñm deprecãs,ſubito vidit fuſam lucẽ deſuper cunctas noctis tenebras effugaſ
ſe,tantoq; ſplendore clareſcere,vt diem vinceret lux illa,quæ inter tenebras radiaſſet.Mi
ra aũt valde res in hac ſpeculatione ſecuta eſt,quia ſicut poſt ipſe narrauit,omnis etiã mũ
dus,velut ſub vno ſolis radio collectus,ante oculos eius adductus eſt.Veꝝ illa res admi-
rationẽ habet aliã,quia(ſicut iam dictũ eſt)animæ videnti creatorem anguſta eſt omnis
creatura,& q̊d ante illius ſancti oculos collectus fuiſſe mundus dicitur,hoc egit cũ homi-
ne omnipotẽs deus,& non cœlũ & terra cõtracta eſt,ſed videntis animus dilatatus eſt,
qui in deo raptus,videre ſine difficultate potuit omne q̊d infra deum eſt.Cũ hæc dicit,ad
dens etiã hæc,in illa ergo luce,quæ exterioribus oculis fulſit,lux interior in mente fuit q̃
videntis animum,quia ad ſuperiora rapuit,ei q̃ anguſta eſſent omnia inferiora monſtra
uit,cũ,inquã,hæc dicit,palam aſtruit,quia proſpectus ille mentis magis q̃ oculorum fuit.
Illud mirantes veneramur,quod egit cũ homine omnipotens deus:de iſto vero quid di
cemus,quod circa hominẽ deum dei filium tentator egit diabolus?Si qua vobis ſcriptu-
ra narraret ſimiliter eum feciſſe circa quemlibet hominũ,vt in momento temporis mun
dum illi oſtenderet vniuerſum,nõ dubitaremus dicere,oſtenſionem ſpiritualis nequitiæ
viſumq; fuiſſe phantaſticũ.Nunquid & hunc hominẽ,quem explorabat vtrũ eſſet fili-
us dei,per ſuas phantaſias diabolus eſt auſus aggredi?Animus fidelis hoc vel cogitare p̃-
Reſponſio horreſcit.¶Sed ne abhorreſcas,q̃a quãto maior tentatoris iniuria,tãto glorioſior victo
ris patientia.Confer phantaſias eiuſmodi cũ phantaſijs quas patimur,quoties tentamur
1.Iohã.2 omni q̊d in mundo eſt,ex cõcupiſcentia carnis,& concupiſcentia oculorum,& ſuperbia
vitæ.Quotus quiſq; noſtrum eſt,qui non in tentatione qualicunq; concupiſcentiæ leno
cinio mulceatur,forte etiam inuitus?Nec mirum,nã nos phantaſias intus patimur,eiuſ-
modi aũt phantaſiæ,quæ deforis veniunt vel foris fiunt,aliquãdo non ſolũ non delectãt,
verumetiã ſenſibus corporis moleſtæ ſunt:& ſi à tentatore huic filio hoĩs adductæ ſunt,
indubitanter abſq; peccato eius,& acceſſerũt & receſſerunt,vt dicas cũ Apoſtolo,tentatũ
Heb.4. autem per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato.L Cum aũt audiſſet Ieſus,ꝙ Iohannes
traditus eſſet,ſeceſſit in Galilæum,& relicta ciuitate Nazareth,venit & habitauit in Ca-
pharnaum maritimã in finibus Zabulon & Neptalim,vt adimpleretur quod dictũ eſt
Eſa.9. per Eſaiã prophetã:Terra Zabulon & terra Neptalim,via maris trãs Iordanẽ Galilęæ
gentiũ:Populus ꝗ ſedebat in tenebris,vidit lucem magnã,& ſedentibus in regione vm-
bræ mortis,lux orta eſt eis.Exinde cœpit Ieſus p̃dicare & dicere:Pœnitentiam agite,ap
propinquabit em̃ regnum cœlorũ.J Quandiu Iohannes prædicauit,nequaquam Ieſus
publicæ



publicæ p̃dicationis officiũ ſubijt,ſed poſtquã in traditione eius clauſum eſt os prophe- Chr̃s antẽ
tarũ & legis,omnes em̃ prophetæ & lex vſq; ad Iohannem prophetauerunt,tunc demũ carcerẽ Io-
id quod prophetatũ fuerat ſucceſſit, id eſt,euangelium Chriſti effulſit.Fecerat quidẽ ali- hannis nõ
qua,iamq; habebat diſcipulos, & docebat eos,ſicut euangeliſta Iohãnes latius meminit, p̃dicauit
feceratq; ſigna multa corã diſcipulis ſuis,quoꝝ fuit initium,quod aquas in vinum vertit publice.
& de quibus idẽ euangeliſta dicit,quia cũ eſſet Hieroſolymis in paſcha,in die feſto,mul- Matth. 11
ti crediderũt in nomine eius,ex quibus Nicodemus,nemo em̃,inquit,poteſt hæc ſigna fa Iohan.2.3.
cere,quæ tu facis,niſi fuerit deus cũ eo:& nondũ miſſus fuerat in carcerem Iohãnes, ſed
(ſicut iam dictũ eſt)nequaquã publicum prædicandi officium ſubierat,neq; ipſos diſcipu
los,qui ad eum venire & audire cœperant,ad hoc vocauerat,vt relictis omnibus ip̃m ſe-
querentur.Ab eo p̃ſens euangeliſta narrationem ſuam inchoat,ꝙ in Galilæam Ieſus ſe-
ceſſit,prætermittens,cum aũt audiſſet,ꝙ Iohannes traditus eſſet. Præter ſenſum ſupra-
dictũ,hoc etiam in hac temporis deſignatione conſiderandum eſt,quod exemplo ſuo do
cuit,ſicut per apoſtolũ ſuum dicturus erat,nemini dandã vllam eſſe offenſionem,quia vi 2.Coꝛ.6
delicet offendebantur qui offendi volebãt,ſcilicet maxime phariſæi,qui ſpernebãt conſi
lium dei,nõ baptizati baptiſmo Iohannis,& hoc optabãt exiſtimari,q̊d inter Ieſum & Luc.7
Iohannẽ,& inter diſcipulos eoꝝ per contentionẽ & per inanem gloriam fieret aliquid.
Hinc eſt illud apud euangeliſtã Iohannẽ:Facta eſt ergo quæſtio ex diſcipulis Iohannis Iohan.3
cũ Iudæis de purificatione,& venerunt ad Iohannẽ,& dixerunt ei:Rabbi, qui erat tecũ
trans Iordanẽ,cui tu teſtimoniũ perhibuiſti,ecce hic baptizat,& omnes veniunt ad eũ.
Item poſt aliqua:Vt ergo cognouit Ieſus,q̃a audierunt phariſæi,q̃a Ieſus plures diſcipu Iohan.4
los facit,& baptizat,q̃ Iohannes:quanq̃ Ieſus non baptizaret,ſed diſcipuli eius.Vtrũq;
ergo rationabiliter obſeruatũ eſt in eo,quod non niſi poſtquã Iohãnes traditus eſt præ-
dicare cœpit Ieſus,ſcilicet vt & ordinate legi & prophetis,quoꝝ Iohãnes finis erat,euã-
gelium ſuccederet,& inquantũ fieri poterat,quod ex ipſo erat,nemini vllam offenſionẽ
daret.¶Quæ aũt cauſa fuerit,vt ſecedẽs in Galilæam tam cito relicta ciuitate Nazareth, Lucæ.4
veniret & habitaret in Capharnaũ,Lucas manifeſtius enarrat.Dicebant em̃ illi:Nonne Cur Ieſus
hic eſt filius Ioſeph,& repleti ſunt,ait,oẽs in ſynagoga ira,& ſurrexerunt,& eiecerũt il- potius ĩ Ca
lum extra ciuitatẽ,& duxerunt eum vſq; ad ſupercilium montis,ſupra quẽ ciuitas illorũ pharnaum
erat ædificata,vt p̃cipitarent illum.Ipſe autẽ tranſiens per mediũ illoꝝ ibat,& deſcendit q̃ in Naza
in Capharnaum ciuitatẽ Galilææ,ibiq; docebat.Hoc ita factũ eſt,vt adimpleretur,ait,q̊d reth habi-
dictũ eſt per Eſaiam prophetã:Terra Zabulon & terra Neptalim, &c.Hoc taliter per tauit.
prophetam dictũ eſt:Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon,& terra Neptalim,& Eſa.9.
nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanẽ.¶Quid eſt quod ſumptũ teſtimonium Quæſtio
non ad integrũ ſcripſit.Duas nanq; omiſit partes præcipuas,primo tẽpore alleuiata eſt,
& nouiſſimo aggrauata eſt.Quid,inquã,eſt,ꝙ iſtas partes omiſit?Videlicet,quia nõ erat Reſponſio
hoc in intentione,ſeu voluntate p̃dicantis & euangelizantis,vt primo tempore alleuiata
terra illa,nouiſſimo aggrauaretur,id eſt,vt præſentis dñi prædicatione,& miraculis illu Acto.13
ſtrata Iudæa,tandẽ aſſumpti in cœlũ euãgeliũ repelleret,& vitæ æternę indignã ſe iudica
ret.Futuꝝ quidẽ erat,& idcirco Eſaias,reuelante ſpiritu prophetico,p̃dixerat,q̃a ſic fu-
turũ erat:veruntamen non ea dñs intentione illud prædicare cœpit,vt nouiſſimo tempo
re,id eſt,cõſummatis omnibus ſalutis noſtræ ſacramẽtis,Iudæa cor ſuum aggrauaret ac
repelleret verbũ fidei.Teſtes ſunt illæ lachrymæ,teſtis illa lamentatio videntis ciuitatem
& flentis ſuper eã,quia voluntatis eius nõ fuit,quod illa taliter cor ſuũ aggrauauit, quod
tẽpus viſitationis ſuæ cognoſcere noluit.Hoc ſolũ erat in intentione p̃dicantis,illumina- Lucæ.19
re,vt Zacharias quoq; cecinit,his ꝗ ſedebãt in tenebris & in vmbra mortis,ad dirigẽdos
pedes noſtros in viã pacis.Recte igitur prouidus euangeliſta ſolũ hoc in intentione eius Luc.1
fuiſſe ſignificauit,dicendo,vt impleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam,&c.
¶Terram Zabulon & Neptalim,viam maris trans Iordanẽ propheticus ſp̃us opportu-
ne in tanta re declamauit,quia videlicet nõnihil pertinuit ad felicitatẽ nuncij tã boni,no
minare locũ,vnde primo auditũ fuerit,quod omnes ſancti tanta expectabãt attentione,
quantã *inſinuare cõtendit in eodem* propheta *mirabilis eloquentia* ſanctæ ſapientiæ,di- Eſa.62
cendo:Et eleuate ſignũ ad populos,ecce dominus auditũ fecit ab extremis terræ,Puta,
vel ipſum Iohannẽ,qui tũc traditus erat mox,vt poſtmodũ decollatus eſt,ad inferos pro
perando ſignũ eleuaſſe ad omnes ſanctos,ꝗ hunc expectabant ab origine mundi in tene
bris & in vmbra mortis,& dixiſſe:Ecce dñs auditum fecit à terra Zabulon,& à terra Ne-
ptalim,& à via maris trans Iordanẽ Galilææ,id eſt,ſecus mare Galilææ.¶Sicut alio iam Teſtimonia
loco dictũ eſt,non ſolũ illud tantillum,quod euangeliſta de propheticis p̃ſcribit teſtimo euangelij
nijs,reſpicere debet lector ſtudioſus,ſiue auditor attentus,verumetiam illa,quæ aſſum- amplificã-
ptis adhæret capitulis,quæ p̃cedunt ſiue quæ ſequunt̃,velut ſi domui,quæ forte per indu da ſunt.

 ſtriam

ſtriam abſq; feneſtris ſubobſcura facta eſt, lucerna intromiſſa videre debeas qualis ſit intus, qualis ſit ſitus in medio vel in circuitu eius, & quidẽ ſicut euangeliſtæ, quoniam breuitate opus erat, amplitudinem teſtimonioꝝ vel ſcribere nõ vacauit, ita & nobis, quia forte faſtidioſum fieret opus, nõ vacat cũcta proſequi, quæ ipſe breui ſignificatione illuſtrauit: veruntamen in aliqua parte eoꝝ, libet hic aliquãtiſper immorari. Præmiſſo, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã, ſubinde idem propheta inter cætera dicit: Iugũ eñ oneris eius & virgã humeri eius & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. Paruulus eñ natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Onus ſiue iugũ oneris eius, ſcilicet populi q̃ ambulabat vel ſedebat in tenebris, peccatũ erat, virga humeri eius, peccati erat, * exactor eius diabolus erat: ſceptrũ exactoris illius, ius vel principatus mortis erat. Quomodo hæc dñe ſuperaſti? Nimirum nouo genere prælij, ſicut in die Madian, id eſt, ſecundũ myſticam ſimilitudinẽ prælij, quo (ſicut habemus in libro Iudicũ) dux Gedeon cũ trecentis viris ſuperauit Madian: Non eñ ſic in illo die pugnatum eſt, ſicut ante vel poſt pugnauerũt cæteri duces, iudices & reges Iſrael: ſed diuiſis trecentis viris in partes tres, dedit tubas in manibus eoꝝ, lagenaſq; vacuas ac lãpades in medio lagenaꝝ. Cumq; per gyrum caſtroꝝ in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntq;, gladius dñi & Gedeonis. Omnia itaq; caſtra turbata ſunt, immiſit dñs gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant. Prædixerat aũt eis Gedeon. Quod me facere videritis, hoc facite.

Eſa. 9

Addo, pœna ſcureaſtus, aut ſimile quid.

Iudi. 7

¶Secundũ ſimilitudinẽ illius prælij pugnare debere à tempore euangelicæ ꝑdicationis, & regnum exactoris diaboli ſuperandũ eſſe propheta prędixit. Quã ob cauſam? Paruulus eñ inquit, natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Anteq̃ paruulus iſte naſceretur nobis, anteq̃ filius iſte daretur nobis, non ſolum licitum, verumetiã laudabile erat, regibus, ſacerdotibus, prophetis, patriarchis, ferro dimicare & ſanguine præliari, ſicut fecit Dauid, ſicut fecerunt inſignes Machabæi cõtra gentes quæ contendebãt exterminium facere Iſraeliticæ gentis, agente ſpiritu diaboli, vt exinaniretur verbũ promiſſionis, vt nõ eſſet vnde paruulus iſte naſceretur nobis, ſicut patribus primoq; fideli Abrahæ fidelis deus repromiſit. At nunc, qm̃ paruulus iam natus eſt nobis, quoniam filius datus eſt nobis, paruulus ſiue filius admirabilis, conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, quid opus eſt materialibus armis? Quid periculi eſt in hoc, ſi extirpeſ arbor, qm̃ fructus omnis aſſumptus eſt, & tuto repoſitus loco? Mutetur modus prælij & pugnetur ſicut pugnatũ eſt in diebus Madian.

Ante natũ Chriſtũ ferro pugnare licuit, nũc nõ ita.

Gene. 22

¶Sint lampades in lagenis fragilibus, in vaſis fictilibus, id eſt, dona gratiarũ cœleſtium in corpoꝝ mortalium membris corruptibilibus, ſint & tubæ verbi dei, quaꝝ ſonitu hoſtes viſibiles & inuiſibiles terreantur. Lagenæ in ſiniſtris, tubæ habeantur in manibus dextris, id eſt, in minore corpora, in maiore verbũ dei ꝑdicandũ habeatur, cura vel diligentia. Quid ſi corpoꝝ fragiles hydriæ cõfringantur? Nimiꝝ tunc amplius * flãmabit maraculoꝝ clariſſima luce, & martyres pretioſa morte coronati, exinde fortius ꝑliabuntur. Fecit hoc primus ille Gedeon ſecundũ literam, & quod me facere videritis, ait, hoc facite: fecit hoc primus iſte filius hominis ſecundũ ſpiritum, & hoc eſt, ait, præceptũ meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quoniam ergo ſic pugnandũ erat, quoniam materialis gladius iam neceſſarius non erat, videamus quales ſibi milites, ſiue militiæ duces elegit.

Quid lagenæ & tubæ myſtice.

Lege, flammabunt.

Iudi. 7

Iohan. 15.

⌊Ambulans iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piſcatores, & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus, ſequuti ſunt eum: & procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrẽ eius in naui, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua, & vocauit eos. Illi autẽ ſtatim relictis retibus & patre, ſequuti ſunt eum.⌋ Sicut ſol viſu ſuo ſpecularia non ſolum videt, verumetiam ſuã in illis imaginem format, & imago eius ex ipſis relucet: ita quodãmodo verus iſte ſol vidit Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem, ſimplices & tenebraꝝ partem nullã habentes, & idcirco lux ab eis comprehenſa eſt, imago veræ huius lucis in eoꝝ cordibus per fidem formata eſt. Iſta virtus tenebraꝝ non fuit ad comprehendendũ, ſed obtuſa corda gerẽtes, repulerunt. Exempli gratia, ita vt dicerent: Vnde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes q̃ per manus eius efficiuntur? Nõne iſte eſt faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſeph & Iudæ & Simonis, & non poterat, ait euangeliſta Marcus, ibi virtutẽ vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem illoꝝ. Et quales iſtos inuenit, aut vidit, quoꝝ cordis puritatem, & lucidam fidem penetrauit? Mittentes rete in mare, vidit eos, ſiue retia ſua reficientes, erant eñ piſcatores.

Simplicitas primorũ apſtoꝝ.

Matth. 13

Marc. 6.

¶Quare autem pauperes potius quàm diuites deus elegit, Imo quos elegit ante conſtitutionẽ mundi, quos præſciuit & prædeſtinauit

Quæſtio

Roma. 8.





ſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui, quos vocare, iuſtificare & magnificare propoſuerat, quare pauperes in hoc mũdo naſci vel fieri voluit? Nimiꝝ propter eruditionẽ ipſorum, quia videlicet cõſcientia paupertatis grande eſt inſtrumentũ, & valẽs documẽtum, vt creatura teneat vel cognoſcat id, quod corã creatore perpulchrum & valde iuſtũ eſt, ſcilicet ordinẽ ſuum. Quẽ vel qualem ordinẽ ſuum? Profecto illum, quem Apoſtolus magno clamore, grandi exclamatione, nobis intimare nititur dicẽs: O altitudo diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis eñ cognouit ſenſum dñi? Aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? Quoniã ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſecula ſeculoꝝ, Amen.

Reſponſio

Roma. 11

¶Iſte eſt ordo legitimus, ordo neceſſarius, vt creatori creatura ſubijciat, ſciendo & cõfitendo, q̃a ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt oñia, quæcũq; bona beatus homo vel ſanct⁹ habet angelus, & ad huius ſanctæ rei cognitionẽ ſiue cõmonitionẽ multum valet, vt iam dictũ eſt, memoria retentus priſcæ paupertatis caminus, de quali & filij Iſrael vocati ſunt, & in quali Petrus & cæteri apoſtoli hoĩes ſine literis & idiotæ, & præterea cenſu pauperes inuenti ſunt. Quid multa? Nimiꝝ quanto plura ſancti dona dei ꝑcepturi erãt, tanto maioris cõſcientia paupertatis indiguerunt, vt eadẽ dona portarẽt ſtabiles & firmi, fundati in ſpũ humilitatis.

In oñibus nos humiliari oportet.

¶Nam dñi ſunt cardines terræ, pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt, vt ait beatus Hieronymus, afflicti terræ, & poſuit ſup eos orbẽ. Afflictio hæc humilitas eſt, quæ ad portandũ orbẽ conſtantes eos facit & fortes. Deniq; quod facit in corporibus, ſiue rebus corporalibus, vt aliud tardius, aliud citius moueaſ, flãte vẽto ſeu mouẽte manu: hoc facit in mẽtibus humilitatis virtus, vt ſuccedẽtibus proſperis ſpiritualibus, nõ extollaſ animus, priſtinæ paupertatis ſeu cuiuſlibet infelicitatis ſibi conſcius. Orbis, quẽ ſuper huiuſmodi afflictos dominus poſuit, eccleſia ipſius eſt, quã illis regendã cõmiſit. Hinc eſt illud q̃d huic Simoni Petro dixit: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. Super petrã fidei, quam cõfeſſus eſt Petrus, eccleſiam ſuã ædificauit, eamq; regendã illi cæteriſq; apoſtolis, eorumq; ſimilibus commiſit.

1. Reg. 2

Cardines terræ, apli.

Matth. 16

¶Quid tandẽ de mutatione nominis dicemus, quã (vt ſupra iam dictum eſt) & alius euangeliſta ſcripſit manifeſtius, & iſte nõ omnino tacuit, dicendo, Simonẽ qui vocaſ Petrus. Quæ cauſa vel ratio fuit mutatiõis huius? Nunquid eñ otioſe, id eſt, ſine cauſa, ſine ratione mutaret vocabulũ hoĩs ſapientia dei Ieſus Chriſtus? Dum de vno quærimus, alterius quoq; recordemur. Qui eñ dixit huic, tu es Simon filius Iohãna, tu vocaberis Cæphas, quod interpretatur Petrus, ipſe idem quondã dixerat cuidã alteri: Quod nomẽ eſt tibi? Illo reſpondẽte, Iacob, ait ille: Nequaq̃, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael. Pręter duos iſtos, quoꝝ alter in veteri, alter in nouo teſtamẽto notiſſimus eſt, alios in ſanctis nõ inuenimus ſcripturis, quoꝝ deus vocabula commutauerit: licet quibuſdam poſuerit, vt Iſaac: alijs adauxerit vel minuerit, vt Abram & Sarai, hunc Abrahã & illam vocando Saram.

Cur Petro mutatum nomen.

Iohan. 1.

Gene. 32.

¶Quæ igitur cauſa vel ratio fuit, in iſtis mutandoꝝ nominũ? Arbitrari licet, ꝙ in ambobus mutationis nominũ cauſa fuerit, inſtans mutatio rerũ. In illo priore, cui dictum eſt, nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael, mutandarũ ſententia rerũ fuit hæc. Quoniam ſi contra deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? Nam contra homines præualere, quid aliud eſt, q̃ homines interficere? Extunc genus Iacob ſiue Iſrael nõ ſolummodo permiſſum verumetiã præceptũ habuit peccatores occidere, & in primis Chananæos, q̃s iuſte terra debuit euomere. Exẽpli gratia: Vade, inquit dñs ad Saul, & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius: Nõ parcas ei, ſed interfice à viro vſq; ad mulierẽ, & paruulum atq; lactantem: Hoc non tantummodo permiſſum, verumetiam vſqueadeo fuit ꝑceptũ, vt cum ille pepercíſſet, diceret dominus ad Samuel: Pœnitet me, ꝙ conſtituerim Saul regem, quia dereliquit me, & verba mea opere nõ impleuit. Ab initio aũt non ita fuit, ſed omnis qui occiderit Cain, ait idem dñs, ſeptuplum punietur. Quomodo reſpondit dominus dicentibus ſibi, quid ergo Moſes mandauit, dare libellum repudij, & dimittere vxorem: fere ſimiliter reſpondendũ eſt, ſi quæras, quid dominus homines mandauit interfici, dicendo, quanto magis contra hoĩes præualebis? Reſpondens ait: Quoniã Moſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. Ab initio aũt non fuit ſic. Dico aũt vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuã, niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur.

Cur Iacob dictus eſt Iſrael.

Leuit. 20

1. Reg. 15

Gene. 4.

Matth. 19

¶In iſto poſteriore mutandaꝝ ſententia rerũ hæc eſt: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Exemerat enim gladium ſuũ & percutiens ſeruũ principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Si ergo quæras, vt iam dictũ eſt, quid dñs mandauit, peccatores interfici: & quid dixit, quanto magis cõtra homines præualebis: fere ſimiliter reſpondendũ eſt, vt de libello repudij, quoniam dñs ad duritiam cordis hoc mandauit fieri, ab initio autem non ſic fuit. Quorũ ad duritiam cordis? Nimiꝝ hominũ talium, quales fuerunt Amalechitæ ſiue Chananæi,

Vſus gladij cur apoſtolis prohibitus.

Matth. 26

& cæteri, quoꝝ diabolus cor obdurauit, vt non ſolum ſeruirent creaturæ potius q̄ crea-
tori, verumetiã vnicum cultorem creatoris populum Iſrael conarentur omnibus modis
Gene. 32. aut facere cõformem ſibi, aut omnino extirpare radicem gentis eiuſdẽ, vt non eſſet vnde
cõpleretur benedictio, quã deus Abrahæ repromiſit, quãq; exigebat ille Iacob, dicendo,
non dimittã te, niſi benedixeris mihi: & audiuit, quoniã cõtra homines præualebis. Pro-
pter eiuſmodi duritiã cordis mandauit dominus peccatores interfici, & qui hoc fecerũt,
iudices Iſrael, & patriarcha Dauid, & p̃clari laudantur Machabæi. Ab initio aũt non ſic
fuit, ſed quicunq; occiderit Cain, ſeptuplum punietur, ait dñs. Et nunc idem loquitur ad
iſtum, cuius mutauerat vocabulum, ſignificans (vt iam dictũ eſt) mutationem rerũ. Con-
Matth. 26 uerte gladium tuũ in locum ſuũ. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt,
ſubauditur, niſi pœnitentiã egerint, & apud alium egangeliſtam, dicẽtibus apoſtolis, do
Luc. 22 mine, ecce gladij duo hic, dixit eis: Satis eſt. Item: Sinite vſq; huc. Quod prudens auditor
ſic intelligere debet, ac ſi diceret, Gladijs materialibus iã ſatis factũ eſt, & in illis huc vſq;
neceſſario pugnatũ eſt, ob defenſionẽ carnis, de qua me Ieſum Chriſtũ oportebat naſci:
Iudi. 7 iam finite gladios eiuſmodi, & pugnate nouo genere p̃lij, ſicut pugnatũ eſt in die Madiã,
id eſt, ſicut ſignificatũ eſt illic, vbi Gedeon ſuperauit Madian. De illo p̃lio iam ſuperius di
ctum eſt. ⌊Et circuibat Ieſus totã Galilæam, docens in ſynagogis eoꝝ, & p̃dicans euan-
gelium regni, & ſanans omnẽ languorem, & omnẽ infirmitatem in populo, & abijt opi-
nio eius in totã Syriã, & obtulerunt ei oẽs male habentes, varijs languoribus, & tormẽtis
cõprehenſos, & q dæmonia habebãt & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & ſecutæ
Opera pietatis p̃ columbã p̃figurata. ſunt eũ turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hieroſolymis & Iudæa & trãs Iordanẽ.⌋
Opera huiuſmodi, opera pietatis, quoꝝ hæc initia fuerunt, portendebat ſignũ illud, ſiue
ſignificatio præſentiæ ſpiritus ſancti, quæ ſuper eum apparuit, ſcilicet ſpecies columbæ,
quæ nimirũ auis naturaliter mitis eſt, & ſeptem habet inſignia pietatis, quæ numerare ſo-
lent Phyſici, quia ſine felle eſt, & gemitũ pro cantu habet, & in foraminibus petræ ſiue ca
uerna macerie nidificare ſolet, & nihil viuũ comedit, & grana candidiora eligit, & pullos
alienos nutrit, & iuxta fluenta pleniſſima reſidens, inſidioſum p̃uidet atq; effugit accipi-
trem. Omniũ pietatis opeꝝ, quæ per hæc ſeptẽ columbæ naturalia bona ſignificant, ini-
tia fuerũt hæc, quæ hoc loco narrantur, ſeptẽ comprehenſa dictionibus: quæ ſunt, ſanare
omnẽ languorem, & omnẽ infirmitatem, & omnes male habentes, varijs languoribus &
tormentis cõprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos. ¶ Itidem,
ꝙ ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hieroſolymis & Iudæa & trans
Eſa. 55 Iordanem, initium fuit populoꝝ ſiue gentium multaꝝ, quæ habebant ad illum concur-
rere, iuxta illud Eſaiæ: Et gentes, quæ te nõ nouerunt, ad te current, propter dñm deum
tuum & ſanctũ Iſrael, quia glorificauit te: Et in hoc initio finem vel conſummationẽ pro
poſiti ſui meditabatur incarnata ſapientia dei, vnde adhuc plenius dicendũ erit.

LIBRI TERTII FINIS.

# RVPERTI ABBATIS
## TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. IIII.

Cantl. 5 Chriſti ſtudia in ſcripturis, vt eas adimpleret.

ECcleſia in Canticis dilecti ſui pulchritudinẽ prædicans, dicit in-
ter cætera: Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuos aquaꝝ, quæ lacte
ſunt lotæ, & reſidẽt iuxta fluẽta pleniſſima. Quid eſt hoc dicere,
niſi ꝙ ſtudia eius q̄diu in terra viſus eſt & cum hominibus cõuer
ſatus eſt, ſacræ ſemper intendebant ſcripturæ, ſicut in pſalmo pri
mo p̃dictũ fuerat, ſed in lege dñi voluntas eius, & in lege eius me-
ditabitur die ac nocte. Eiuſmodi ſtudia eius ſpiritum ſanctũ de-
cuit ita ſignificare, vt deſcenderet ſuper eũ in ſpecie columbæ, qa
in eo requieuerũt oẽs ſpirituales gratiæ, & anima eius apertis cun
ctarum gratiarum oculis, reſidebat iuxta fluenta pleniſſima, id eſt, cunctas contempla-
batur, vt adimpleret veritatis ſcripturas, quicquid de ipſo in lege Moſi, & prophetis, &
pſalmis ſcriptum fuerat: & quod cum magna reuerentia cogitandum nobis eſt, ſecun-
dum diſpoſitionem rerum quas meditabatur, habitum vel actiones ſuas diſponebat ex-
CAP. V. terius. Hinc eſt id quod poſt ea, quæ ſupra dicta ſunt, continuo ſequitur. ⌊Videns au-
tem



tem turbas, aſcendit in montem: & cũ ſediſſet, acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius, & aperiens
os ſuum, docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ.⌋ Futuꝝ
quippe erat, nec ipm̃ latebat, & hoc ſine dubio meditabatur, imo & (ſicut quodam loco
dixit) artabaẗ vſquedum p̃ficereẗ, & vt aſcenderet in cœlum, & ibi ſederet ad dexterã ma Lucæ. 12
ieſtatis in excelſis, iuxta illud: Aſcendens in cœlũ, captiuã duxit captiuitatẽ, ſiue illud: Di- Ephe. 4
xit dñs dño meo, ſede à dextris. Pulchre autem, q aſcenſurus erat in altitudinem cœli, Pſal. 109
ipſe in montem, id eſt, excelſum terræ locum, aſcendit, quem vel Thabor vel quemlibet
aliũ in Galilæa montẽ excelſum oportet intelligi, qa poſtq̄ finiuit ſermones ſuos, ſtatim
ſequiẗ. Cum autem introiſſet Capharnaum. In montem eiuſmodi, videns turbas, aſcen-
dit, quia futurum erat, vt viſis turbis, aſcenderet (ſicut iam dictum eſt) in altitudinẽ cœli.
¶ Quid enĩ fecit hic tota vita ſua, niſi ꝙ vidit turbas? Vidit plane, vidit turbas generis hu Q̃ ſo Chriſtus vidit turbas
mani, & non quomodocũq; vidit, ſed ita vt miſeriaꝝ noſtraꝝ caperet experimentum, iu
xta illud: Qm̃ ipſe cognouit figmentũ noſtrum, id eſt, ipſe ſuſcepit, & in ſemetipſo exper
tus eſt, qa fragile eſt mortale corpus noſtrũ. Ita vidit, vt miſerereẗ, ita miſertus eſt, vt mi- Pſal. 102
ſerias noſtras conſolareẗ, id eſt, beatitudinem ſalutis æternæ per paſſionem & mortẽ ſu-
am nobis operareẗ. Hoc facto, iamq; ſedente eo ad dexterã patris, acceſſuri erant ad eũ
diſcipuli eius, videlicet acceſſu mentis, & profectu fidei, perſeuerando in ſpe promiſſi q̊d
promiſerat eis, & expectando promiſſionẽ patris, quã audiſtis (inq̃t) per os meum &c. Acto. 1.
Pulchre igiẗ ſic factũ, & ſic dictũ eſt, & cũ ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Itidẽ
futuꝝ erat, vt illic ſedens ad dexteram patris, magis ac magis aperiret illis ſenſum, vt in-
telligerent ſcripturas, videlicet docendo illos omnẽ veritatẽ per ſpm̃ ſanctum quem de-
dit illis ſicut promiſerat. Eius rei congrua ſignificatio eſt in eo, quod hic ait Euangeliſta: Lucæ. 24
Et aperiens os ſuũ docebat eos &c. Nunc iã literæ vel ſermonis huius ſeriẽ ingrediamur. Iohan. 16
¶ Aperiens (inquit) os ſuum, docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſorum eſt re- Os dñi ſacra ſcriptura eſt
gnũ cœloꝝ. Huiuſmodi locutio ſiue dictio, aperiens os ſuum, in ſecularibus literis pro vi
tio duciẗ, & pleonaſmos, id eſt, adiectio vnius verbi ſuperuacua diciẗ, vt illic: Sic ore lo-
cuta eſt. Neq; enĩ quiſquã loquiẗ niſi ore, nec aliter loqui poteſt, niſi aperiat os ſuum. Por
ro, in ſacris literis, & maxime hic, nequaquã adiectio ſuperuacua eſt, ſed multum ad ne-
gotiũ pertinet, ſi illud os dñi cogites, quod Euangeliſtam diuinũ attendiſſe decet. Quod
eſt illud os dñi, niſi ſcripturæ per quas nobis loquiẗ ſpũs dñi? ¶ Iſtæ clauſæ fuerant, clau- Os dñi Iudæis erat clauſum.
ſæ (inquam) & ſignatæ pro ratione temporis erant, & vt clauderent eas ipſi q ſcripſerunt,
præceptum dñi habebant. Exempli gratia: Tu autẽ Daniel claude ſermones, ſigna librũ,
vſque ad tempus ſtatutum. Et ad Eſaiam: Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis Dani. 12
meis. Quomodo vel q̃bus ſcripturæ Chriſtũ prænutiantes, clauſæ erant? Vtiq; ſpũalia ſic
annuntiando, vt carnalia ſonare videreẗ, illis p̃cipue, quoꝝ carni ſubditus & terrenis cu
p̃ditatibus deditus erat animus. Exempli gratia: Et dominabiẗ à mari vſq; ad mare, &
dabiẗ de auro Arabiæ. Hæc & his ſimilia Iudæi legentes, auream q; & gemmatã Hieruſa Pſal. 71.
lem terrenam, regnante Meſſia, ſe habituros ſperantes, beatos putabant eſſe diuites, cæte
riſq; rebus vel modis proſperatos, q̃bus mundus inaniter gaudet. Clauſum ergo erat os
dñi, id eſt, ſcriptura, quæ eſt os dñi, nec niſi docente ipſo, poterat eiuſmodi os aperiri. In
aperiendo q̃d primũ dixit? ⌊Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ. Beati mi
tes, qm̃ ipſi poſſidebunt terram. Beati q lugent, qm̃ ipſi conſolabunẗ. Beati qui eſuriunt &
ſitiunt iuſtitiam, qm̃ ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiam conſe-
quenẗ. Beati mundo corde, qm̃ ipſi deum videbunt. Beati pacifici, qm̃ filij dei vocabunẗ.
Beati q perſecutionem patiunẗ propter iuſtitiam, qm̃ ipſorum eſt regnum cœlorum.⌋
Hoc primũ cecinit canticum beatitudinis cithara glorioſa, cithara ſonora & dulcis, cui
tota erat, & eſt inſita muſica patris, vniuerſa ſapientia dei, qui & dicebat ad eum iam du
dum in propheta: Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara. Octo chordis anti- Pſal. 56. 107.
quitus citharæ fiebant, & quę per primam, eadem vox reſonabat per octauam, ſecundum
muſicæ naturalem vim, quia tantum ſeptem ſunt diſcrimina vocum, & octaua vox eadẽ
quæ prima eſt, quod cantoribus peritis, id eſt, muſicis, non incognitum eſt, & quod non
minime delectat in iſta beatitudinum cantilena, quæ prima, eadem octaua ſententia eſt,
qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. Celeberrima eſt apud doctores fere omnes decantatio hęc
octo beatitudinum, nec opus eſt ſuperaddere quicq̃ ad ipſoꝝ tractatũ, niſi hoc ſolum, vt
oſtẽdamus, qa ſicut cætera dñs noſter, ita & hoc ſecundum certam locutus eſt autoritatẽ
ſcripturaꝝ. ¶ Nam ꝙ pauperes ſpũ vere beati ſint, vel ꝙ ipſoꝝ ſit regnum cœlorum, Beati pauperes ſpũ.
Abraham, Iſaac, & Iacob pro exemplo vel teſtimonio ſunt, qui pauperes ſpũ fuerũt, ſicut
enarrat ſacræ hiſtoriæ textus, & memorat Apoſtolus: Confitentes (inq̃t) qa peregrini & Hebr. 11
hoſpites ſunt ſup terrã. Qui enĩ hæc dicunt, ſignificant ſe patriã inquirere, & ſiquidẽ illius
meminiſſent, de qua exierant, habebant vtiq; tp̃s reuertendi, nunc autem meliorẽ appe-



tunt,

tunt,id eſt,cœleſtem.Nonne hæc eſt paupertas ſpũs,non appetere patriã in terris, & hu
Beati mites militer expectare repoſitam in cœlis in manu dei. Ideo(inqt)non confundit vocari eo-
rum deus.Parauit eñ illis ciuitatẽ.Quid aliud eſt illa ciuitas,niſi regnũ cœloꝝ? ¶Quod
mites vere beati ſint,& ꝙ ipſi poſſideãt terram,Moyſes pro exemplo vel teſtimonio eſt,
Numer. 12 de quo veridica dicit ſcriptura: Erat eñ Moyſes vir mitiſſimus ſup omes hoĩes q mora-
Ibidẽ.13.14 bant in terra:ſimulq; Ioſue & Caleph,q tanq̃ mites non detraxerunt terræ,quam luſtra-
uerant per quadraginta dies,ſicut detraxerunt immites alij, qui exaſperauerunt dñm,&
idcirco non poſſederunt eam,ſed pleni alio ſpũ laudauerunt, & idcirco poſſederunt eã.
Non qdem Moyſes poſſedit terram, ad quam ingrediebat Iſrael poſſidendã,terrã trãs
Pſal.26.141 Iordanem,terrã Chanaan,ſed poſſedit & poſſidet terram viuentium,quam ſolam in ſpũ
Pſalmiſta ſuſpirans:Credo(inqt)videre bona dñi,in terra viuentium,Portio mea in ter
Nume.27 ra viuentium.In hoc ipſo ꝙ terram illam Chanaan non poſſedit,mitis fuit,id eſt,ſemet-
ipſum non defendit,quod eſt mitis animi. Nam dicente ſibi dño,ꝙ in illam terram non
intraret,propter illud qd acciderat ad aquas contradictionis, cõtinuo reſpondit: Proui
deat dñs deus ſpirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc, ne ſit
populus dñi,ſicut oues ſine paſtore. Et in ſua quidem cauſa mitis fuit,in cauſa vero dei,
Exod.32 qualis fuerit,teſtatur zelus, quo zelatus eſt pro reatu vituli, & hiatus terræ,q Dathan &
Numer.16 Abiron abſorbuit,cũ ille dixiſſet ad dñm,ne reſpicias ſacrificia eoꝝ. ¶Quod lugentes ve
Beati, qui lugent re beati ſint, & ꝙ ipſi conſolabunt,teſtant geſta iudicum,q poſt Moyſen & Ioſue fuerũt
vſq; ad Samuel,quoꝝ luctum atq; clamorem, quo clamauerunt ad dñm,confitentes, ꝙ
propter peccata ſua traditi fuiſſent,& toties traderent in manus gentium,glorioſæ con-
ſolationes ſubſequutæ ſunt. Primus luctus illoꝝ tempoꝝ loco quoq; nomen dedit,ſicut
Iudi.2. ſcriptum eſt:Aſcenditq; angelus dñi de Galgala ad locum flentium. Cur(inqt)hoc fe-
ciſtis? Cumq; loqueret angelus dñi ad omnes filios Iſrael,eleuauerunt vocẽ ſuam,& fle-
uerunt,& vocatum eſt nomen loci illius flentium ſiue lachrymaꝝ.Luctus vltimus luctus
1.Regũ.15 fuit Samuel,q lugebat Saulem, ſicut ſcriptum eſt: Pœnitet me (ait dñs)ꝙ conſtituerim
Saul regem,qa dereliquit me,& verba mea opere non impleuit. Contriſtatusq; eſt Sa-
muel,& clamauit ad dñm tota nocte,& ſubinde:Veruntñ lugebat Samuel Saulem, qm̃
dñm pœnitebat,ꝙ conſtituiſſet eum regem.Dixitq; dñs ad Samuelem: Vſquequo tu lu-
ges Saul,&c.Conſolationes,quibus illi lugentes conſolati ſunt,tam glorioſæ fuerunt,vt
illi,quoꝝ per manus dñs clamantes ad ſe conſolatus eſt,vocarent etiam ſaluatores,vtpo
Iudic.3 te ſaluatoris vnici, ſaluatotis venturi quandam vicem & typum gerentes,ſalute tempo-
1.Regũ.16. rali ſaluando Iſrael.Vltimus Samuel lugendo talẽ conſolationẽ conſecutus eſt,vt miſſus
à dño vngeret Dauid regem, & ſalutis temporalis ducem, & ſalutis æternæ fontem,ſiue
originem,id eſt,patrem ſaluatoris Chriſti,nominatum poſt Abraham ſecundũ carnem.
Beati q eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam ¶Quod eſurientes & ſitientes iuſtitiã beati ſint,ꝙ ipſi ſaturabunt,pro exẽplo vel teſtimo
nio ſunt prophetæ,vel filij prophetaꝝ,& quiq; timentes dñm,qui ſub regibus Iſrael,ſub
Achab & Iezabel,& cæteris,qui prophetas domini occiderunt,& altaria ſuffoderunt,ꝑ
loca deſerta diffugientes & latitantes, egeſtate & fame afflicti ſunt, quoꝝ Helias eſt no-
3.Reg.19 tiſſimus,q propter minas Iezabel fugitans, ambulauit in fortitudine vnius cibi quadra-
Heb.11 ginta diebus & quadraginta noctibus,de qualibus & Apoſtolus ingemiſcens loquit:Cir
cuierunt in melotis,in pellibus caprinis,egentes,anguſtiati,afflicti,qbus dignus non erat
mundus,in ſolitudinibus errantes,in montibus,& in ſpeluncis,& in cauernis terræ.Vere
ergo beati,de qbus ita veraciter annunciat, dignus eñ non erat mundus. Eſuriebant &
ſitiebant corporali eſurie & corporali ſiti, proter iuſtitiam eſuriebant, & ſitiebant ſpũali
eſurie & ſpũali ſiti ipam iuſtitiam,id eſt,Chrm̃ quem expectabant. Eteñ qd faceret eſuri
3.Regũ. 18 ens & ſitiens,in eum q tolleret ſibi panem vnicũ,vel potum neceſſariũ? Vtiq; ſi poſſet oc
cideret eũ.Siles huic exiſtimauit ſacerdotes & prophetas Baal Helias,vnus vel notiſſimus
eſurientiũ & ſitientiũ iuſtitiam,id eſt,Chriſtum. Et idcirco occidit ex eis quadringẽtos
& quinquaginta viros in die vna,qa quantũ in ipſis erat,indignũ faciebant populũ Iſrael
cui ſecundum promiſſionem,quæ ad patres facta eſt, conferret vel daret Chriſtus iuſti-
4.Reg.2 tia ſempiterna.Hic vnus vel præcipuus ex illis,poſtquam eſuriuit & ſitiuit mente iuſtitiã
poſtq̃ eſuriuit & ſitiuit corpore propter iuſtitiã,igneo curru raptus eſt,& trãſlatus in lo-
cum,vbi non eſuriat neq; ſitiat:vnde & pro argumẽto ſatis eſt,vt credas veꝝ eſſe, ꝙ ve-
Beati miſericordes ritas loquit,beatos eſſe eſurientes & ſitientes iuſtitiam,qm̃ ipſi ſaturabunt. ¶Quod mi-
Abdias. ſericordes vere beati ſint, qm̃ ipſi miſericordiam conſequent. Abdias ille pro exemplo
ſit,q miſericors fuit,& miſericordiam fecit cum illis,q eſuriebant & ſitiebant iuſtitiã,vt ſu
3.Reg.8 pra dictũ eſt,fugientes ꝑſecutionẽ regis Achab & impiiſſimæ Iezabel.Nunqd(ait ipe ad
Heliam)non indicatum eſt tibi dño meo,quid fecerim cum interficeret Iezabel prophe
tas domini,ꝙ abſconderim de prophetis domini centum viros, qnquagenos & qnqua-
genos



genos in ſpeluncis,& pauerim eos pane & aqua? ¶Dicit hic fuiſſe tertius ille princeps qu 4.Reg.
quagenarius,cui pepercit Helias dicenti:Homo dei,noli deſpicere animã meã,& animã
ſeruoꝝ tuoꝝ qui mecum ſunt.Ecce deſcendit ignis de cœlo,& deuorauit duos principes
quinquagenarios primos,& qnquagenos qui cum eis erant.Sed nunc obſecro,vt miſe-
rearis animæ meæ.Miſericordiã conſequutus eſt,quia miſericors fuit,neq; ſolũmodo,ſi-
ue vtcunq; miſericordiam,veꝝ etiam grãm magnam,videlicet propheticam, comple-
tumq; eſt in eo illud per Salomonẽ dictũ: Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicet, Prouer. 22
de panibus eñ ſuis dedit pauperi.Poſtmodum eñ relicto Ochoziæ regis miniſterio,fa
ctus Heliæ diſcipulus,prophetauit:& hic ille eſſe perhibet,qui in ordine duodecim pro-
phetaꝝ quartus eſt.Ergo & ab eius exemplo vere conſtat,beatos eſſe miſericordes,qm̃
ipſi miſericordiam conſequent,itemq; veꝝ eſſe,quod alibi dictum eſt: Qui recipit pro- Matth.10
phetam in nomine prophetæ,mercedem prophetæ accipiet. ¶Quod mundi corde ve- Beati mundo corde
re beati ſint,qm̃ ipſi deũ videbunt, deinde Daniel & ſocij eius pro exemplo ſunt. Studi-
um eius vt eſſet mundo corde,ex eo cognoſcimus quod ſcriptũ eſt:Propoſuit aũt Daniel Danie.1
in corde ſuo,ne pollueret de menſa regis,& de vino potus eius,& rogauit eunuchoꝝ ꝑ-
poſitũ,ne contaminaret,& dixit:Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decẽ &c. Pueris
autem his dedit deus ſciam & diſciplinam in omni verbo & ſapia, Danieli autem intelli-
gentiam omniũ viſionum & ſomnioꝝ.Inter cætera,quæ vidit ille mundo corde,maxi-
mum atq; pulcherrimũ eſt, ꝙ deum vidit, quomodo à mortali homine videri potuit. Dani.7
Aſpiciebam(inqt)donec throni poſiti ſunt,& antiquus dieꝝ ſedit, veſtimentũ eius quaſi
nix candidum,& capilli capitis eius,quaſi lana munda.Aſpiciebã,& ecce in nubibus cœli
quaſi filius hoĩs veniebat,& vſq; ad antiquum dieꝝ peruenit,& in conſpectu eius obtule-
runt eum,& dedit ei poteſtatem,& honorẽ, & regnũ, & oẽs populi tribus & linguæ ipſi
ſeruient.Qui adhuc viuens & mortalis,ſic propter munditiam cordis vidit deũ,quomo-
do vel q̃ feliciter poſt hanc vitam videt eũ? Ergo in iſto præſens teſtat experimentũ,bea
tos eſſe mundos corde,qm̃ ipſi deum videbunt.¶Quod pacifici beati ſint,quodq; filij dei Beati pacifici.
vocent & ſint,ipſi q hanc apertionẽ oris dñi viderunt,& hanc eius doctrinam præſentes
audierunt,in ſemetipſis experti ſunt. Nam ipſi ſunt,& fuerunt primi pacifici,& miniſtri
perfectæ pacis,vtriq; pacis inter ſe & omes hoĩes.Quomodo inter ſe & oẽs hoĩes? Vide-
licet eo modo vt ſicut cætera oĩa reliquerant,ſequendo principẽ pacis,ita vt arma ma
terialia,cũcta belli vaſa,de manibus illis excuteret idẽ princeps pacis,dicendo ad vnũ vel Matth.29
primũ ex eis Petrũ:Conuerte gladiũ tuũ in locũ ſuũ.Nuſquam oĩno deinceps arma belli Ephe.6
attrectauerunt,niſi gladiũ illũ,gladiũ ſpũalem,q eſt ſermo dei viuus & efficax,& penetra Hebræ.4
bilior oĩ gladio ancipiti. ¶Beati illi hactenus nominati.ſ.& pauperes ſpũ,& mites,& lu Tp̃s belli fuit ante natum Chrm̃
gentes,& eſurientes,atq; ſitientes,armis interdũ bellicis vſi ſunt,& nihilominus beati fue
runt vel ſunt,qm̃ ſecundũ tp̃s pro dño zelabant, & occidendo impios viam vitæ ventu-
ræ aperiebant,quæ eſt Chr̃us,videlicet defendendo arborẽ generis ſui,ne pro voluntate
diaboli penitus à gẽtibus extirparet,de qua naſciturus erat fructus,ſicut iam plenius alio
loco diximus.Tempus belli,dicit Eccleſiaſtes,& tp̃s pacis.Tempus occidẽdi,& tp̃s ſanã- Eccl.3
di.Tempus deniq; belli & tp̃s occidẽdi tũc fuit,magiſq; expediebat occidere q̃ occidi,qñ
conabat diabolus ꝑ impios hoĩes exterminare radicẽ,de qua venturꝝ ſperabat ſemen, qd
Chr̃us eſt,incipiens per Pharaonẽ,qui præcepit omni populo,dicẽs: Quicqd maſculini Exod.1
ſexus natũ fuerit,in flumen proijcite:quicqd fœminei,reſeruate. Tandemq; Pharao al-
ter qdẽ in ꝑſona,ſed idẽ in malitia perſequens recedẽtẽ Iſrael,Euaginabo(inqt)gladiũ Exod.15
meũ,interficiet eos manus mea.Mitiſſimus qdem(vt ſupra iam dictũ eſt)erat Moyſes ſu Nume.12
per oẽs hoĩes q morabant in terra:ſed tñ libẽter extẽdit manũ ſuã ſeuerã ſup mare,vt re- Exod.14
uerterent aquæ ad Aegyptios ſup currus & equites eoꝝ,& pro hoc facto glorioſum dño
cantauit canticũ,& ipſe pugnauit & vicit Amorræum,& vltus eſt filios Iſrael de Madian Num.21.31
Cætera ꝑſequi nimis longũ eſt. ¶Hoc tm̃ erat dæmonſtrandũ,ꝙ tunc & exinde vſque-
dum naſcẽte Chr̃o promiſſio impleret,tp̃s belli & tp̃s erat occidẽdi,& q bellauerũt & oc- Tp̃s pacis poſt natũ Chriſtum
ciderũt,merito ꝓdicant in eccleſia dei,maxime Dauid & inclyti Machabæi. Poſtq̃ autẽ
natus eſt Chr̃us,tp̃s cœpit eſſe pacis,& tp̃s ſanandi: quod miniſteriũ priores ſuſceperunt
apoſtoli,& ecce beati pacifici,qm̃ filij dei vocabunt,ait,& vtriq; fratres mei.Vade(inquit)
ad fratres meos,& dic eis:Aſcendo ad patrẽ meũ & patrẽ veſtrũ. Q̃uo pacis inter deum
& hoĩes miniſtri fuerunt? Miſſi à Chr̃o reſurgente à mortuis,& dicente,ꝙ antea nuſquã Iohan.20
dixit,ſemel & iteꝝ ac tertio,ſecundũ Iohannẽ pax vobis,deus(aiunt)reconciliauit nos ſi
bi per Chrm̃,& dedit nobis miniſteriũ reconciliationis.Quoniãquidẽ deus erat in Chr̃o
mundũ reconcilians ſibi,non reputans illis delicta ipſoꝝ,& poſuit in nobis verbũ recon 2.Corin.5.
ciliationis.Pro Chr̃o ergo legatione fungimur,tanq̃ deo exhortante ꝑ nos: Obſecramus
pro Chr̃o,recõciliamini deo,& multa his ſilia.Et nota, ꝙ in ordine beatitudinũ ſeptimo
loco

loco ſabbatiſmus pacis eſt. ¶Octaua beatitudo quam dicit, beati q perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã, qm̃ ipſoꝶ ẽ regnũ cœloꝶ: vniuerſos complectit̃, & pauperes ſpũ, & mites, & lugentes, & eſurientes, & ſitientes iuſtitiã, & miſericordes, & mundicordes, & pacificos: quia videlicet omnes perſecutionẽ paſſi ſunt, & patiunt̃ quicunqꝫ illos imitari volunt. Omnes eñ (inquit Apoſtolus) qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiunt̃. Similiter promiſſio, qm̃ ipſoꝶ eſt regnum cœlorum, quæ ipſa & prima, & octaua eſt, cunctas interiores complectit̃ promiſſiones, q̃a videlicet regnum cœloꝶ, & terra eſt quam mitibus promittit, qm̃ ipſi poſſidebunt terram: & conſolatio, quam promittit lugentibus, dicendo, qm̃ ipſi conſolabunt̃: & ſaturitas, quam pollicet̃ eſurientibus, & ſitientibus iuſtitiam, dicens, quoniam ipſi ſaturabuntur: & miſericordia, quam ſpondet miſericordibus, quoniã ipſi miſericordiam conſequent̃: & viſio dei, quam promittit mũdicordibus, qm̃ ipſi deũ videbunt: & gl'ia filioꝶ dei, quã pacificis pollicet̃, dicendo, qm̃ filij dei vocabunt̃. ¶In beatitudinibus iſtis & ſi diſcipulos ſuos, qui præſentes aderant, non præteriuit, ſed eos quoqꝫ tetigit, maxime dicendo, beati pacifici: non tamen ſic locutus eſt, aut ita dixit, vt enuntiaret eis, qualem ad gratiam ſiue gratiæ gradum prædeſtinati fuiſſent atqꝫ vocati, q̃a non ad ſecundam perſonam verba fecit, protinus autẽ in ſequẽtibus facere incipit. ⌊Beati eſtis, cum maledixerint vobis & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Si eñ perſecuti ſunt prophetas, q erant ante vos.⌋ Ecce de perſona tertia facta conuerſione ad ſecundam, ad eos q præſentes aderant, diſcipulos ſuos verba facit, eoſqꝫ aſſimilat vel coæquat prophetis, quoꝶ vtiqꝫ magnũ & glorioſum erat memoriale apud viuentes filios, quoꝶ patres illos maledixerunt, & perſecuti ſunt, & pleroſqꝫ ex eis etiã occiderũt. Magnificẽtia eſt ſummi gradus & honoris optimi in hoc dicto, ſic eñ perſecuti ſunt ꝓphetas, q fuerũt añ vos. Verũtñ pro magnificẽtia rei paꝶ erat hoc dixiſſe, ſic eñ fecerunt prophetis. Sed adde quod protinus ait: ⌊Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittat̃ foras, & conculcetur ab hoĩbus. Vos eſtis lux mundi.⌋ Quo pertinuit, ſedendo in monte, ſtatim poſt apertionem oris, in exordio tanti ſermonis mentionem facere ſalis & lucis taliter, vt diceret, vos eſt ſal, vos eſtis lux? Quo reſpexit, vel quales ad theſauros ſapĩæ & ſcĩæ ſuos auditores præmittere voluit? Nimiꝶ ad montem illum, imo ad legem ſanctam & iuſtam & bonam, quam ipſe olim dedit in monte Sinai, vbi & lux q̃dã apparebat, ſicut ſcriptũ eſt: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura. Item: Cunctus aũt populus videbat voces & lampades &c. ¶Inter illius, quæ tunc data eſt, legis myſticæ ſacramenta, diligentiſſime ſalem commendat. Quicquid (ait) obtuleris ſacrificij, ſale condies, nes auferes ſal fœderis dñi dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal. Tertio, repetiuit in vno eodemqꝫ ſcripturæ loco cõmendationẽ ſalis, ne forte primã aut ſecundam vicẽ non intellexeris, aut curæ non magnæ putes deo eẽ myſteriũ ſalis. Cũ igit̃ ſedẽs in monte & dicturus, non veni legẽ ſoluere, ſed adimplere, ꝓmittit, vos eſtis ſal, vos eſtis lux, vtiqꝫ diſcipulos ſuos ĩtelligere vult, ſicut poſtea ſpm̃ ſanctũ accipiẽtes, & illuminati ab eo, ſine dubio intellexerũt, ꝙ ea q̃ viſa vel facta ſunt in mõte Sinai, cognata fuerũt his, & ad rationem ꝑtinuerunt hoꝶ, q̃ facere incipiebat, ſedendo in monte, & docendo diſcipulos ſuos, quæqꝫ perfecturus erat ſedendo in excelſis, ad dexterã maieſtatis, & mittendo illis ſpm̃ ſanctũ in linguis igneis, vnde & factũ eſt, vt eſſent lux mundi. ¶Vt nunc interim differã de rõne ſalis, profecto in eo quod dicit, vos eſtis lux mundi, hoc dat intelligi, ꝙ iſta lux mundi per fulgura & lampades illas deſignata fuerit, quæ ibi lucebant in medio fumi ſiue denſiſſimæ nubis, ſicut illic manifeſte dictũ eſt, q̃a cœperunt micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montẽ, itemqꝫ cunctus populus videbat voces & lãpades, & ſonitũ buccinæ montemqꝫ fumantẽ. Fulgura & lampades in medio fumi, & denſiſſimæ nubis, apoſtoli fuerunt, doctrina lucẽtes, & miraculis coruſcantes in medio Iudæoꝶ, quos inuidiæ fumus excæcauit, & incredulitatis denſiſſima nubes operuit. ¶Sed iam per ordinẽ literam ſequentes, ſermonẽ hunc ipſo duce ingregrediamur, q locutus eſt: Cũ dixiſſet, ſic eñ ꝑſecuti ſunt prophetas, q fuerunt ant vos, cõtinuo quaſi quærerẽt beati illi, q̃bus inter maledicta & ꝑſecutiones gaudendũ, atqꝫ exultandũ decernebat, qm̃ merces veſtra (inq̃t) magna eſt in cœlis, & dicerent: nos q̃d ſumus, & q̃s finis erit eoꝶ, q prophetas ante nos perſecuti ſunt; & nos ꝑſequent̃, dixit eis: Vos eſtis ſal terræ. Breuiter dixit, ſed in breuitate dicti grãdis ẽ ſenſus, & rõnis magna vis. Nõ dixit tantũmodo, vos eſtis ſal, quo dicto ſola poterat ſignificari bene vtentiũ cõmoditas, ſed dixit ſal terræ, quo dicto q̃d portendit, niſi vaſtationẽ hoſtilis terræ? Legimus eñ vrbes quaſdã ira victoꝶ ſale ſeminatas, vt nullũ in ipſis germen oriret̃. Sic ergo accipiendũ eſt, ac ſi diceret: Omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti,

Octaua beatitudo oẽs alias in ſe cõplectit̃.
2. Timot. 3
Matth. 23
Exod. 19
Salis commẽdatio in ſacrificijs.
Leu. 2
Vos eſtis lux mundi
Exod. 19
Vos eſtis ſal terræ



ſti, confluens cum ſanguine veſtro, quos perſequent̃ ſicut perſecuti ſunt prophetas ante vos, ſic erit generationi iſti tanq̃ ſeminatio ſalis, vt ſit ſterilis, & nullius boni ferax germinis, ſicut ciuitas ira victoꝶ ſale ſeminata, ſterilis ſit & inhabitabilis. Hoc aduerſus illos, q ſalem in terra ſua ſeminare potius, quã in cibum ſumere, id eſt, doctrinam apoſtolicam perſequi, & quantũ in ipſis fuit maluerunt adnihilare, q̃ venerari & ſuſcipere, indignos ſe iudicantes vitæ æternæ, præuaricatores legis ſanctæ, dicentis: Quicq̃d obtuleris ſacrificij ſale condies, nec auferes ſal fœderis dñi dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal. Huius ꝑcepti, quod ne paruum aut paruipendendũ putes, ſcriptura triplicauit, & ſic ſublimiter extulit, vt diceret, ſal fœderis dñi dei tui, præuaricatores futuri erant Iudæi, contemnendo, imo & ꝑſequendo doctrinã euangelicã, quæ per iſtos vel cum iſtis incipiebat adminiſtrari. ¶Quomodo ſal ſuperfluos ſiue nocituros humores carniũ deſiccat & à putredine purificat, ſic apoſtolica doctrina neceſſaria decalogi ꝑcepta, cunctaqꝫ iuſtitiæ legalis inſtituta, deſiccatis carnalibus cęrimonijs, purificare habebat, & vbiqꝫ terrarum conſilio caſtitatis ſalire credentiũ corpora, quatenus nõ putreſcerẽt, aut vſquequaqꝫ putenti corrũperent luxuria. O quantas ſalierunt pueroꝶ quoqꝫ aut puellaꝶ turmas, ita vt carnes eoꝶ oĩno deſiccarent, & vſqꝫ ad decrepitã ſenectutẽ, vſqꝫ ad finem vitæ incorruptæ perſeuerarent atqꝫ durarent imputribiles continentia, & ſani virginali pudicitia. Secũdo, poſt apoſtolos meriti vel gratiæ loco viri apoſtolici, patres orthodoxi & doctores catholici ſal dicunt̃ & ſunt atqꝫ lux mundi: q̃a videlicet ſapienter atqꝫ fideliter tractãdo atqꝫ retractando ſacrã legis & prophetaꝶ ſcripturã, quicq̃d in ea, quaſi carnaliter ſonat, ita ſermone viuido condiunt, vt ſpũaliter ſapiat, & quod erat clauſum, pateſcat, quod obſcurũ & tenebroſum videbat̃, clarũ & lucidũ fiat. Magna igit̃ dignitas, magna in hoc dicto gloria, vos eſtis ſal. ¶Sed audi q̃d ſequit̃: Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſaliet̃? Ad nihilũ valet vltra, niſi vt mittat̃ foras, & conculcet̃ ab hoĩbus. Noli ergo altum ſapere, ſed time, o tu omnis q te ad ordinẽ illoꝶ pertingere confidis, q̃bus dictũ eſt, vos eſtis ſal, conſcius tibi ſermonis ſapĩæ vel ſcĩæ, qui forte tibi ſuꝑ alios abundat. Nonnunq̃ eñ accidit, vt euaneſceret ſal, nonnunq̃ accidit, vt ſciam quis habens, abuteret̃ ea in ſuperbia, & per mẽtis elationem loqueret̃ ſcientiæ vel conſcientiæ ſuæ contraria, ſciens veritatẽ, dum alteri inuidet, & alteri cędere, q forte prior locutus eſt, aut cui iuniori reuelatũ eſt, q̊d melius eſt, damnũ ſuũ putat, & quaſi tormento grauat̃, quia ſuꝑbus & eleuatus eſt. Taliter niti, hoc eſt veritatẽ in iniuſtitia detinere, hoc eſt, veritatẽ dei cõmutare in mendaciũ, hoc eſt verbũ dicere contra ſpiritum ſanctum. Et hoc fuit pctm̃ phariſæoꝶ, q̃ dixerũt: Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmonioꝶ, ita ꝑ inuidiã loquentes, cum ſcirent, ꝙ in digito dei, id eſt, in ſpũ dei eijceret dæmones. ¶Hoc pctm̃ Arrij, pctm̃ hoc omniũ hæreſiarchaꝶ fuit, quoſcũqꝫ remedio pœnĩæ ſpũs ſanctus indignos iudicauit, q̃a cognoſcentes deũ, non ſicut deum glorificauerunt, aut grãs egerunt, ſecuti ſub nomine Chriſtiano peccatores antiquos, peccatores paganos, q commutarunt (ait Apoſtolus) veritatem dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori, q eſt benedictus in ſecula, Amen. Vbicũqꝫ taliter acciderit, vbi doctor vel magiſter ſecundũ talium exemplum deſipuerit, dicito. q̃a ſal euanuit. Vbi aũt taliter euanuerit, in quo ſaliet̃? Quo doctore alio emendabit̃? Vere nullo, & fruſtra effundes ſermonẽ, q̃a non eſt ibi auditus. Eum q eiuſmõi eſt, hæreticũ hoĩem poſt primã & ſecundã admonitionẽ (ait Apl's) deuita, ſciens, q̃a ſubuerſus eſt, & delinq̃t, cũ ſit proprio iudicio condẽnatus. Ad nihilũ valet vltra (ait dñs) niſi vt mittat̃ foras, & conculcet̃ ab hoĩbus. Et idcirco taliũ patres ac prędeceſſores phariſæos foras miſit, non ſolũ à regno dei, veꝶ etiã à regno loci terreni, & templi manufacti, q̃a nõ erat vñ ſaliret̃, q̃d euanuerat ſal infatuatũ, q̃a dicebant & dicere nõ finebant verbũ contra ſpm̃ ſanctũ, i. q̃a non ꝑ ignorãtiã negabãt, ſed ꝑ inuidiã blaſphemabant eũ, q venerat, Ieſum Chr̃m. Nunc eñ (ait) & viderũt & oderunt & me & patrẽ meũ. ¶Secundo fil'r gr̃æ vel meriti loco dictũ ſibi non dubitẽt, vos eſtis lux mundi, q̃cunqꝫ habendo ſcĩam dei, ſic lucẽt, & adeo ſunt illuminati, vt alijs lucere & alios illuminare poſſint. Vna eſt lux non illuminata, ſed illuminans, lux natural'r lucens, nõ vnde luceret ex accidẽti dono habẽs, & idcirco vel proinde lux vera, ſicut habemus apud aliũ euãgeliſtam, erat lux vera, quæ illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hunc mundũ, quæ & illuminanãdo hoc effecit, vt veraciter dicere poſſet iſtis, vos eſtis lux mundi. Ad illã lucẽ verã quæ illuminat lucis huius quæ illuminata eſt, nulla eſt cõparatio, q̃ ſit aliqua ſimilitudo. Porro ad iſtos, q ſic illuminati ſunt, vt alios verbo doctrinæ illuminare poſſint, eoꝶ q illuminati ſunt q̃dem, ſed illã facultatẽ nõ habẽt, vt alios illuminare & erudire poſſint, talis eſt cõparatio, quaſi ſi ſtellis cõparet̃ ſplẽdor firmamẽti. Sic eñ de iſtis ad Danielẽ dictũ eſt: Qui aũt docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamẽti, & q ad iuſtitiã erudiũt multos, q̃ſi ſtellæ in ꝑpetuas æternitates. Quid porro ſibi vult, ꝙ ꝓmiſſo, vos eſtis lux mũdi, cõtinuo ſubiũgit:

⌊Non

Matth. 23
Leuit. 2
Sal, doctrinã euãgelica
Nẽ q̃s ſuꝑbiat ſcia aut eloquio
Roma. 11
1. Cor. 14
Roma. 1
Matth. 12
Luc. 11
Pctm̃ hæreſiarchaꝶ.
Roma. 1
Tit. 3
Iohan. 15
Lux illuminata, duplex eſt.
Iohan. 1
Dani. 12

L Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita,neq; accendunt lucernam,& ponūt
eam ſub modio,ſed ſuper candelabrū,vt luceat oībus qui in domo ſunt:ſic luceat lux ve-
ſtra coram hoībus,vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum q̄ in cœ
lis eſt.⌋ Quid niſi humilitatem contingit,& humilitati reſpondet eoꝝ,q̄ tali ſunt nomi-
ne digni,vt lux mundi nominent & ſint? Deniq; talium quiſq; paruulus eſt in oculis ſuis.
latere vult,q̄a dignum ſe aſpectibus hoīm,aut hoīem eſſe non arbitrat,& vix aīaduerte-
re audet,ꝙ altiſſimus,q̄uis om̄ia ſciens,quāuis om̄ia videns, eum ſcire vel videre digne.
Nō p̄t ciuitas abſcōdi ¶Et quàm magna,quàm ampla ciuitas,quam is,quem cœlum & cœli cœloꝝ capere nō
3.Regū.8 poſſunt,deus inhabitat? Et quo in monte,niſi in altitudine cœli,ciuitas huiuſmodi poſita
Philip.3 eſt,iuxta illud:Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt? Non poteſt aſcondi,non patitur
Canti.4 ordo vel ratio iudicij ſeu conſilij diuini,vt abſcondat & incognita ſit,quæ ad hoc ædifica
Non debet ta eſt,& ad hoc mille clypei pendent ex ea,omnis armatura fortium,vt omnes q̄ inter ad
lucerna poni uerſarios periclitant,qui inter Iudæos,paganos,atq; hæreticos,pro fide agonizant,re-
ſub modio. currere ſciant ad ciuitatē hanc,& in ea communiri,de ea ſumptis ſententijs armari,vt ha
beant vnde animam,pro qua illis res eſt,poſſint. ¶Ecce alia ſimilitudo:Neq; accēdunt lu
Acto.2. cernam,& ponūt eam ſub modio,ſed ſuper candelabrū,vt luceat oībus q̄ in domo ſunt.
Iuxta hāc ſimilitudinem,q̄bus dixit:Vos eſtis lux mundi,non idcirco illuminati eſtis,nō
idcirco ſapientiæ & ſcientiæ dei claritatem accipitis(quod fieri nunc incipit,perficiet au-
tem,quando accipietis donum ſuperuenientis ſp̄us ſancti in vos,linguis apparentibus
igneis)vt ſub ſilentio tegamini vel abſcondamini,perpetuis contēti latibulis,nec vos nec
aliqui illoꝝ,qui ante vos habuerunt,vel poſt vos habituri ſunt grām eiuſmodi,vt per eo-
rum miniſteriū deus mundo innoteſcere poſſit.Etiam ſi quiſlibet eoꝝ in ſpeluncis & in ca
uernis terræ deliteſcere voluit,& ad tempus delituit,nihilominus tamē,vbi cauſa popo-
ſcit,foris prodijt,in publicū,deo iubente vel ordinante venit,vt ei cui prædeſtinatus,ad
quod fuerat vocatus,inſiſtēs officio,beneficiū lucis,cuius erat particeps,plurimis impar
Iohā.5 tiret. ¶Exempli gratia:Iohannes lucerna ardens & lucens,in deſerto latere voluit,& il-
Iohā.Bap. diu latuit, lic à teneris annis vſq; ad annum ferme triceſimū hoībus incognitus,vitam ſuam detri
prius q̄ lu uit.Nōne īterim lucerna q̄ſi ſub modio latuit? Sed profecto lux vera,quæ illuminat oēm
ceret. hoīem venientē in hunc mundū,de quo habebat Iohannes vt lucerna exiſteret,quod &
Iohan.1. ipſe profitet,dicendo,& de plenitudine eius nos oēs accepimus,non idcirco illum ſic illu
Lucæ.1. minauerat,non idcirco de ſp̄u ſancto adhuc ex vtero matris ſuæ repleuerat,vt illic ſoli ſi
aut viueret,ſoli ſibi ſub modio vitæ eremiticæ,lucē bonæ conſcientiæ taciturnus inſume-
ret.Vbi patri eius cœleſtis nuntius natiuitatē eius euangelizauit,nomen quoq; & vitæ ſe
riem gerendæ ordine deprompſit,nihil tale denuntiauit,ſed hoc quod erat in propoſi-
to dei venerabiliter pronuntiauit. Ipſe(inquiēs)præibit ante illū in ſp̄u & virtute Heliæ,
parare dn̄o plebē perfectā,id eſt,cū zelo iuſtitiæ redarguēdo & corripiendo peccatores
prædicare pœnīam.Illud deſerti latibulū ſponte ſubijt,iſtud publicæ prædicationis offi
Iohan.1 cium obedienter ſuſcepit ab eo,quem dicit:Sed q̄ miſit me baptizare in aqua,ille mihi di
Cādelabrū xit:Super quem videris ſpm̄ deſcendentem &c. ¶Igit verbis & exemplis diuinæ auto
eccleſiā ali ritatis perdocemur,vt ſciamus,q̄a deus cuicunq; ſapientiæ vel ſcientiæ ſuæ lucidam gra-
quam de- tiam dat,idcirco vtiq; dat,vt ſuper candelabrū aliquod ponat eiuſmodi lucerna,quate-
notat nus luceat oībus,q̄ in domo ſunt,& plures lucrifaciat.Aliq̊d aūt candelabrum ideo dixi,
quia iuxta Iohannis Apocalypſim ſeptem ſunt candelabra aurea,quoꝝ in medio filius
Apoc.1 hoīs deambulat,& ſeptem candelabra(inq̄t)ſeptem eccleſiæ ſunt.Porro,ſeptenario nu-
mero,quo ſignificari ſolet vniuerſitas,vniuerſas intelligimus,quas per orbē terraꝝ Chri
ſtus habet eccleſias,& hoc vtiq; vult,vt q̄ dono ipſius apoſtolica præpollet fide & ſciētia
non diſcrepante vita,nec ipſe negligat,vel contemnat alieno,neq; ipſe proprio refugiat
iudicio,q̄n ponat ſuper candelabrū,& in domo dei luceat verbo & exemplo,memor per
omnia dicti huius:Sic luceat lux veſtra corā hoībus,vt videant opera veſtra bona,& glo
rificent patrē veſtrum q̄ in cœlis eſt.Hoc etem̄ dicto,& inanis gloria propellit,& vtilitas
multoꝝ deſiderat,cum ea iubet eſſe intentio bene operantis coram hoībus,vt non ipſe,q̄
1.Coꝝ.12 operari videt,ſed deus q̄ per eum operat:Deus pater luminum,à quo eſt omne datū opti
Iaco.1. mū,& oē deſcēdit donū perfectum,laudet & glorificet. ¶His p̄miſſis,in exordio ſermo
nis,per quę præparati eſſe poterant,vt ad audiendum exiſterent attenti,dociles ac bene-
uoli,ingredit ampla ſpatia profundi ſermonis cœleſtis magiſter,& dicit:L Nolite putare
Humilis & quia veni ſoluere legem aut prophetas.Non veni ſoluere,ſed adimplere.⌋ Poſtquā enun
magna pro- tiauit alijs,cuius forent dignitatis,& ſic minores ſuos,diſcipulos ſuos honorauit,vt dice
feſſio Chrī ret eis,vos eſtis ſal terræ,vos eſtis lux mundi,de ſemetipſo quoq; q̄d deberet ſperari,q̄
de ſeipſo humiliter ſignificare voluit,& hoc ſciri non inaniter idoneum duxit.Nā magnū eſt q̊d
de ſemetipſo dicit,legē adimplere veni,ſed magnitudinē rei,ne iactantiam ſermo redole





re videret,pulcherrime tēperauit modus docēdi,dū in prima fronte excuſationē p̄mitte
re,& iuſtā ſuimet æſtimationē quodāmodo flagitare curauit,dicēdo:Nolite putare,q̄m
veni ſoluere legē aut prophetas.Profecto ſi ſolā legē poſuiſſet ita,Nolite putare q̄m ve-
ni ſoluere legē,& tunc demū dixiſſet,Nō veni ſoluere,ſed adimplere,magnū(vt iā dictū
eſt)hoc eſſet,& longe plus q̄ aliquis hominum de ſemetipſo vnq̄ potuit dicere veraciter.
Cum aūt addit,& prophetas,& de vtriſq;,ſcilicet lege & prophetis,dicit ꝙ hęc adimple
re venerit,rogo quantū eſt.Nōne æquipollēs eſt,ac ſi diceret,cuncta in me adimplebunt
ſacramēta legis & prophetaꝝ,etenim cūcta de me ſcripta ſunt? Sed(vt iam dictū eſt)ma
gnitudinē rei ſuauiorē audiētibus efficit modus locutionis,ſimiliter & in eo q̊d protinus
ſubiungit,L Amē quippe dico vobis,donec tranſeat cœlū & terra,iota vnū aut vnꝰ apex
nō præteribit à lege,donec oīa fiant.⌋ Quāto ſuauius ac reuerētius ſonat taliter dictum,
donec oīa fiant,q̄ ſi ita diceret,donec oīa compleam? Quæ oīa? Videlicet quæcunq; lo-
quunt lex & prophetæ.Nō(inquit)p̄teribit iota vnum aut vnus apex,donec oīa fiant.Et
quouſq; vel quanto tēpore fient? donec tranſeat cœlū & terra.i.vſq; ad conſummationē
ſeculi,vſq; in diem iudicij,quādo prætereunte ſiue iam p̄terita,quæ nunc eſt,figura mun 1.Coꝝ.7
di,erit terra noua & cœli noui. ¶Quid ergo eſt q̊d Apoſtolus dicit,reprobatio quidē fit 2.Petri.3
p̄cedentis mādati propter infirmitatem eius & inutilitatem,q̄m hic ait ipſe dn̄s,Iota vnū Heb.7
aut vnus apex nō præteribit à lege donec omnia fiant? Ad hæc ſciendū,quia nōnulla eſt Legis præcepta quædā bona,q̄dam non bona.
diſtantia reꝝ quæ ſignificantur nomine legis.Ne longū in reſpondendo funem traham,
aliud eſt legē dediſſe deū pro beneplacito ſuo,quod fecit ante reatū vituli,aliud legem im
poſuiſſe nō ſine animaduerſione vel ſeuero iudicio,poſt reatū vel in ipſo reatu vituli Hic
iam verba eiuſdē dn̄i ad prophetā Ezechiel memorāda ſunt:Eieci eos,inq̄t,de terra Ae Ezech.20
gypti,& eduxi in deſertū,& dedi eis p̄cepta mea,& iudicia mea oſtēdi eis,q̄ faciat homo
& viuat in eis.Et irritauerūt me domus Iſrael in deſerto &c.vſq;,& poſt idola patrū ſuo
rū fuerūt oculi eoꝝ.Statimq; ſequitur,Ergo & ego dedi eis p̄cepta nō bona,& iudicia in Exo.20.21.
q̄bus nō viuent,& pollui eos in muneribus ſuis.Præcepta & iudicia,q̄ faciat homo & vi-
uat in eis,ſe illis dediſſe vel oſtēdiſſe dicit:p̄cepta videlicet,non habebis deos alienos co-
ram me,nō facies tibi ſculptile,& cætera verba decalogi.Iudicia vero,ſi emeris ſeruū He
bræum,ſex annis ſeruiet tibi,in ſeptimo egrediet liber gratis,& cætera quæ Moſes plebi
oīa narrauit & ſcripſit,ita concludens:Hic eſt ſanguis fœderis,quod pepigit dn̄s vobiſcū Exo.24.32
ſup cunctis ſermonibus ſuis.Poſtq̄ aūt fecerunt vitulū,& ſicut apud prophetā iam dictū
habemus,poſt idola patrū ſuoꝝ fuerunt oculi eoꝝ(vbi intelligendū eſt vituli peccatum,
quod fecerūt ſecundū morē Aegyptiū ſicut patres eoꝝ)præcepta non bona,& iudicia in
quibus nō viuēt,quæ ſeſe illis dediſſe dicit,illa ſunt,de quibus fere totus exiſtit liber Leui Le.11.13.14.
tici.Verbi gratia,de mundis & immūdis animalibus comedēdis & nō comedendis,de le-
præ cōtaminatione & leproſi emundatione,& cæteris eiuſmodi,in q̄bus,ſine dubio vita
nō conſiſtit,ſicut nec in ſacrificijs carnis & ſanguinis,tauroꝝ & hircorum & arietū ſiue
agnoꝝ,de q̄bus & apud Hieremiā deus ipſe dicit:Holocauſtomata veſtra addite victimis
veſtris,& comedite carnes,q̄a nō ſum locutus cū patribus veſtris,& nō præcepi eis in die Hiere.7
qua eduxi eos de terra Aegypti,de verbo holocauſtomatū & victimaꝝ,ſed hoc verbum
p̄cepi eis,dicēs,audite vocē meā,& ero vobis deus,& vos eritis mihi populus. ¶Cū igit
hic dn̄s dicit,Iota vnū aut vnus apex non p̄teribit à lege:illic aūt Apoſtolus ait,Repro- Cōcordantia inter verba Chrī & Pauli de lege.
batio fit mandati p̄cedentis propter ſuā infirmitatem & inutilitatē,operæpretiū eſt ſcire
hanc diſtinctionē legis,vt hic intelligas p̄cepta bona & iudicia,quæ faciat homo & viuat
in eis:illic aūt p̄cepta nō bona,& iudicia in q̄bus non viuent,de quibus ibidē Apoſtolus:
Nihil em̄,ait,ad perfectū adduxit lex.Et alibi:Vmbrā em̄ habēs lex futuroꝝ bonoꝝ,non Heb.7.10
ipſam imaginē reꝝ,p ſingulos annos iiſdē ipſis hoſtijs,quas offerunt indeſinenter,nunq̄
poteſt p̄fectos facere.Et multa in hunc modū.Cæteꝝ etſi ſecundū literā lex ſiue manda-
tum eiuſmodi infirmū erat & inutile,propter q̊d & reprobatio eius facta eſt,attamen his
qui ſecundū ſpiritū ſentiunt,qualiū habuerit vmbram futurorum bonorum,notū ac per-
ſpicuum eſt,quia nec de lege eiuſmodi quicq̄ præterijt aut præterbit,quin iam cuncta fe-
re in Chriſto vel per Chriſtū adimpleta ſint,& quod reſiduū eſt,nunc adimpleatur,& ad
implendū ſit vſq; in finē ſeculi.Veruntamē loco p̄cedenti cum dicit,iota vnum aut vnus
apex non p̄teribit à lege,maxime legē præceptoꝝ & iudicioꝝ illoꝝ oportet intelligi,q̄ Ezech.20.
(vt ſupra iam dictū eſt)primū dedit vel oſtēdit eis,vt apud Ezechielē dicit,nequāq̄ irrita
rent eū.i.ante reatū vituli.Nam de huiuſmodi tractat in ſequētibus,incipiendo ſic.L Qui
ergo ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis,& docuerit ſic homines,minimus vocabit in Tractatus de.4.virtutibus.
regno cœloꝝ.Qui autem fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorū.⌋
In primis in quatuor diuiſiones totū ſermonem diſtinguere libet,nimirum ſecundū qua-
tuor virtutes principales,quas ethnici nominare quidē potuerūt,ſed nō ſecundū cœleſtē

vel ſpũalem ipſaꝝ dignitatem cognoſcere meruerũt,ſcilicet iuſtitiam,tẽperantiã, forti-
tudinẽ,prudentiã.Prima diſtinctiõis huiuſce diuiſio ſiue pars hic incipit,vbi ait.⌞Dico
eñ vobis,q̃a niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̃ ſcribaꝝ & phariſæoꝝ, non intrabitis
in regnũ cœloꝝ.⌟Et illic finit vbi dicitur,Eſtote ergo perfecti,ſicut & pater veſter cœle
ſtis perfectus eſt.totaq́ꝫ huius partis ſeries ad perfectionẽ tendit iuſtitiæ,iuxta propoſitũ
dicẽtis,q̊d iam pertractũ eſt,Non veni legẽ ſoluere,ſed adimplere.Secunda inchoat ab
eo,q̊d protinus ait,Attendite ne iuſtitiã veſtrã faciatis coram hominibus vt videamini
ab eis,& illic terminat vbi dicit,nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ,ſufficit diei malitia ſua
& tota hæc tendit ad virtutẽ tẽporãtiæ,& maxime vt tẽperet ab appetitu inanis gloriæ,
& deinde à ventris vel corporis ſolicitudine,ſimulq́ꝫ à ſeruitio mãmonæ.Tertia ab eo q̊d
ait,Nolite dare ſanctũ canibus,neqꝫ mittatis margaritas veſtras ante porcos, vſqꝫ ad id,
intrate per anguſtã portã,q̃ anguſta porta & arcta via,q̃ ducit ad vitã:ſine dubio tendẽ-
ti ad regnũ cœloꝝ demonſtrat habere fortitudinẽ perſeuerantẽ,perſeuerantiã fortem.

Scribæ & pharifęi cũ ctis virtuti bus vacui.

Quarta ab eo q̊d ait,attendite à falſis prophetis,vſqꝫ ad finẽ ſermonis,indubitanter audi
torẽ ad prudentiã adducit,& informat Chriſtianũ,vt prudẽs ac prouidus ſit.¶In ſingu-
lis partibus iſtis ex oppoſito virtutũ,ſcribas & phariſæos cũctis virtutibus vacuos acer-
rime culpat,& nominibus quadrifariã diuerſis denotat.Nã prima quidẽ parte ſermonis,
manifeſtis eos nominibus ſcribas & phariſęos nũcupat,dicẽdo:Niſi abundauerit iuſtitia
veſtra plus q̃ ſcribarum & phariſæorum.In ſecunda ſemel & iterũ ac tertio hypocritas,
inſuper ethnicos quoqꝫ vocat,dicendo:Noli tuba canere ante te,ſicut hypocritæ faciũt.
&,cũ oratis,non eritis ſicut hypocritæ.&,orãtes aũt nolite multũ loqui ſicut ethnici.&,
cũ aũt ieiunatis,nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.Et quidẽ de gentibus quoqꝫ fuerũt &
ſunt hypocritæ,quos & p̃ſens ſermo damnat intẽperantiæ:qm̃ adeo ſunt feſtini ad mer
cedẽ ſuã,vt malint perdere ſempiternã,quæ differtur,q̃ carere temporali,id eſt,laude ho
minũ,quæ p̃ſens habeatur.Sed omnium maximi hypocritaꝝ,omniſq́ꝫ hypocriſeos erãt
magiſtri ſcribæ & phariſæi,& maxime cõtra illos p̃ſentem ſaluator ſermonem dirigit.Si
militer in tertia diuiſionis huius parte,dũ dicit,Nolite ſanctũ dare canibus,neqꝫ mittatis
margaritas veſtras ante porcos,oẽs quidem de quacũqꝫ gente ſint,tali appellatione illos
denotat,quoꝝ fœda eſt fortitudo;mordere ſcilicet more canũ,& irruere more porcorũ
ac cõculcandũ & diſrumpendũ,ſed taliũ quoqꝫ maxime ſcribæ & phariſæi fuerũt.Nihilo
minus in quarta illoꝝ,quos denotat dicẽdo,Attẽdite à falſis prophetis,q̃ veniunt ad vos
in veſtimẽtis ouiũ,intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces:illoꝝ,inquã,ſcilicet falſoꝝ prophe-
taꝝ ſcribæ & phariſęi maximi fuerũt.Itaqꝫ virtutibus,quaꝝ ſingulas in ſingulis huius ſer
monis diuiſionibus ſublucere perſpeximus,ſcilicet iuſtitia,tẽperantia,fortitudine, prudẽ
tia,penitus vacui demonſtrant,per hæc nomina,quibus in ſingulis earundẽ partium de-
notantur,quia videlicet ſcribaꝝ & phariſæorum nulla eſt vera iuſtitia:hypocritaꝝ, qua
les erant ĳdẽ,nulla eſt à recipienda mercede ſua temperãtia:porcoꝝ margaritas concul-
cantiũ,& homines diſrumpentiũ,quales ipſimet erãt,nulla eſt fortitudo vera:falſoꝝ pro
phetaꝝ;imo lupoꝝ ſub ouina pelle latentiũ,nulla eſt prudentia.nam quæ illoꝝ putatur
prudẽtia,malitia eſt.¶His p̃libatis,iam velut magno & euidenti oſtio pulcherrimi ſermo
nis aperto,ipſo duce qui aperuit,introrſus incedendũ eſt.⌞Qui ergo ſoluerit vnũ de man
datis iſtis minimis,& docuerit ſic hoĩes,minimus vocabitur in regno cœloꝝ.⌟Ergo q̊-
niam(inquit)nõ ſolũ non veni ſoluere legẽ,verumetiã adimplere veni,meũ eſt facere iu
diciũ,ſententiamq́ꝫ dicere ſuper eos,qui non ſolummodo non adimplent,verũetiam ſol-
uunt.Quinã illi ſunt vel erãt tunc? Vtiqꝫ ſcribæ & phariſæi,quos continuo per totũ ſer-

Mandata iſta minima.

monis huius textum,aliĳs quoqꝫ euangelĳ locis vehementer tangit.¶Quæ aũt ſunt man
data iſta minima,quę quaſi digitũ intendẽs,dicit vnum de mãdatis iſtis minimis? Nimiꝝ
iſta q̃ ſubiecta ſunt:⌞Audiſtis q̃a dictũ eſt.Non mœchaberis &c.⌟Ergo ne iſta ſunt mi
nima? Vtiqꝫ minima.Alioqui quid opus erat adimplere ea,queãdmodũ dicit,nõ veni ſol
uere,ſed adimplere,ſi erant grandia & ſufficiẽtia? In quo aũt vel inquantũ minima ſint.

Minimus vocabitur in reg.cœ.
Pſal.108
Acto.1.

cõmodius in ſubſequentibus dicetur.¶Quid autẽ eſt,magiſtrum eiuſmodi minimũ vo-
cari in regno cœloꝝ? Vtiqꝫ nõ intrare in regnũ cœloꝝ.Sequitur eñ:Dico eñ vobis,q̃a
niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̃ ſcribaꝝ & phariſæoꝝ,nõ intrabitis in regnũ cœlo-
rũ.Quàm vere minimus eſt,q̃ de alto cadit,& epiſcopatum ſuum perdit.Fiant,inq̃t pſal
miſta,dies eius pauci,& epiſcopatũ eius accipiat alter.Hoc primũ Iudas proditor pertu-
lit,cuius apoſtolatũ alter accepit,& poſt illũ ſcribæ & phariſæi,quoꝝ ille,ſicut dux in cõ
prehendẽdo Ieſum,ita & exẽplar fuit in perdẽdo epiſcopatũ,& in ſuſpẽdẽdo vel ſtran-
gulãdo ſemetip̃m.Sicut eñ ille abiẽs laqueo ſemetip̃m ſuſpẽdit,& apoſtolatũ ſiue epiſco
patũ eius(vt iã dictũ eſt)alter accepit:ita cœtus phariſaicus,cũctuſq́ꝫ pp̃lus Iudaicus per-

Matth.27

ſuaſus & ab illis & à põtificibus,propria ſeſe ſentẽtia damnauit,clamãdo,Sãguis eius ſup
nos



nos & ſup filios noſtros.Et pontificatũ ſiue ſacerdotiũ eius populus alter,populus Chri-
ſtianus accepit.Et ſicut ille triginta argẽteos ſanguinis pretiũ retulit,ita & huic cuilibet,
q̃ nõ eſt aduerſario cõſentiẽs,poſt pauca dicit hic:nõ exies inde donec reddas nouiſſimũ
quadrantẽ.Igitur cũ dicit,minimus vocabitur in regno cœloꝝ,ſic accipiendum eſt,mini
mus,tanq̃ improperiũ maximũ,vt minimus idẽ ſit quod cõtemptibilis,iuxta illud in viſi-
one Abdiæ,vbi cũ dixiſſet ad Edom,Ecce paruulũ te dedi in gẽtibus,ſtatim ſubiũxit,Cõ

Abdiæ.1.

temptibilis tu es valde.⌞Qui aũt fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœ
loꝝ.⌟Quid fecerit & docuerit? Nunq̃d vnũ de mãdatis iſtis minimis? Nõ ſic vtiqꝫ,nõ ſic
Si eñ qui totã legẽ obſeruat,offendit aũt in vno,factus eſt omniũ reus:quãto magis qui

Iaco.2

facit vel obſeruat vnũ,forte aũt offendit in aliĳs oĩbus?¶Prinde ergo dicẽdo,qui aũt fece
rit & docuerit,nec vnũ de minimis,nec vnũ de magnis mandatis iſtis expreſſe dicit:ſed
cõtentus dixiſſe,q̃ fecerit & docuerit,quaſi manũ vel digitũ mitis & humilis corde redu-

Qui fecerit & docuerit.

cens in ſemetipſum.Hic,ait,magnus vocabit in regno cœloꝝ.Hoc eñ & huic ſimilia de
ſemetipſo profitet,nõ iactãter,ſed(ſicut ait Apoſtolus)ille fidelis p̃manet,negare ſeip̃m

2.Timo.2.

nõ poteſt.Et quidẽ fecerunt & docuerunt q̃ plures,qualium optimi fuerunt beati illi au
ditores dicẽtis:Vos eſtis lux mundi,luceat lux veſtra corã hominibus &c.ſed nõ adeo fe
cerunt,nõ adeo ſtabiles vel aſſidui ſiue inuariabiles in faciendo fuerũt,vt de facto ſuo ma
gnificari omnino debuerint,ſi abſqꝫ miſericordia vocarent ad iudiciũ.Omnes declinaue
runt,ſimul inutiles facti ſunt,nõ eſt qui faciat bonũ,nõ eſt vſqꝫ ad vnũ.Hic vnus & ſolus
eſt,q̃ integre fecit & integre docuit p̃ ſemetipſum,per illos aũt,quantũ fuerat grãæ ſuę cõ
placitũ.Et proinde magni quidẽ illi q̊qꝫ vocant ſiue vocabunt in regno cœloꝝ,ſed eoꝝ
magnitudo ad hui⁹ magnitudinẽ nõ attingit,quã ſignificat in ſermõe iſto toties dicẽdo:
Dictũ eſt antiquis,ego aũt dico vobis.¶Inter magnũ iſtũ q̃ fecit & docuit,& illũ minimũ
qui ſoluit & docuit,medĳ ſunt,& ille q̃ fecit & nõ docuit,quia ſcientiam ſiue facultatem
docẽdi nõ habuit,& ille q̃ nec fecit nec docuit,forte q̃a tẽpus faciẽdi nõ habuit.De om-

Aliq̃ medĳ inter faciẽtem & non facientem.

nibus his magnus iſte iudicabit,ita vt minimus ille,q̃ ſoluit & docuit,non intret in regnũ
cœloꝝ,q̃uis videat ſibi eſſe filius regni:ille aũt qui nec fecit nec docuit,q̃a nec potuit nec
ſciuit,p̃ grãm ſit nõnullus in regno cœloꝝ,qualẽ conſiderãs Apoſtolus:Ei vero,inquit,

Roma.4

qui nõ operat,credẽti aũt in eũ qui iuſtificat impiũ,reputat fides eius ad iuſtitiã &c.Ille
q̃ fecit & nõ docuit,videlicet omnis q̃ in populo fuit adiutor,& nõ potuit eſſe doctor,lo
cũ vel ordinẽ ſuum in eodẽ regno cœloꝝ habebit,nonnihil differentẽ ab illis qui fecerũt
& docuerunt:qualiũ primi fuerũt apoſtoli,& his quoqꝫ magnus iſte(vt iam dictũ eſt)lon
ge præerit.Ex illa ſuæ magnitudinis autoritate protinus ait.⌞Dico eñ vobis,q̃a niſi ab-
undauerit iuſtitia veſtra plus q̃ ſcribaꝝ & phariſæoꝝ,nõ intrabitis in regnũ cœloꝝ.⌟Er-
go ſcribæ & phariſæi nõ intrabunt in regnũ cœloꝝ.& hoc dico vobis(ait)tanq̃ magnus,
tanq̃ regni cœloꝝ arbiter,velut ille cuius dictũ in poteſtate,cuius in dicto poteſtas ſum-
ma eſt.Et quare ſcribæ & phariſæi nõ intrabunt in regnũ cœloꝝ? Videlicet, quia nõ ab-
undat,imo deficit & nulla eſt iuſtitia illoꝝ.¶Quid eñ,ſi manibus ſuis me non occidunt?

Scribæ & pha.occiderũt Chr̃m.

⌞Audiſtis quia dictum eſt antiquis,Non occides:qui aũt occiderit,reus erit iudicio.⌟Et
hoc dictũ ſiue p̃ceptũ ſe nõ tranſgredi fingunt,dum ſuis me manibus nõ occidunt.⌞Ego
aũt dico vobis,q̃a omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.⌟Quæris quare? Vide-
licet quia ira voluntas occidẽdi eſt.Et qm̃ occidere vult,recte iam homicida eſſe iudicat,
iuxta illud,Omnis qui odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt.Non eñ qualemcunqꝫ iram,Verbi

1.Ioh.3.

gratia,repentinũ calẽtis animi motũ leuiter ſurgentẽ,leniter nihilominus reſidentẽ,hic
intelligere debemus:ſed irã eiuſmodi,quali ſcribit iratus fuiſſe Cain:Iratuſq́ꝫ eſt Cain(ait
ſcriptura)vehemẽter,& cecidit vultus eius.Dixitq́ꝫ dñs ad eũ:Quare iratus es,& cur con

Gene.4.

cidit facies tua? Sic nãqꝫ iratus eſt,vt occidere cogitaret.Qui ſimiliter iraſcit, quiſq̃s ille
eſt,reus erit iudicio,ſubaudit dũtaxat diuino:q̃a videlicet humano necdũ teneri põt ho-
micida iudicio.latet eñ hoĩes odiũ quod in corde eſt,ſcriptura dicẽte:Homo videt in fa

1.Reg.16

cie,deus aũt in corde.Quod ſi odiũ,q̊d prius latebat,ſigno aliquo proditũ fuerit,iam non
ſolũ diuino,verũetiã humano reus erit iudicio.Ait ergo.⌞Qui aũt dixerit fratri ſuo Ra-
cha,reus erit cõcilio.⌟Cõciliũ nanqꝫ cõuentus eſt hominũ ad iudicandũ,eoꝝ,qui de pec

Qui dixerit fr.ſ.Racha.

catis agẽdi ſiue iudicãdi eccleſiaſticũ ſortiti ſunt miniſteriũ.Racha eñ nõnulli dixerũt eẽ
vocẽ nõ ſignificantẽ aliq̃d,ſed indignãtis animi motũ exprimentẽ.Has interiectiões grã
matici vocãt partes orõnis ſignificantes cõmoti animi affectũ,velut cũ dicitur à dolente,
heu,vel ab iraſcente hem.Alĳ dixerunt hoc verbũ proprie eſſe hebraicũ.Racha eñ dicit
inanis aut vacuus,quẽ nos poſſumus vulgata iniuria,abſqꝫ cerebro nũcupare.Igitur q̃ di
xerit fratri ſuo,Racha.i.qui odiũ intus in corde cõceptũ,tali ſigno vocis vel oris ſui pro
diderit hoĩbus,quale eſt Racha,vt nõ dubiũ ſit,certiſq́ꝫ teſtibus argui poſſit ꝙ fratrẽ ſuum
oderit,reus erit cõcilio.Legitimũq́ꝫ fiet ſuper eum iudicium ab hominibus,ita vt etiã ab

 al-

altari dñi iure amoueatur,donec & ſatiſfaciat deo,& reconcilietur fratri ſuo.⌊Qui autẽ
dixerit,fatue,reus erit gehennæ ignis.⌋Inſultantes malis alienis,ſolẽt dicere,fatue.Exẽ-
Qui dixe- rit fatue. pli gratia:Iuliano apud Perſas interempto,dũ nunciatus fuiſſet eius interitus in vrbe An
tiochia,putãtes cuncti habẽtes feſtiuitatem,& nõ ſolũ in eccleſiis & ſepulturis martyrũ,
ſed etiã in theatris exultantes,& victoriam Chriſti p̄dicantes,cõmuniter clamabãt oẽs:
Maxime fatue,vbi ſunt vaticinia? Vicit deus & Chriſtus eius,verꝫ ſic illi recte inſultaue-
rint & recte dixerint,vtpote nõ fratri,quinimo hoſti & inimico acerrimo,fratris nr̃i,fra
Ephe.3 tris optimi Ieſu Chr̃i,de cuius fide procedit omnis fraternitas ſiue paternitas vtilis, quæ
*in cœlo & in terra nominat.* Fratri aũt taliter inſultare,taliter dicere,fatue,peccatũ eſt ni
mis grande,vtpote teſtimoniũ cordis obdurati,q̊d habeat odium inſatiabile.Igitur iuſta
ſentẽtia dicẽtis,reus erit gehẽnæ ignis,& ſubaudiendũ eſt,niſi pœnitentiam egerit.¶Ad
hunc peccati modũ pertinuit illa maledictio Semei,quãdo regẽ Dauid fugientẽ à facie
2.Reg.16 filij ſui Abſolon,flentẽ & operto capite nudisq; pedibus incedentẽ maledicebat,dicens:
Egredere vir ſanguinũ & vir Belial,ecce premunt te mala,qm̃ vir ſanguinũ es.& ita gra-
diebatur,maledicẽs,& mittens lapides aduerſus eũ,terramq; ſpargens.¶Scribæ & phari
Amos.6 ſæi præ cunctis hominibus maligni,&(vt propheta p̄dixit)in diem malũ ſeparati,ſic ira-
*ti ſunt fratri ſuo,ſic dixerũt fratri ſuo racha,ſic dixerũt fatue,* filij gehennæ,rei gehẽnalis
incendij,cũ nihilominus in ſe cõfiderent tanquã iuſti.Non occiderunt fratrem ſuum ma
Pſal.34.68 nibus ſuis,ſed irati ſunt fratri ſuo,qui dicit in pſalmo,& odio habuerunt me gratis.Irati
ſunt ei nimis odio implacabili,nõ aliã ob cauſam,niſi quã ſapiẽtia teſtatur eos dixiſſe,qm̃
Sapiæ.2 cõtrarius eſt operibus noſtris.Vniuerſa eccleſiæ ſchola legit & cõcinit,longoq; vſu iã de-
Gene.4 triuit,quia q; iratus eſt Cain vehemẽter,& cõcidit vultus eius,cũ non aliam haberet cau
ſam,niſi quia opera ipſius maligna,fratris aũt eius iuſta erãt,typus fuit huius odij,q̃ hunc
fratrẽ ſuũ ſecundum carnẽ Ieſum Chriſtũ oderunt ſcribæ & phariſæi,non aliam ob cau-
*ſam,niſi qa huius bona,ipſoꝝ aũt mala erant opera,* & auaritiã eoꝝ in doctrina ſua redar
guebat.Nõne pro huiuſmodi odio rei iam erant iudicio? Addiderunt aũt huic peccato,
vt nõ tantum illum haberent odio in corde ſuo,verumetiam dicerent Racha eidem fra-
tri ſuo,ſcilicet omne verbũ malum quodcunq; ſuggerere potuit hoſtilis indignatio.Ex-
Matth.13 empli gratia:Nõne hic eſt filius fabri? Et alibi:Dæmoniũ habet,& inſanit,qd eũ auditis?
Iohan.10 Et multa his ſimilia.Et ſi nihil plus feciſſent aut dixiſſent,nõne rei iam fuiſſent nõ ſolũ iu
dicio diuino,verũetiã eccleſiæ cõcilio? Propterea quippe ſententiã haberet in eos omne
Eſa.5 patriarchaꝝ & prophetarum concilium,vt dicerent,Væ his qui dicunt bonum malum.
Matth.27. ¶*Addiderunt etiã adhuc,vt inſultarent ei in ipſius paſſione,& ſubſannarẽt in ipſa morte,*
quod erat(vt ſupra demonſtratũ eſt)dicere fatue.Cum em̃ moreretur frater ille,qui di-
Pſal.34. cit in pſalmo,Quaſi proximũ,quaſi fratrẽ noſtrũ,ſic complacebam,p̄tereuntes blaſphe-
Matth.27. mabãt eum,mouentes capita ſua,& dicẽtes:Vah qui deſtruit templum dei,& in triduo
illud reædificat.Salua temetipſum.Antea quoq;,cum cæpiſſent eum,ſic illudebãt ei tanq̃
fatuo,ſic deridebant eum tanq̃ fatuum,cædendo colaphis,& dicendo,Prophetiza nobis
Chriſte,quis eſt qui te percuſſit.Inter hæc omnia videbant ſibi aut videri volebãt iuſti,&
Exo.20 non tranſgreſſores legis dicentis,Non occides:quũ dicerent,Nobis non licet interficere
Iohan.18 quenquã,& *non occiderent eum manibus ſuis,ſic iuſti,ſic integri factores legis,* vt nõ ſal
tem introire vellent in p̄torium gentilis hominis,vt nõ contaminarentur,ait euãgeliſta,
ſed mãducarent paſcha.Recte igitur & vere dixit,qa niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus
q̃ ſcribarum & phariſæorum,non intrabitis in regnum cœlorum,id eſt,niſi non ſolũ ma
nus veſtras contineatis ab occidẽdo,verumetiã liberetis animũ veſtrum ab ira vel odio,
&(quod plus eſt)os veſtrũ ab indignationis quolibet ſono,&(quod abundantius eſt)lin-
Differẽtia inter iudi- ciũ dei & hominis. guam veſtrã ab inſultãdo fratri cuilibet,in quocũq; fuerit malo.¶Quid tandẽ diſtat in-
ter iudiciũ,quod dictũ eſt antiquis,qui aũt occiderit,reus erit iudicio,& iudiciũ iſtud q̊d
*hic audimus,Ego aũt dico vobis,quia omnis q iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio?* Nõ
em̃ nulla debet eſſe diſtantia iudicij,vbi tanta diſtantia eſt reatus iudicandi,quãta hic in-
telligitur inter homicidiũ quod perpetratũ eſt manibus,& homicidiũ,quod vt fieri poſ
ſit,animo vel cogitatione verſatur.De homicidio q̊d perpetratur actu,iudicat homo le
ge cõſtitutus:de homicidio,q̊d non eſt opere peractũ,ſed vt fiat,mente tractat,ſolus iu-
dicat deus,ſaltẽ per legẽ naturalẽ,quæ in cordibus ſcripta eſt,quæ eſt huiuſmodi,quod
Gene.4 tibi nõ vis fieri,alij ne feceris.Hoc iudiciũ primo in Cain ſancitum eſt,qui cũ iratus fuiſ-
ſet vehemẽter,dixit dñs ad eum:Quare iratus es,& cur concidit facies tua? &c.Illud au
*tem iudiciũ,vbi homicidij manifeſtũ eſt opus,ſic iudicat homo,vt ſe habet cauſæ modus,*
Exodi.21. quẽadmodum lex loquitur:Qui(inqnit)percuſſerit hominẽ,volens eum occidere,morte
moriatur.Qui aũt nõ eſt inſidiatus,ſed deus illũ tradidit in manus eius,&c.quæ proſequi
longũ eſt.Quid igitur ſupereſt cõſilij? Iudiciũ audiuimus,qa cuius ira in tantũ progreſſa
eſt



eſt,vt diceret fratri ſuo,fatue,reus erit gehennæ ignis,q̃ videlicet gehẽna iã nõ tantũmo
do iudiciũ,ſed extrema iudicij ſentẽtia eſt.Nunqd hoc tẽpore,dum in euãgelio p̄dicatur
iudiciũ,miſericordiæ vnq̃ obliuiſcit euangeliũ? Nõ vtiq;,ſed ſemp & vbiq;,anteq̃ termi-
netur iudiciũ,*miſericordiæ porrigit manũ,quærẽdæ indulgentiæ* p̄bet conſiliũ. Hinc eſt
illud,q̊d protinus ſubſequit.⌊Si ergo offers munus tuũ ad altare,& ibi recordatus fueris,
qa frater tuus habet aliqd aduerſum te,relinque ibi munus tuũ ante altare,& vade prius
recõciliari fratri tuo,& tũc veniẽs offeres munus tuũ.⌋Sicut cętera,ita iſtud q̊q; ſic ſibi pu
tet cõſuli oĩs peccator ſiue reus homicidalis odij,quacũq; ex gẽte vel natione ſit,vt ſciat
primũ eſſe in intẽtione ſermonis huius Iudæoꝝ ſiue ſcribaꝝ & phariſæoꝝ cœtũ,qm̃ ad
illos,imo & cõtra illos totus ille fere hic ſermo habitus eſt,ſicut ex ipſa ſerie cognoſci prõ
ptũ eſt.¶O igitur collegiũ malũ,conciliũ malignantiũ ſcribaꝝ & phariſęoꝝ,pontificũ & Munera Iu dæoꝝ fru ſtra fiunt.
ſenioꝝ:ſi vis,potes recordari,*qa frater tuus habet aliqd aduerſum te,* frater quẽ odio ha
buiſti gratis,cui multa indignãter exprobrãdo dixiſti Racha,multũ crudeliter inſultãdo
dixiſti,fatue.Quid munus tuũ ad altare cõtendis offerre? Nunqd neſcis? nunqd nõ audi-
ſti? Dicit em̃ in propheta deus:Nõ eſt mihi volũtas in vobis,& munus nõ ſuſcipiã de ma
nu veſtra.& alibi:Ne afferatis vltra ſacrificiũ fruſtra.Calẽdas veſtras & ſolẽnitates vr̃as Malach.1.
odiuit aĩa mea.Cũ extẽderitis manus vr̃as,auertã oculos meos à vobis:& cũ multiplica- Eſa.1.
ueritis orones,nõ exaudiã.Quã ob cauſam? Manus em̃ veſtræ plenę ſanguine ſunt.Hoc
eſt q̊d nũc dicit,qa frater tuus habet aliqd aduerſum te.*Si ergo huius recordatus fueris &*
munus inſtãter offerre cupis,*relinque mun⁹ tuũ ante altare,& vade prius recõciliari* huic
fratri tuo,videlicet ſecundũ cõſiliũ Petri q̊q; apoſtoli,dicẽtis:Pœnitentiã agite,& bapti Acto.2.
zetur vnuſqſq; veſtrũ in noĩe Ieſu Chr̃i,in remiſſionẽ peccatoꝝ veſtroꝝ:hoc em̃ eſt re- Sacrificiũ verꝫ corpo ris & ſang. Chriſti.
cõciliari fratri huic.¶Hoc facto,tũc veniens offeres munus tuũ,munus ſanctũ,ſacrificiũ
verꝫ,non ſicut carnes tauroꝝ,ſanguinẽ hircoꝝ aut vituloꝝ:ſed ipſum fratris eiuſdẽ,cui
reconciliatus es,corpus viuificũ,ſanguinẽ verꝫ,ſacrificiũ ſanctũ & immaculatũ.Quotus
ex illo ſcribaꝝ & phariſæoꝝ cõcilio vel ordine ſuperciliofo atq; odij pleno,receptur⁹ erat
iſtud humilitatis conſiliũ,iſtud gratiæ cõſulentis beneplacitũ? Et quidẽ recepturi erãt ali
qui,quãuis pauci,vt auditis Petri cæterorũq; *ſermonibus apoſtoloꝝ,recõciliantur* fratri
huic,baptizati in noĩe eius:ſed inter ipſos quãta diuiſio,quanta fuit diſſenſio,ſicut Actuũ Acto.15.21
apoſtoloꝝ liber teſtat,maxime de relinquẽdo ſiue immutãdo munere vel ritu,quo antea
munus offerebat? Sequit ergo.⌊Eſto cõſentiens aduerſario tuo cito,dum es in via cũ eo,
ne forte tradat te aduerſarius iudici,& iudex tradat te miniſtro,& in carcerem mittaris.
*Amẽ dico tibi,nõ exies* inde donec reddas nouiſſimũ quadrantẽ.⌋Huic dicto Apl'us con
ſonãs:Quapropter,ait,ſicut dicit ſpũs ſanctus,hodie ſi vocẽ eius audieritis,nolite obdu- Heb.3
rare corda veſtra &c.Quibus p̄miſſis,longã & optimã ingredit diſputationẽ de relinquẽ Pſal.94
do(ſicut iam dictũ eſt)priſco munere,& offerẽdo *meliore,ſic inter cætera dicens:* Repro
batio quidẽ fit p̄cedentis mandati,propter infirmitatẽ eius & inutilitatẽ.¶Deniq; aduer Heb.7
ſarius eoꝝ,qui erant eiuſmodi,ſermo fuit euangelij & omnis p̄dicator euangelicæ veri-
tatis,poteſtatẽ habẽs,non conſentientẽ ſibi tradere iudici,& non ſolũ iudici,verũetiã ma
ſo miniſtro,ſub p̄ſentia vel iudicio iudicis,quẽadmodũ vnus illoꝝ iam memoratus Apo-
ſtolus ad Corinthios dicit:Ego quidẽ abſens corpore,præſens aũt ſpũ,iudicaui vt p̄ſens
eum q ſic operatus eſt,in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpũ cum 1.Coꝝ.5
virtute dñi Ieſu,tradere huiuſmodi ſatanæ in interitũ carnis.Et ad Timotheum ſcribit:
Ex qbus eſt Hymenæus & Alexander,quos tradidi ſatanæ,vt diſcãt nõ blaſphemare.Et 1.Timo.1.
quid mirũ,ſi ſermo dei vel quiuis ſermonis dei miniſter in euãgelio,dicat peccatoris ma
ximeq; Iudæi ſiue ſcribæ & phariſæi,rebellis & increduli aduerſarius,cũ inimicus autori
tate prophetica dictus ſit eiuſdẽ ipſe deus vel dei ſpũs? Ipſi aũt(inqt Eſaias)ad iracundiã Eſa.63
prouocauerunt,& afflixerũt ſpm̃ ſancti eius,& cõuerſus eſt eis in inimicũ,& ipſe debella-
uit eos.Et Hieremias *lamentando* loquitur:Factus eſt dñs velut *inimicus,*præcipitauit Threno 2.
Iſrael,p̄cipitauit omnia mœnia eius.Itemq; ait:Tetendit arcũ ſuũ quaſi inimicus,firma-
uit dexterã ſuã quaſi hoſtis.¶Igitur o ſcriba literę occidẽtis,o phariſæe magni ſupercilij Apoſtro- phe in Iu- dæos.
refuga ſpũs viuificãtis,o Iudæe declamator manifeſtæ circũciſionis,cum ſacerdotibus &
pontificibus tuis carnarijs atq; ſanguinarijs,noli obdurare cor tuũ,ſed eſto cõſentiens ad
uerſario huic,ſermoni huic gr̃æ & veritatis,& linguæ eius,& ori eius,in quo tibi cœpit ad
uerſari,linguæ apoſtolicæ,ori euãgelicæ p̄dicationis:ne forte excutiẽdo puluerẽ pedum
ſuoꝝ in te,tradat te iudici illi q per Moſen dixit:Qui aũt verba eius quę loquetur in noĩe
*meo,audire noluerit,ego vltor exiſtã.* Iudex & vltor *ille miniſtrũ* habet, *miniſtrũ,inquã* Deut.18
& ſeruũ,de quo ad Iob loquitur:Nunquid feriet tecũ pactũ,& accipies eum ſeruum ſem
piternũ? Ille ſeruus,ille miniſter,ſi traditus ei fueris,mittet te in carcerem,in inferiorẽ in Iob.40.
fernũ.Quãdiu illic eris? Amẽ dico tibi,non exies inde donec reddas nouiſſimũ quadran-

tem.

tē. Tu triginta argenteos appēdiſti pretiū ſanguinis eius,& donec eos reddas vſq; ad no
Matth. 26. uiſſimū quadrantē,non inde exies. Quando aūt totū reddere poteris: Nunquid in carce-
Zach. 11 re illo argēteos illos,q̊s tu proditori dediſti,& proditor tibi retulit,tecū habebis,ita vt re
pendere poſſis? Nunq̄d & quadrātes & trientes & vncias ſiue libras q̊q; integras ibi tru-
tinare vacabit,de theſauris quos hic tibi theſaurizaſti? Nō vtiq;,nō theſaurus tuus, ſed ſo
lum peccatū & pœna peccati te ſequetur illuc. Ne timueris(inquit Pſalmiſta)cū diues fa
Pſal. 48 ctus fuerit homo,& cū multiplicata fuerit gloria domus eius,qm̄ cū interierit,non ſumet
oīa,neq; deſcendet cū eo gloria eius. ¶Ergo nō exies inde,donec reddas vſq; ad nouiſſi-
Donec red. mum quadrantē,id eſt,non inde exies in æternū. Quadrans habet duo minuta. Verunta
nouiſ. q̄d. men in rationibus ponderꝝ,quas abaciſtæ in vſu habētes etiā ſcripſerunt,quadrās tres vn
cias habet,vncia vero duodecima pars aſſis eſt. Porro aſſis totū quiddā eſt,ſiue libra,ſiue
quippiā aliud,q̊d in duodecim partes æquas diuidendū eſt. Proinde notandū quia nō di
xit,donec reddas vſq; ad quadrantē,ſed vſq; ad nouiſſimū quadrantē,vt per quadrantē
nouiſſimū intelligas de minutiſſimis,quale apud illos dicit̃ chalcus ſiue ſiciliquus,in q̄ ex-
trema & vnciæ & vnciarꝝ particulæ diuiduntur. Nā & apud alium euangeliſtā ita ſcriptū
Luc. 12 eſt: Dico tibi,non exies inde,donec etiā nouiſſimū minutū reddas. ¶Non ſolum aūt ſu-
Auaritia pradictos argenteos pretiū ſanguinis fraterni,o infelix & inreconciliate negociator,à te
Iudæorꝝ. putes in illo carcere exigendos,verumetiam prædā vniuerſam quam feciſti tanta inſa-
nia,tanta cupiditate lucrādi,vt ipſam domū dei,quæ domus orationis vocari & eſſe de-
Matth. 21 buit,ſpeluncā faceres latronū. Et proinde quia frater iſte cōtra tuā diſputabat auaritiam,
Iohan. 2 implacabile aduerſus eū mente cōciperes odiū. Ab initio quo patres tui viginti argēteis
Gene. 37 vendiderunt fratrē ſuū Ioſeph,vſq; nunc auaritiæ morbo languidus inceſſiſti,& hucuſq;
proceſſiſti,vt diſputantē(ſicut iam dictū eſt)fratrem iſtum interficeres,ita vt in pretium
ſanguinis triginta argēteos dares & reciperes. Totam tantorꝝ malorꝝ exactionē potuiſ-
ſes euadere breui & cōpendioſa reconciliatione,& amica voce cōfeſſionis lucrari remiſſi-
onē vniuerſi delicti. ¶Secūdo loco frater tibi eſt omnis,qui tecū vnum eundemq́; deū co
2. Corꝝ. 1. lit,& bene dicit deum & patrem dn̄i noſtri Ieſu Chriſti,patrē miſericordiarꝝ & deū to-
tius cōſolatiōis. Si fratri eiuſmodi iratus es,ſi dixiſti racha,ſi dixiſti fatue,etiā pro illo reus
1. Ioh. 3. es gehēnæ ignis,vtpote homicida,ſicut teſtat̃ apoſtolus Iohānes,q̄a omnis qui odit fra-
trem ſuū,homicida eſt. Si ergo offers munus tuū ad altare,ſi orationē,ſi quamlibet obla-
Lego, eſt tionē,feſtina ſecundum præſens conſilium auferre huiuſmodi fermentum: quia *& ſecū-
dum ſanctā ac myſticā legē fermentatum malitiæ & nequitiæ. Forte vel ipſe frater quem
odiſti,ſiue alius quis,ſolus ſciens ꝙ pecces,iraſcendo fratri vel odiendo fratrē,corripit te
Matth. 18 inter te & ipſum ſolum,& quia corripit,quodāmodo tibi aduerſarius eſt,& aduerſari nō
deſinit,adhibēdo alium ſecū ſi ſolū eum audire noluiſti,dicendo etiā eccleſiæ,ſi nec duos
audire voluiſti,iam ex eo tibi cauendū eſt,ne aduerſarius tradat te iudici,id eſt,ne fias ei
ſicut ethnicus & publicanus,ſi nec eccleſiā audire volueris. Nā hoc eſt ſine dubio tradere
iudici,reputare cū his qui foris ſunt,de quibus dn̄s iudicabit. Quid enim mihi,ait Apoſto
1. Cor. 5 lus,de his qui foris ſunt iudicare? Nonne de his qui intus ſunt,vos iudicatis? Nam eos q̄
foris ſunt,deus iudicabit. Porro frater quiſquis ille eſt,cui iratus es,quē odiſti,& ꝑ odiū
malo vel cōtumelioſo verbo læſiſti,non erit tibi difficilis reconciliationē flagitanti,pro
Lucæ. 17 pter illū qui dixit: Si peccauerit in te frater tuus,& cōuerſus pœnitentiā egerit,vel dixe-
Vindicta rit,pœnitet me,dimitte ei. Et multa his ſimilia. ¶Veruntamē nō propter hęc iniuſtus in
Dauid cō uenitur in facto ſuo Dauid,ad quē venit Semei,q̄ maledixerat ei,& proſtratus dixit,Ne
tra Semei reputes mihi dn̄e mi iniquitatē,ne memineris iniuriā ſerui tui. Agnoſco eīm ſeruus tuus
iuſta. peccatū meū &c. Et tunc quidē dixit,non morieris,iurauitq́; ei,ſed poſtea cū appropin-
2. Reg. 19 quaſſent dies,vt moreret̃,dixit inter cætera filio ſuo Salomoni: Habes q̊q; apud te Semei
3. Reg. 2 qui maledixit mihi maledictione peſſima,qn̄ ibam ad caſtra,vir aūt ſapiēs es,& ſcies quæ
facies ei,deduceſq́; canos eius cū ſanguine ad infernū. Non(inquā)iniuſtus in hoc facto
inuenitur Dauid,quia nō vero corde reconciliationē quæſiuit Semei,nō præ deſiderio iu
2. Reg. 23. ſtitiæ pœnituit,ſed ſeruiliter metu pœnæ cōcidit,q̄a rex quē oderat in corde ſuo,cui pro
fugienti maledixit,iterꝝ ſalutatus in regno ſedit. Mutauit vocē,non mutauit mentē. Hoc
quoq; innuit ſcriptura cū dicit,Ipſe quoq;,videlicet Banaias filius Ioiadæ,interfecit virū
Aegyptiū,virum digno ſpectaculo,habentē in manu haſtam. Aegyptium moribus,non
3. Regū. 2 genere,dixit illū Semei,& habētem in manu haſtā,id eſt,datā in poteſtate ſua propriæ
mortis ſentētiam,quam hoc modo dedit Salomon: Quacunq; aūt die egreſſus fueris &
Exo. 22 tranſieris torrentē Cedron,ſcito te interficiendū. Dixitq́; Semei: Bonus ſermo. Itaq; ſic
fecit Dauid,tanq̄ nō ſui met,ſed dei & legis vindex,cuius hoc edictū eſt: Principi populi
Pſalm. 8 tui non maledices. Sic illū puniri iuſſit,vt nihilominus ſecure dicat,Si reddidi retribuen-
tibus mihi mala,decidam merito ab inimicis meis inanis.

Libri. IIII. finis.

Ruper.



# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. V.

CVm plurima dicta ſint antiquis, & omnia comprehendant̃ vno nomine legis,quam dn̄s ipſe,non veni(inq̄t)ſoluere legē,ſed adimplere: rōnem non fruſtra quærat aliquis, cur pauca de pluri- mis,id eſt,tantūmodo ſex dicta pro exemplo poſuerit, vt appareret,q̄bus modis agenda foret adimpletio,quā dixit: & cur iſta potius q̄ cætera,hic aſſumpſerit, taliq́; ordine digeſſerit. Primū eſt,non occides: ſecundū,non mœchaberis: tertiū,quicunq; dimiſerit vxorē ſuam,det illi libellū repudij: quartū,non peierabis: quintū,oculū pro oculo,& dentē pro dente: ſextū,diliges proximum tuum, & odies inimicū tuū. Hæc(vt iam dixi) non fruſtra quærat aliq̄s,cur potius aſſumens,q̄ cætera,tali ordine digeſſerit,per ſingula ſubiungens, ego aūt dico vobis? Ad hæc breuiter dicendū, quia quæ ſub iſtis continent̃ dictis ſiue ꝑceptis,ita ſunt neceſſaria Chr̄iano homini ad perfectionē iuſtitiæ tendenti,vt ſine his ꝑfectus eſſe non poſſit eadē perfectione,q̄ poſt eadē dicta diligenter cōmendans,tandem dicit: Eſtote & vos ꝑfecti,ſicut & pater veſter cœleſtis ꝑfectus eſt. ¶Hoc nanq; primū eſt opus iuſtitiæ,eſſe vnanimes in fide,& fraterna dilectione. Quid aliud nobis intimare curauit,dum præmiſſo,dictū eſt antiq̄s,non occides, adiecit, ego aūt dico vobis,q̄a omnis qui iraſcit̃ fratri ſuo &c. vſque,eſto cōſentiēs aduerſario tuo? Poſt hoc initiū iuſtitię,q̄d tam pulchrū,tam deo dignū,q̄ pro adipiſcenda caſtitate laborare? Hoc plane vehementi intentione declamat,dū præmiſſo,dictū eſt antiquis,non mœchaberis, adiecit,ego autem dico vobis,qm̄ omnis q̄ viderit mulierū ad concupiſcendū eam , &c. vſque,q̄ totum corpus tuū mittat̃ in gehennā. Porro,ſtudiū caſtitatis ſic diſcrete erat exercendū, vt nullum ipſi naturæ generaret ſcandalum,id eſt,ne prædicatio caſtitatis occaſio fieret adulterij,quod & Apoſtolus præcauens,his autem qui matrimonio vincti ſunt, præcipio, non ego , ſed dn̄s , vxorem à viro non diſcedere . Super hoc nimirꝝ confeſtim nos inſtruit, dum præmiſſo dictum eſt,quicunq; dimiſerit vxorē ſuam, det illi libellum repudij , ſubiungit,ego aūt dico vobis,q̄a omnis q̄ dimiſerit vxorē ſuam,excepta fornicationis cauſa facit eam mœchari . Cum aūt huc vſq; Chr̄ianus profecerit, vt caſtitatis virtute præcinctus ſit,confeſtim & ille iuſtitię ſucceſſus eum delectare poterit , vt cunctis quoad poteſt ſeſe eximat negotijs ſeculi. Hoc intendens,cū deinde dixiſſet,dictū eſt antiquis, non peierabis,adiecit,ego aūt dico vobis,non iurare oīno &c. Deniq; ſine iuramentis quomodo tractari poſſint negotia ſeculi? Cum ergo dicit,non iurare oīno,liberꝝ eſſe vult ab omni ſeculari negotio. Profecto q̄ hanc ſuſceperit partē conſilij,conſequēter & illud ſuſcipiet, vt iniuriam non ſolū non facere,verꝝ etiā pati propter deū velit. Mox itaq; præmiſſo,dictum eſt,oculū pro oculo,& dentē pro dente,adiecit,ego aūt dico vobis,non reſiſtere malo &c. Poſt hæc vnū adhuc neceſſariū eſt iuſtitiæ ſignaculū, q̊d protinus ſuperponēs,dictum eſt(ait)diliges proximū tuū,& odies inimicū tuū,ego aūt dico vobis,diligite inimicos veſtros,benefacite his,q̄ vos oderunt &c. quę ita concludit: Eſtote & vos ꝑfecti,ſicut & pater veſter cœleſtis ꝑfectus eſt. ¶Nunc horum omniū ſeries iuxta propoſitum ſiue inceptū diligentius percurrenda eſt. ⌊Audiſtis q̄a dictum eſt antiquis,non mœchaberis. Ego autem dico vobis, q̄a omnis q̄ viderit mulierem ad concupiſcendū eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.⌋ Quomodo ſupra homicidij , ita hic adulterij voluntas damnatur,etiam non ſequente effectu. Videre nanq; mulierem ad concupiſcendū eam,q̄d aliud eſt,niſi contemplari mulierē,habendo voluntatē adulterandi eam? Recte ergo,ſicut qui iraſcitur fratri ſuo,vel q̄ odit fratrem ſuum,homicida eſt, & idcirco reus erit iudicio, ita q̄ viderit mulierem ad concupiſcendū eam,iam(inq̄t)mœchatus eſt eam in corde ſuo & idcirco nihilominus reus erit iudicio. Veruntn̄ adhuc parum eſt,eiuſmodi viſum continere,ſi vis in te veracem facere eum,qui hæc proloquēns, dixit, non veni legem ſoluere,ſed adimplere. Proinde audi quod ſequitur adhuc. ⌊Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,erue eum,& proijce abs te. Expedit enim tibi,vt pereat vnum membrorꝝ tuorum,q̄ totum corpus tuum mittatur in gehennam.⌋ Etenim hic † ſenſus. Vt ſis in caſtitate perfectus,non ſolum ſiniſtrum oculum eruere,verumetiam dextrum debes proijcere abs te,ſi tamen ſcandalizat te,id eſt,non ſolum adulterini cōcubitus concupiſcentiā fugere,verumetiam licitum amorem,licitā coniugij copulā ſoluere,& abijcere, ſi dūtaxat

Quæſtio
Reſponſio
Sex dicta legis, pro exēplo iuſtitiæ
Non mœchaberis
addo † eſt. Quid ē oculum dextrū proijcere

tecum non conſentit mulier habitare, aut ſi prop ter cohabitationē eius periculū tibi ſub
eundū eſt vitæ vel ſalutis æternæ. Nam hoc modo reuera dexter oculus tuus ſcandaliza-
1. Cor. 7 te, ſi vel te virum mulier vel te mulierē vir coniunx non patiť in fide Chriſti permanere.
¶Huic fundamento fideliter inſiſtens Apoſtolus, infidelis (ait) ſi diſcedit, diſcedat. Non
eſt eñ ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in eiuſmodi. Exempli grã: Pone Iudæum ſiue
Gentilem virū ſiue mulierē conuerti velle ad Chriſtū, ſiue iam credidiſſe in Chriſtū & de
coniugali copula pati hmõi ſcandalū, vt aut ſoluendū coniugium, aut fidei ſubeundū ſit
diſpendiū. Nonne huic incunctanter, & certiſſime dicas, expedit tibi vt pereat vnū mem
broꝝ tuoꝝ, q̃ totum corpus tuum mittať in gehennam? Sic & fratrum & liberoꝝ atq; af-
finium & propinquoꝝ in cauſa hac neſcire debemus affectū, imo truncare expedit hmõi
Leuit. 21 portiones, ne dum volumus lucrifacere cæteros, ipſi in æternum pereamus. Vnde & de
Deut. 24 ſacerdote magno diciť, cuius anima cultui dei dedicata eſt. Super patre & matre & filijs
non pollueť, id eſt, nullius affectū ſciet, niſi eius, cuius cultui dedicatus eſt. ⌊Dictū eſt au-
tem: Quicunq; dimiſerit vxorē ſuam, det illi libellum repudij. Ego autē dico vobis, quia
omnis q dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Et q di
Quõ licet Infidelē cõiugē dimittere miſſam duxerit, adulterat.⌋ Ne ergo nimium ſis feſtinus, o auditor euangelicæ pacis, ad
eruendū oculum tuū dextrū, ne multū feſtines quaſi propter euangeliū rumpere coniugij
vinculum, quod ſupra diximus competenter ſignificari per oculum dextrum. Dixit tibi
ſupra, erue oculum tuū dextrū, ſi ſcandalizat te, & non dixit, erue oculum tuum dextrum
ne forte ſcandalizet te. Vt manifeſtius fiat, quod dico, non tibi dicit euangelium, dimitte
vxorē tuam, quam tecū Chriſtiana fides inuenit, ne forte ſeducat te: ſed dicit tibi, dimitte
1. Cor. 7 eam, ſi propter fidē odit te, & tecū non conſentit habitare. Adiuuat ſenſum veſtrū Apo-
ſtolus ad cautelam neceſſariam, cum dicit: Si qs frater vxorē habet infidelem, & hæc q-
dem conſentit habitare cū illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virū infidelem,
& hic qdem conſentit habitare cū illa, non dimittat virū, & ſubinde: Vnde eñ ſcis mu-
lier, ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir, ſi mulierē facies ſaluam? Fieri nanq; potuit,
& nonnunq̃ factū eſt, & nonnunq̃ futuꝝ Apoſtolus ſcire poterat, vt per mulierem vir,
Gene. 31 & per virū mulier ſalua fieret. Rachel vero vxor Iacob per idololatriæ culpã pene per-
dita erat, quippe quæ & cum viro proficiſcens, furata fuerat idola patris ſuis Laban, ſed
Gene. 35 ſaluata eſt per virū dicentē paulo anteq̃ moreret, periclitata partu. Abijcite deos alienos,
& mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite, & aſcendamus in Bethel, vt facia-
mus ibi altare deo, q exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit ſocius itineris mei. De-
derunt ergo ei oẽs deos alienos quos habebant. At ille infodit eos ſubter Therebinthum.
Ergo coruſcante Chriſti euangelio, o tu quicunq; coniugatus, quæcunq; coniugata in-
uenta es cõparē ſiue thori conſortē ad fidē Chriſti præueniens, expecta: nec deſperes qñ
1. Cor. 7. q; ſequi poſſe q̃uis tardantē. Habes nanq; non ſolū rationē, verūetiam exempla, cur de ſa
lute cõpatris deſperare nõ debeas. Sanctificatus eſt enim vir infi delis, in muliera fideli, &
ſanctificata eſt muler infidelis per virū fidelē, videlicet, vt illa, quam dixi, Rachel. Sed hoc
Euangeliũ non admittit libellum repudij aliquando factū eſt, & adhuc fieri põt. ¶Vna dūtaxat cauſa eſt, propter quam dimitte-
re liceat etiam inuitam, & tecū habitare conſentientē, ſcilicet fornicatio, Sola enim cauſa
iſta te liberat, vt non iudiceris feciſſe illam mœchari, cum alius eam duxerit, qa prius illa
mœchata eſt, q̃ tu illam dimitteres. Lex quoq; vbi dixit antiquis dare libellū repudij non
om̃ino de iſto iudicio tacuit, quod ſcilicet & qui dimiſit, & qui dimiſſam duxit, vterq; ad-
ulterij reus fuit. Quid ergo amplius hic dixit, q̃ dictū eſt antiquis? Videlicet quod in euã-
gelio cauſa iſta non recipienda ſit, vt vxorem ſuam propter odium dimittat quis, nec ali
Matth. 19 am prorſus ob cauſam hoc licitū ſit, niſi ob illam, quã dixit, cauſam fornicatiõis, quæ ſola
cū interciderit, reatu mœchiæ non inuoluiť is q dimiſit. In poſteriori parte huius euange
lij plenius exponit ſaluator, ꝙ Moyſes libellum repudij dari iuſſerit propter duritiã cor-
dis maritoꝝ, non diſcidium concedens, ſed auferens homicidiū. Multo enim melius eſt,
licet lugubrem, euenire diſcordiam, q̃ fundi ſanguinē per odiū. ⌊Iterum audiſtis, quia di
Leui. 19. ctum eſt antiquis, non peierabis. Reddas autem domino iuramēta tua. Ego autē dico vo
bis, non iurare om̃ino, neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neq; ꝑ terram, qa ſcabellū
eſt pedum eius: neq; per Hieroſolymã, quia ciuitas eſt magni regis, neq; per caput tuū iu
raueris, qa non potes vnū capillum album facere aut nigrū. Sit tamē ſermo veſter eſt eſt,
Non iura om̃ino, differt ab alijs dictis dñi. non non. Quod autem his abundantius eſt à malo eſt.⌋ Sciendū hic in primis, quia dictū
hoc dñi, non iurare omnino, nonnihil in rõnibus noſtris differt à cæteris dictis eiuſdem
dñi. Deniq;, vt non iraſcaris fratri, vt non videas mulierē ad concupiſcendū eam, vt non
dimittas vxorem excepta fornicationis cauſa, vt non reſiſtas malo, qnimo percutienti de
xteram maxillam præbeas & alterã, vt bene facias his q oderunt te, & ores pro pſequenti
bus & calumniantibus, nec litera, nec ſpũs legis vſquam contradicit. At vero vt non iures
omĩno



omnino, non videť lex in tuo reliquiſſe arbitrio. Dicit eñ: Si latet fur, dñs domus, à quo Exod. 22.
ſublatū eſt furto quippiã in cuſtodiam ſibi commendatū, applicabiť ad deos, id eſt, ſacer
dotes, & iurabit quod non extenderit manū in rem proximi ſui, ad perpetrandã fraudē.
Item: Si qs commendauerit proximo ſuo quodcunq; iumentū ad cuſtodiam, & mortu-
um fuerit, aut debilitatū vel captum ab hoſtibus, nulluſq; hoc viderit, iuſiurãdum erit in Ibidē.
medio, quod non extenderit manū ad rem proximi ſui, ſuſcipietq; dñs iuramentum, & il
le reddere non cogeť. ¶Quomodo ergo dicit nobis, non iurare om̃ino, niſi ita dūtaxat
vt velit nos eoꝝ, quæ occaſionē ſiue etiam neceſſitatem præbent iurandi, nihil ꝓprium
poſſidere in mundo? Et reuera hic eſt ordinatus ad ꝑfectionē iuſtitiæ profectus, vt poſtq̃
erueris abs te oculū dextrū eo modo, quo ſupra dictū eſt, totū deinde ſequaris conſilium,
quod hmõi eſt: Si vis perfectus eſſe, vade & vende vniuerſa quæ habes, & da pauperibus,
& veni ſequere me. Cum enim hoc feceris, in tuo iam erit arbitrio, non iurare omnino. Matth. 22.
¶Quod deinde dicit, neq; per cœlū, neq; per terrã, neq; per ciuitatē Hieroſolymã, neq; ꝑ Non iurandum eſt, neq; per cœlum, neq; ꝑ terram &c.
caput tuū iuraueris, iam non ſolūmodo conſiliū, veꝝ etiã præceptū eſt, qa videlicet per
elementa mundi iurare, oĩno delictū eſt. Hanc per elementa iurandi peſſimã conſuetudi
nē ſemper habuere Iudæi, ſicut prophetalis eos ſermo frequens arguit, vtpote creaturas
reſq; carnales venerantes honore & obſequio dei. Qui eñ iurat, profecto aut venerať,
aut diligit id per quod iurat. ¶Porro, hic venerationē circa hæc habendã videť augere,
cū dicit de cœlo, qa thronus dei eſt, de terra, qa ſcabellū eſt pedū eius, de Hieroſolyma,
qa ciuitas eſt magni regis, & idcirco per iſta ne iuraueris, inqt: Nunq d hoc ſenſu res iſtas
magnificat, vt earundē reꝝ non ſit auſu iurandi temeranda maieſtas? Imo hæc iuriſiurã
di vocibus indigna iudicat. Solus eñ deus ſolus creator eſt, per quē iurandū ſit, ſi neceſſi-
tas iurare compellat. Ait eñ lex: Et per nomen externoꝝ deoꝝ non iurabitis, nec audieť Exod. 23.
ex ore vro. Itē: Dñm deū tuū timebis, & ei ſeruies, ipſi adhærebis, iurabiſq; in noĩe illius. Deuter. 6.
Et hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum, vt quomodo victimas immolabant deo, nec
eas idolis immolarent, ſic & iurare permitterenť in deum, non quod recte hoc facerent,
ſed ꝙ melius eſſet deo id exhibere q̃ dæmonijs, Cum igiť dicit, neq; per cœlum iuraueris,
& cauſa in iſtã ſubiungit, quia thronus dei eſt, itemq; de terra, quia ſcabellum eſt pedum
eius, idem eſt, ac ſi dicat, qa cœlū tanto minoris eſt eo per quē ſolū iurare conceſſum eſt,
quanto minoris eſt ſedēte ſua ſedes, itemq; terra tanto minor illo eſt, quanto minoris eſt
ſcabellū eo cuius ſub pedibus eſt. Similiter Hieroſolyma, quæ, vt multū dicã, ciuitas ma-
gni regis eſt, forte Dauid q illam cœpit, aut Salomonis q illam ampliauit, ſiue etiam dei, Eſa. 66
propter fun datū in ea templū dei. Quid ergo per iſta iuras, cū cœlū non deus, ſed tuo
ſenſu ſcabellū pedū dei ſit, propter illud quod in propheta dicit, cœlū mihi ſedes ē & terra
ſcabellū pedū meoꝝ, cū Hieroſolyma non deus, ſed ciuitas ſit regis magni? De capite tuo
qd dicã? Quid iuras per caput tuū, i. per temetipm, cū tu non feceris temetipm? Illū nanq;
ſolum iurare decuit per ſemetipſum, quē alius non fecit, quia maiorem ſe (ait Apoſtolus) Heb. 6
per quē iuraret, non habuit. Hæc ſecundū tēpus illud maxime contra Iudæos dixerit, q
per angelos & vrbem Hieruſalem, & templū, & elementa iurantes, creaturas reſq; carna
les venerabanť honore & obſequio dei. Deniq; conſidera, quod hic ſaluator non per de-
um iurare prohibuerit, ſed per cœlū, & terram, & per Hieroſolymam, & per caput tuū.
¶Porro, euangelica veritas non recipit iuramentū, cum omnis ſermo fidelis pro iureiu- Sit ſermo veſter, eſt eſt, nõ non
rando ſit. Dicit eñ: Ego autē dico vobis, non iurare oĩno. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt,
non non. Quod autē his abundantius eſt, à malo eſt, ſubaudiť illius, cuius infirmitate ſeu Gene. 21
duritia iurare coactus eſt. Exēpli gratia: Vt is q primus ex hominibus iuraſſe legiť Abra-
ham. Quod eñ iurauit à malo eius fuit, qui dixit: Iura ergo per dñm, ne noceas mihi, &
poſteris meis ſtirpiq; meæ, ſed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facias mihi & terræ,
in qua cõuerſatus es aduena. Rex eñ erat ille, & niſi rogatus es ab eo iuraſſet Abrahã, ma
gis illi ſuſpectus eē poterat. Similiter quod Apoſtolus iurauit Corinthijs, ſi tñ nihil minus 2. Cor. 11
habet à iuramento quod dicit, deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, q eſt benedictus in
ſecula, ſcit ꝙ non mentior, itemq; quotidie morior per veſtrã gloriam fratres, à malo fuit
ipſorum, quos ipſe culpans, ait: Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego eñ debui à 2. Corin. 12
vobis commendari. Poſtquam conſilium hoc ſequi cœperit Chriſtianus homo, vt non
iuret omnino, quod (ſicut iam ſupra dictum eſt) tunc demū obſeruare poterit, ſi ſemet-
ipſum expediat ab omni ſeculari negotio, quod iam ſequitur ſecundum propoſitū eius ad
perfectionem iuſtitiæ tendentis, niſi hoc, vt nulli malum pro malo reddere velit, nec ſal-
tem reſiſtere iniuriam facienti? Sequitur ergo: ⌊Audiſtis quia dictum eſt, oculum pro Exod. 21
oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo.⌋ Sicut illud dictū Deute. 19.
antiquis, quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum repudij, ita & iſtud, oculū pro
oculo, dentē pro dente, non præcipientis, ſed concedentis ſiue permittentis fuit, videlicet
ob du-

ob duritiam cordis,cui nequaq̃ ſufficit æqua repenſio , nec requieſcit, niſi de pœna cru-
delitatis ſatiata fuerit. Ergo & in hoc eſt adimpletio legis, dum non ſolũ vicariã non re-
poſcere docet pœnam , verumetiã ad om̃is iniuriæ vir eccleſiaſticus formať patentiam.
⌊Si qs(ait)te percuſſerit in dexterã maxillã tuã,præbe illi & alterã.Et ei ꝗ vult tecũ iudi-
cio contendere,& tunicã tuã tollere,remitte ei & palliũ. Et quicũqꝫ te angariauerit mil-
Matth.11 le paſſus,vade cũ illo alia duo.Qui petit à te,da ei.Et volẽti mutuari à te,ne auertaris.⌋
Vere propter hmõi doctriuã ſaluator quodã loco dicit:Venite ad me omnes ꝗ laboratis
& onerati eſtis,& ego reficiam vos.Tollite iugũ meũ ſuper vos,& diſcite à me, qa mitis
ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus veſtris.Etenĩ qui contra faciunt,ꝗ
percutientẽ in maxillam,quoad poſſunt,repercutiunt:ꝗ pertinaci contentione agunt,ne
vincanť ab eo ꝗ vult tollere tunicã vel palliũ,nõne laborãt? Nonne onerati ſunt? Ecõtra,
qui,præſens ſequunť conſiliũ,nonne requiẽ etiã in præſenti ſeculo inueniunt? Iam fiet il
2.Corin.9 lud quod dicit,ꝗ petit à te,da ei,ſi hilariter fiat,qm̃(vt teſtať Apoſtolus)hilarẽ datorem
diligit deus,quanta ibi iucunditas? Quanta feſtiuitas? Veruntamẽ notandũ,quod non
Acto.3. ita dixit,& ꝗ petit à te,da ei quicqd petit. Quis enĩ hoc ſemper facere potuit? Forte pe-
tit aurum,tu autẽ non habes aurum vel argentũ. Propterea dic illud, quod Petrus apo-
ſtolus dixit,dum claudus mendicans intẽderet in eũ,ſperans ab eo ſe aliqd accepturũ:Ar
2.Cor.8 gentum & aurum non eſt mecũ,quod habeo,hoc do tibi. Etenĩ ſi voluntas prompta eſt,
Prouer.15 (ait Apoſtolus Corinthijs)ſecundũ id quod habet,accepta eſt,non ſecundũ id quod non
Chrs q̃ do habet. Et ſi non eſt aliud,ſermo reſponſionis porrigať bonus,qa ſcriptũ eſt:Sermo bo-
cuit ipſe in nus ſuper datũ optimũ. ¶Sciendũ quia dñs noſter, ꝗ hæc docet , in primis vel maxime
primis fecit fecit quæ docuit. Petenti dedit,imo non expectauit vt peteret,ſed vltro dedit plus q̃ pete
2.Cor.8 re ſciret aliquis.Quomodo cœpit:Scitis enĩ(ait idem Apoſtolus)gratiam dñi noſtri Ieſu
Chriſti,qm̃ propter nos egenus factus eſt cũ eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.
Thre.3 Ipſe percutienti maxillã præbuit non ſolũ & alterã,verumetiã totũ corpus , vt ſaturetur
Iohan.19 opprobrijs,ſicut dictum fuerat per prophetam Hieremiam : Ipſe volenti cũ eo conten-
dere iudicio, videlicet Pilato ſiue populo Iudaico,non reſpondit verbũ,tollentiqꝫ tunicã
eius inconſutilẽ,& deſuper contextam per totũ,remiſit & omne veſtimentũ, vt facerent
Pſal.21. quod ſcriptũ eſt:Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea,& ſuper veſtem meam miſerunt ſortẽ.
¶Porro,quod adhuc dicit, & qcunqꝫ te angariauerit mille paſſus , vade cũ illo alia duo,
Acto.1. ſubaudiť milia paſſuum,multo inſignius q̃ litera ſonat,ipſe pauloante fecerat.Hic primo
ſciendũ,quia mille paſſus ſabbatizantẽ lex ſacra concedit.Quod autẽ vel quale eſt,aut eẽ
Matth.4 debet ſpũalis viri ſabbatum.niſi ſecreta,& quieta meditatio rerum ſpũalium? Nimirum
Lucæ.4 eiuſmodi ſabbatum ſabbatizabat ipſe in dèſerto,quando acceſſit ad eũ tentator. Veraci-
ter hoc fuit mille paſſus angariari,cũ tentatore in illo tali ſabbato altercari.At ipſe tantũ-
modo mille paſſus angariari,id eſt,non tantummodo ſemel paſſus eſt tentari, ſed iuit cũ
Bona anga illo alia duo,qa duas,præter priorẽ tentationes pertulit,aſſumptus ab illo in ſanctam ciui
riatio apo- tatem,& ductus in montẽ excelſum valde, & tunc dixit ei:Vade Satanas. ¶Forte & tu
ſtoloꝝ & ſi o anima magni Apoſtoli,ſiue cuiuſcunqꝫ viri apoſtolici,ſabbatizare vis.Expoliaſti te tu-
milium. nica tua, lauiſti pedes tuos,& in cubiculo ſecretæ contẽplationis ſabbatizare vis.Sed ec-
Cant.5. ce vox dilecti tui pulſantis:Aperi mihi ſoror mea,amica mea,columba mea,immaculata
mea.Hæc dicens:Vtiqꝫ angariare te vult mille paſſus,quod eſt ſabbati iter,vt ante iam di
ctum eſt:Angariare(inquam)te vult,vt poſtpoſita,quã elegeras ſolitariæ contẽplationis
requie ſurgas illi aperire,vadas euangeliũ eius annuntiare,& hoc in vna parte orbis ter-
ræ in Aſia,vbi ſita eſt Hieruſalẽ ſiue Iudęa,vbi euangeliũ eius primũ loqui oportebat.Va
de cũ illo alia duo milia paſſuũ,i.noli contentus eſſe in vnà Aſia prędicare,ſed & in Aphri
ca,& in Europa prædicando labora,laborãdo prædica euangeliũ,& hoc modo pulchre
angariatus es,vadens cũ illo non ſolũ mille paſſus,ſed & alia duo,fiuntqꝫ tria milia paſſuũ
quia tres ſunt partes orbis terraꝝ. Nunqd in hmõi angaria plus iniuriæ tu pro illo,q̃ ille
Date,& da pro te paſſus eſt? Illũ quippe deũ & hoĩem diabolus tentator,te purum hoĩem angariauit
biť vobis. ipſe deus ſaluator. ¶Interea iuſtificare debemus deum,& patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti,
Pſal.144. ipſumqꝫ filiũ qui hic loquiť nobis,& dum non accipimus quod ab ipſo petimus, nihilomi
Iohan.16. nus cũ Pſalmiſta dicere:Fidelis dñs in oĩbus verbis ſuis & ſanctus in oĩbus operibus ſuis.
Lucæ.11 Quid enĩ? Nunq illud ſolũ dixit:Amẽ amẽ dico vobis,ſi qd petieritis patrẽ in noĩe meo,
Luc.6 dabit vobis,petite & accipietis,petite & dabiť vobis? Nonne & hoc dixit : Date & dabiť
vobis,& quod hic in præſenti loco habemus,ꝗ petit à te,ne auertaris? Volumus audire,
Eſa.1. petite & dabiť vobis:& diſſimulamus,date & dabiť vobis.Profecto ſicut apud Eſaiã,vbi
præmittens,quærite iudiciũ,ſubuenite oppreſſo,&c.tunc demũ ſubiungit,& venite & ar
guite me,ita & hic iuriſperitus eſſe debebis, vt cũ feceris quod dicit : Qui petit à te,da ei,
& volenti mutuare à te,ne auertaris, tunc demũ venias & arguas eum,eo quod non acce
peris



peris,iuxta promiſſum hoc,petite & accipietis. ¶Adhuc vnum ſupereſt (o Chriſtiane)
dictũ,vel dicendũ tibi,& ſex erant dicta dñi,& cum ſex , quaſi diebus dictoꝝ hmõi bene
operatus fueris,legẽqꝫ adimpleueris,tunc demũ vir emeritus iure introire in requiẽ dñi,
& ſabbatiſmũ filioꝝ dei,ſabbatizare dignus ſis.Quid eſt illud? ⌊Audiſtis (inqt) qa dictũ
eſt:Diliges proximũ tuum,& odies inimicũ tuum. Ego autẽ dico vobis : Diligite inimi-
cos veſtros,benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumnianti-
bus vos, vt ſitis filij patris veſtri,qui in cœlis eſt , qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos
& malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.⌋ Poteras percutienti maxillam dextram , etiã
iratus præbere alteram , & dicere non (vt Apoſtolus) prænuntiando, pcutiet te dñs,ſed Acto.23
imprecando,percutiat te dñs paries dealbate : poteras auferenti tunicã, etiam iratus re- 2.Timo.4
mittere & pallium,& dicere,non,vt idem Apoſtolus, comminando ſiue prænuntiando,
reddet illi dñs,ſed maledicendo ſiue imprecando , reddat illi dñs ſecundum opera eius
vt non eſſet contra hoc legis mandatum adhuc minimũ:Diliges amicum tuum,neqꝫ con
tra hoc legis permiſſum,& odies inimicum tuum. Porro,tendenti tibi ad gradũ optimũ
vt ſis filius patris tui,qui in cœlis eſt,permiſſo vti non conuenit,vt odio habeas inimicum
tuum,imo expedit vt diligas eũ iam , dum adhuc inimicus eſt,& pro illo ores. ¶Quare Quæſtio
ergo lex dixit, & odies inimicũ tuum? Nonne ipſa eiuſdẽ vox eſt,cuius & euangelium?
Quare ergo tam diu diſtulit dictum hoc tã benignũ:Dilige inimicũ tuum? Videlicet,qa
hoc ĩpoſſibile erat legi,& in hoc infirmabať per carnẽ,ſicut Apoſtolus ait:Quoꝝ per car Roma.7
nem infirmabať? Nimirum eoꝝ qui ſub lege erant,qa carnales erant.Sicut ad duritiam Reſponſio
cordis eoꝝ permiſit eis dare coniugibus libellos repudij,ita nihilominus ad duritiã cor-
dis eoꝝ & propter infirmitatẽ carnis eoꝝ alia quoqꝫ multa permiſit,quoꝝ de notiſſimis
eſt hoc vnum,& odies inimicũ tuum,ſiue ita,propinquus occiſi ſtatim,vt homicidã ap-
prehenderit, interficiet eum. Dicis itaqꝫ mihi : Nonne & hodie in hoĩbus eadem eſt tam Nume.35.
duritia cordis q̃ infirmitas carnis? Eſt qdem , ſed exemplum acceſſit, quod antiquis de- Cui Chria
fuit.Debet plus valere doctrina,vbi docentem ſua commendant opera. Audiri debet p- nis min9 li
ceptum,quod præceptoris roborauit exemplum.Ecce filius dei pceptor & doctor de cę cet q̃ licuit
lo venit,quod præcipit,fecit,quod docet,opere oſtendit.Dilexit inimicos,nam cũ inimi Iudæis
ci eſſemus(ait Apoſtolus)reconciliauit nos deo. In ipſo mortis articulo pro pſequẽtibus
& calumniantibus ſe orauit,pater(inquiens)ignoſce illis , non enĩ ſciunt qd faciunt,cun- Roma.5
ctiſqꝫ credere volentibus reatũ ſuæ mortis indulſit. Hoc exemplũ doctrinã eius adiuuat, Luc.23
quod qa defuit quando data eſt lex,erat ipſa lex infirma:ſimulqꝫ qa ſpm̃ dilectionis dare
non poterat, tale quid illi efficere,& ad perfectionem cogere hoĩes impoſſibile erat. Iſte
qa & pfectionis exemplũ & dilectionis ſpm̃ dedit,idcirco iam extunc vere à nobis imita
tionem exigit grandi propoſita ſpe,quæ cum venerit , profecto meritum omne excedit, Roma.8
vt ſumus filij dei,fratres & cohæredes vnici filij dei.. ¶Et in hoc dicto cũ dicit, vt ſitis filij Differentia
patris veſtri ꝗ in cœlis eſt,magna ſubinnuitur diſtantia filioꝝ multoꝝ, & ipſius vnici filij inter vnicũ
dei. Ille nanqꝫ,non vt eſſet filius dei,ſed qa erat filius dei,dilexit inimicos , ſecundum na- filiũ dei, &
turam ſuæ bonitatis : alij omnes,non qa ſunt , ſed vt ſint filij dei,diligant inimicos imita- multos fili
tione illius bonitatis,ꝗ ſolem ſuũ oriri facit ſup bonos & malos,& pluit ſup iuſtos & iniu- os dei
ſtos. Hoc ſi ſenſu duplici intelligas, abundantius valet : Nam eſt qdem magnũ bonitatis
ſiue benignitatis eius experimentũ , quod ſolem iſtum viſibilẽ facit oriri ſuper bonos &
malos,& pluuiã terræ neceſſariã pluit ſuper iuſtos & iniuſtos,ſed maius multo eſt, quod
ſolem iuſtitiæ,ſolẽ verũ,Chrm̃ filium ſuum notum facit bonis & malis,tam ꝗ ex Iudæis
q̃ qui ex gentibus ſunt,& voluntaria prædicationis euangelicæ pluuia cunctos irrigans,
cohortatur eos facere bonum fidei vel pœnitentiæ fructum . ⌊Si enim diligitis eos tan-
tum qui vos diligunt,quam mercedem habetis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſa
lutaueritis fratres veſtros tm̃,qd amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciũt? Eſtote er
go perfecti,ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.⌋ Vbi opus laborioſius, vbi labor eſt Chri pce-
operoſior,ibi vel inde merces maior,& corona adquiritur glorioſior.Porro,multi prę- pta nobis
cepta dei,imbecillitate ſua,non ſanctorum viribus , æſtimantes , putant eſſe impoſſibi- poſſibilia
lia quæ præcepta ſunt,& dicunt ſufficere virtutibus,non odiſſe inimicos cæterum dilige-
re plus eſſe,quàm humana natura patiatur. Non ſunt impoſſibilia,ſed poſſibile eſt obſer-
uari hæc omnia,quippe cum de iuſtis hominibus exempla nonnulla ſunt,qui hæc obſer- Acto.7
uauerunt.Stephanus prothomartyr deprecatus eſt pro lapidantibus inimicis , & Paulus Roma.9
optabat anathema eſſe pro perſecutoribus ſuis.Sed & ante exemplum huius filij dei, cui-
us eſt dictum , quiqꝫ fecit hoc ipſum , dicens:pater ignoſce eis,quod enim faciunt,neſci- Lucæ.23
unt.Dauid iniuſſus planxit Saulem,luxit Abſalon, ambos perſequentes,ambos ipſius ani 2.Reg.1
mã quærentes. Iniuſſum Dauid idcirco dixi,qa lex non iuſſerat inimico parci,ſiue doleri 2.Reg.18
de inimici. Euangeliũ autẽ,ſicut in cæteris ante dictis , ita in iſto ſupplet defectum legis.
¶Dictum

¶Dictum hoc,eſtote ergo & vos perfecti,ſicut & pater veſter cœleſtis pfectus eſt,quan
tæ grãæ ſit, ex oppoſito magis elucet.ſ.ex eo ꝙ ſerpens primis parentibus noſtris dixit,
Gene.3 ſuadens tranſgredi præceptũ,comedite,& eritis ſicut dij,ſcientes bonum & malum. Ma
lam viam quaſi ad perfectionẽ ille ſibilando ſuſurrauit,bonam viam ad verã perfectionẽ
iſte demonſtrando prædicauit.Eſtote(inqt)perfecti,eſtote non dico ſicut dij,ſed ſicut fi
lij dei.Eſtote(inquam)ita perfecti,ſecundũ modũ perfectionis,quo pater veſter cœleſtis
perfectus eſt,id eſt,non odiendo amicũ dei,quod vt fieret,ſerpens ſuaſit: ſed diligendo
etiã inimicos,cuius rei vobis exemplũ præbet ipſe pater cœleſtis.Illius doctrina nequam,
Pſal.81 abduxit hominẽ ad omnimodã dei diſſimilitudinẽ.Hæc doctrina æqua conformabit vos
1.Iohan.3 ad eiuſdem dei ſimilitudinẽ,vt fiat quod ſcriptũ eſt,ego dixi dij eſtis,& filij excelſi oẽs.
Quõ diffe- ¶In hoc(inqt apoſtolus Iohannes)manifeſti ſunt filij dei & filij diaboli.Nam filij diaboli
runt filij di ſunt,q nec amicos diligunt:in hoc imitantes diabolũ,q non dilexit,imo odio habuit crea
aboli a fi- torẽ ſuũ,cũ ille gratis & magnũ & ſpecioſum & ſapientẽ,ſicut apud Ezechielẽ teſtat, fe-
lijs dei cisset,& in monte ſancto dei,id eſt,in cœlo,poſuiſſet eũ:pſuaſitꝗ homini,vt neq; fidẽ,ne
Ezec.28.31 q; dilectionẽ haberet erga eundẽ creatorẽ ſuũ,ſuoꝗ exemplo contẽneret eũ, habẽdo p-
Gene.3 uerſum ſimilitudinis,id eſt,diuinitatis,eius appetitũ.Filij dei ſunt econtra,q etiã inimicos
Roma.5.8 diligunt,optãdo vt amici fiant,imitantes ipm deũ,qui cũ inimici eſſemus, vltro vobis ob
tulit reconciliationis gratiã,tanta dilectionis abundantia,vt proprio filio ſuo non parce-
ret,ſed pro nobis oĩbus traderet eũ.Ad huius imitationẽ ſuos filius dei auditores inuitãs,
cũ dixiſſet,eſtote & vos pfecti,protinus non quantitatẽ,ſed qualitatẽ perfectionis propo
nens,addidit,ſicut & pater veſter cœleſtis pfectus eſt.Quod eſt dicere:Sicut ille vos dile
xit,cũ eſſetis inimici,vt amicos faceret de inimicis,ita & vos diligite inimicos,dando ope
CAP.VI. rã,quoad poteſtis, vt conuertant,& efficiant amici.His explicitis,protinus dicit:⌊Atten
dite, ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hoĩbus, vt videamini ab eis, alioquin mercedẽ non
habebitis apud patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt.⌋ Poſt illa quæ hactenus tractata ſunt,dicta
iuſtitiæ,dicta legis adimplendæ,ſecundũ propoſitũ dicentis,non veni ſoluere legem,ſed
adimplere,nunc aduerſus intẽperantiã loqui incipit,exhortando ſuos,& informando ad
Philoſophi virtutẽ tẽperantiæ.Hoc ita facere incipit,vt attentos nos eſſe velit,dicendo,attendite ne
nõ vere co iuſtitiã veſtrã faciatis corã hoĩbus,vt videamini ab eis. ¶Venerabilis igit & vere cœle-
gnouerunt ſtis tẽperantiæ virtus hic inchoat prædicari, quam neſcierunt,ſicut & cæteras virtutes,
virtutes Ethnici,id eſt,gentiles,philoſophi inanes: q nomina qdẽ eaꝝ circa res aniles declamaue
runt,ſed naturã vel dignitatẽ ignorauerunt & fundamentũ,ſup quod eas ædificarent,nõ
habuerũt.Ego(inqt)vobis ſupra dixi,luceat lux veſtra corã hoĩbus,quod ſine dubio eſt
iuſtitiã facere corã hoĩbus:ſed non dixit,vt videamini ab eis, quod eſſet,ſine deo velle ſab
batizare ſiue gloriari:imo dixi,vt videntes opera veſtra bona,glorificent patrẽ veſtrum
qui in cœlis eſt,quod eſt quærere gloriam dei,& tendere in ſabbatiſmũ eius, vbi reqeſcit
& ipſe ab operibus ſuis.Alioquin ſi mercedẽ hic recipere feſtinatis, mercedẽ momenta-
neam,quæ in vſu hoĩm,in laude vel fauore populariũ,q̃ lenis,q̃ exilis eſt,mercedẽ(ait)nõ
habebitis apud patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt. ⌊Cum ergo facis eleemoſynam,nobi tuba
canere ante te,ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & vicis, vt honorificent ab hoĩbus.
Amen dico vobis,receperunt mercedẽ ſuam.⌋ Ergo (inquit) quoniam mercedẽ non ha-
bebit,q idcirco iuſtitiam ſuam facit coram hoĩbus, vt videat ab eis,cum facis eleemoſy-
Radix bo- nam &c.Opeꝝ bonoꝝ ex radice dilectionis prodeuntium, primũ vel præcipuum elee-
norũ ope- moſyna eſt,ſequens oratio,deinde ieiunium.Pauloante,radicẽ dilectionis intus in corde
rum dile- plantatam, vel fixam eſſe volens,dixit,audiſtis quia dictum eſt,diliges proximũ tuum &
ctio eſt odies inimicum tuum,ego autẽ dico vobis,diligite inimicos veſtros &c. Si ergo fixa eſt
in corde radix dilectiõis,bona eſt eleemoſyna,bona oratio,bonum & vtile ieiuniũ:de q
bus hic agit ipſe plantator eiuſdẽ dilectionis,qa fructus vitales ſunt,& mercedẽ vitæ æter
næ adquirunt. ¶Poſſunt autẽ hæc eadẽ foras extrudi,abſque radice dilectionis, ſed tali
prouentu omnis hoꝝ fructuũ pulchritudo eſt hypocriſis.Interpretat eñ hypocriſis de-
auratio,qđ nomẽ latinum ſic à nobis intelligit, vt res quælibet in ſuperficie colore lucẽs
aureo,ſentiat eſſe intus eſſe ſine auro.Vt ergo vicinius dictum ſit,ille hypocrita eſt q ele-
emoſynam qdem dat & orat & ieiunat,ſed intus aurum dilectionis non habens,duplici-
ter ambulat,penetralibus ſiue interioribus fœtidis,ſuperficie aurea.Eleemoſyna,quæ nõ
eiuſmodi eſt,quę nõ hypocriſis,id eſt,deauratio,ſed tota aurea,tota ipa auꝝ eſt,cuius ve
na ſeu venaꝝ principiũ dilectio eſt,vnde aurum verum miſericordiæ manu effodi ſolet,
hæc precioſa eſt,hæc in cœlũ aſcẽdit,& ibi regem regum,dominumꝗ dominantiũ dele
ctabiliter paſcit,potusꝗ illi eſt delectabilis,eũꝗ velut veſtimẽtũ cooperit,ſicut & ipſe ore
Math.25 proprio teſtificabit in die iudicij.Eſuriui eñ,& dediſtis mihi manducare & cętera.vſque
quando feciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis. ¶Et notandum, quod
huius



huius gratiæ ſex opera ſunt,quandã habẽtia ſimilitudinẽ ſex dieꝝ,quibus deus mundum Sex opera
perfecit & omnia quæ in mũdo ſunt,in eo videlicet,ꝙ & ipſa ſuum promeretur ſabbatũ, miſericor-
vt q hæc fecerit,etiã ipſe requieſcat ab operibus ſuis,ait apoſtolus,ſicut & à ſuis deus.Pri diæ perdu
mũ eſt,eſuriui & dediſtis mihi mãducre:ſecundũ,ſitiui & dediſtis mihi bibere:tertiũ,hoſ cunt in ſab
pes erã & collegiſtis me:quartũ,nudus & operuiſtis me:quintũ,infirmus & viſitaſtis me: batũ dñi.
ſextũ,in carcere erã & veniſtis ad me.Ingredient eñ in ſabbatũ,id eſt,in requiẽ dñi,qui Heb.4
hæc ſunt operati,vocãte ipſo q poſt ſex dies in ſeptimo requieuit, ac dicẽte:Venite bene
dicti patris mei,poſſidete paratũ vobis regnũ à cõſtitutione mũdi.Tali ac tanto illius ſab-
batiſmi bono animã ſuã intemperãs hypocrita defraudauit,qa faciens eleemoſynã,tuba
cecinit añ ſe,voluit videri in ſynagogis,voluit audiri in vicis,cupiuit ab hoĩbus honorari
& hãc mercedẽ vanus ambiuit,vacuus recepit,inanis tulit.⌊Te aũt(inquit)faciente elee
moſynã,neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.⌋Quid eñ opus eſt ſiniſtrã adhiberi,
vbi ſola dextera ſufficit?Quid opus eſt totũ corpus moueri ſiue inquietari diſcurrendo,
clamãdo,tuba canẽdo,cũ ſola manus dextera leui ductu ſeſe porrigẽdo,plus fundere poſ
ſit q̃ pauper petere auſus fuerit,plus ingerere q̃ tuũ poſſe aut velle ſit?Vtinã quieta manẽ Prouer.21
te ſiniſtra tantũ dare velis quantũ porrigere valet priuſq̃ laſſetur aut deficiat protẽta dex
tera.Idcirco ſic facito.⌊Vt ſit eleemoſyna tua in abſconſo.⌋Olim in parabolis q̃q; ſapiẽ-
tia dixerat:Munus abſconditũ extinguet iram,& donũ in ſinu indignationẽ maximam.
Hæc eſt illa redditio dei,quã protinus familiariter promittẽs,⌊Et pater tuus,inqt,qui vi Vnde deus
det in abſconſo,reddet tibi.⌋Vnde pater tuus?Nimiꝝ ex eo,ꝙ nõ contentus es obſerua- eſt pater
re illud antiquis dictũ,diliges amicũ tuum,& odies inimicũ tuum,ſed ad illius dicti ſup- noſter.
plementũ,ſi eſuriuit inimicus tuus cibaſti illum,ſi ſitiuit dediſti illi potum,vt vinceres in
bono malũ,quæ totius eleemoſynæ laudãda pfectio eſt.Inde eſt ille pater tuus,& tu tan
ti es patris filius,iuxta cõditionẽ dicẽtis,bene facite his qui oderũt vos,vt ſitis filij patris Roma.12
veſtri qui in cœlis eſt.Eadẽ de oratione,eadẽ de ieiunio ratio ſiue ſententia eſt,cauẽdam Sup.ca.5
ſcilicet eſſe in eis nequitiã hypocriſeos,qua fermentabatur omnis iuſtitia ſcribaꝝ & pha
riſæoꝝ,& eleemoſyna videlicet & oratio & ieiuniũ:quippe q ſicut eleemoſynã facientes
tuba canere ante ſe,ita &⌊in ſynagogis & in angulis plateaꝝ amãt,inquit,ſtantes orare,
vt videantur ab hoĩbus.⌋Et cũ ieiunant triſtes fiunt,vt pareant hoĩbus ieiunantes.Vnã
eandẽꝗ per ſingula iuſtus iudex depromit ſententiã.⌊Amẽ dico vobis,receperũt merce
dẽ ſuã.⌋Nunc iã quid dicat dignæ orationis formator & inſtitutor penſandũ eſt.⌊Oran
tes,inquit,nolite multũ loqui ſicut Ethnici.Putant eñ ꝙ in multiloquio ſuo exaudiant:
Nolite ergo aſſimilari eis.Scit eñ pater veſter,quid opus ſit vobis, antequã petatis eũ.⌋
Ethnicoꝝ non paruum circa voces compoſitionesꝗ verboꝝ fuit ſtudium,qualium ma
ximi vel notiſſimi ſunt inter poetas Vergilius,inter hiſtoriographos Saluſtius, inter ora
tores Marcus Tullius:Taliũ ſcripta ſi ſanctis ac diuinis ſcripturis cõferas ea maxime diſ-
cernunt diſtantia,q̊d apud illos res exiles atq; ignobiles vtpote terrenæ,&,de cœleſtibus
ſiue ſpũalibus nihil habentes,verbis ornantur:in ſanctis aũt ſcripturis non res verbis,imo
verba rebus venerabiliter decorantur.Ibi verba conquiſita *iusꝗ ſequentia rebus cadu- Lego,vixꝗ
cis maieſtatẽ quandã afferre cogunt:hic aũt res magnas,res diuinas ſponte verba ſequun
tur,& q̃uis pulchra ſint,ita rerũ maieſtate operiunt,vt niſi diligenter attendas,vix appa-
reat eloquentia,quod præſens adſit,dominamꝗ ſuã ſapientiã libẽter comitetur.Nolite
ergo,inquit,aſſimilari eis,nolite putare,quẽadmodũ ipſi,q̊d in multiloquio exaudiamini
deumꝗ iudicem magis longa & eleganti oratione q̃ rerum veritate flectere aut vincere
poſſitis,aut ꝙ docilem facere ſiue docere deum opus ſit.Scit eñ pater veſter quid opus
ſit vobis,anteq̃ petatis eum.¶Cõſurgit in hoc loco quædã hæreſis philoſophoꝝ q̊q; do Obiectio
gma peruerſum,dicentiũ:Si nouit deus qd oremus,& anteq̃ petamus,ſcit qbus indigea hæreticoꝝ.
mus,fruſtra ſcienti loquimur.Quibus breuiter reſpõdendũ eſt,nos nõ narratores eſſe,ſed
rogatores.Aliud eſt eñ narrare ignorãti,aliud ſcientẽ petere.In illo iudiciũ eſt,hic obſe Solutio bre
quiũ.Ibi fideliter referimus,hic miſerabiliter obſecramus.Plus adhuc dicendũ & venera uis & ele-
biliter ſentiendũ eſt,quia ſpecioſum hoc inter deũ & homines commerciũ,ſcilicet oratio gans de o-
nõ debet eſſe ſolummodo ad accipiendũ,verumetiã ad occurrendũ,ſcilicet vt beneficijs rãdo deũ.
dei venientibus,donis altiſſimi gratis affluentibus,ſolennẽ & religioſum oratio ſancta p̃-
beat occurſum,iuxta illud Pſalmiſtæ:Et mane oratio mea p̃ueniet te.Exempli gratia:Ec Pſal.87.
ce ancilla dñi,ait Maria,fiat mihi ſecundũ verbum tuũ.Deniq; iam fiebat,iam ex ore an- Lucæ.1.
geli verbũ audierat & concipiebat:& tamẽ orando dixit, imprecando ſibi clamauit cla-
more cordis inenarrabili,fiat mihi ſecundũ verbum tuũ.¶Hoc propemodũ eſt tale,ac ſi Apta ſimi
perſonã dignã chorus excipiat,aut cœtus ſolennis procedens obuiam,nõ iam vt veniat, tudo.
ſed quia venit.Hinc eſt q̊d quotidie cibũ tam ſpiritualem q̃ corporalem cũ oratione per-
cipimus,iamꝗ habẽtes præ oculis aut prope tenẽtes in manibus panẽ dominicum vitæ

æternæ,panē victualem neceſſariū huic temporali vitæ:nihilominus oramus & dicimus,
panē noſtrū quotidianum da nobis hodie,quia videlicet benigna voluntas dei omnia tri
buentis,ſimiles optat ſibi eſſe vultus interioris hominis accipiētis:vt q̊d datur diuinę cha
ritatis beneficio,ſuſcipiatur cū deſiderio,deſideriūq; ipſum teſtat̃ oratio,ſocialiterq; ora
tionē ſubſequēs gratiaꝝ actio.Cū igitur dicit,ſcit em̄ pater veſter,quid opus ſit vobis,an
Iob.41. tequā petatis eum:nō otioſum aut ſuperfluū nos exiſtimare vult orationis ſtudiū,ſed vi-
Oratio lon tare multiloquiū,ſcientes quod & olim de Behemoth ad beatū Iob dixit,nō parcā ei ver
ga cū affe- bis potētibus,& ad deprecandū cōpoſitis.¶Quid ſi ex affectu diuinæ inſpiratiōis oratio
ctu lauda- protē datur?Nunquid pro multiloquio reputabitur,& erit cōtra inſtitutionē dicētis,orā
bilis. tes aūt nolite multū loqui ſicut ethnici?Nequaꝗ:Alioquin q̄d fiet de orationibus pſalmi
ſticis,id eſt,pſalmis pluribus modo locutiōis oratorio vel deprecatorio currētibus,&nō
adeo breuibus,nec paꝝ bene cōpoſitis?Taceo de multis oratiōibus eccleſiaſticis, quas re
ligioſus paſſim cōuentus priuatim ruminare & publice perſonare cōſueuit,pleraſq; pro-
lixas& luculēto ſermone à ſcholaſticis cōpoſitas:de pſalmis dūtaxat nunc dico,quos eſſe
cōpoſitos nō dubitamus autore ſpū ſancto,ſpū prophetico.Nunquid debebūt contemni
pro hac autoritate dicentis,nolite multū loqui?Proinde diligenter animaduertendū eſt,
qui nō tantummodo dixit,nolite multū loqui,ſed addidit,ſicut ethnici:& ſic intelligen-
dū,ac ſi dixiſſet,nolite multū loqui,niſi forte affluant verba precū ex affectu diuinæ inſpi
Similitudo rationis.¶Ecce aliud:Scientia inflat,inquit Apoſtolus,ſubiungēs,charitas aūt ædificat.
1.Cor.8. Nunq̄d hoc dicto ſcientiam cōdemnat?Non vtiq;,ſed charitatē cōmendat,eamq; ſocia
liter cū ſcientia nobis ineſſe deſiderat.Scientia nanq; ſine charitate,verū quidē eſt,q̄a in-
flat,eſt em̄ ſecularis ſcientia,cum charitate vero ſcientia multū ædificat,eſt em̄ donū dei,
Eſa.11. cū ſit ſpiritus ſcientiæ vnus de ſeptem ſpiritibus dn̄i,quintus in ordine, quē propheta ta-
liter præſcripſit:Spiritus ſapientiæ & intellectus,ſpūs conſilij & fortitudinis, ſpūs ſcien-
tiæ & pietatis,& ſpūs timoris dn̄i.Itaq; ſicut ſcientiam nō propter ſemetipſam, ſed pro-
pter viduitatē quandā,dum ſine charitate eſt,vituperat Apoſtolus dicens,ſcientia inflat:
ita longā & facundā orationem dn̄s,non propter ſemetipſam vel propter ſuimet longi-
tudinē reprobat,ſed propter ſimilē ignobilitatē,dum deſideriū ſanctū non habēs, quili-
bet more ethnicoꝝ verba multiplicat.¶Nā ſi vtrunq; adſit,nō ſolū orantē iuuat,verum
Oratio mu etiā audientē ædificat:vtq; abundātius ædificet,pleraq; oratio eccleſiæ muſicæ dulcedi-
ſicalis plus nis ſuauitate cōdita eſt.Valet em̄ auditus muſicæ dulcedinis pſallēdo atq; orādo ad inui-
afficit. tandā ſiue excitandā in pectore noſtro ſpūs ſancti grām,ſecundū Heliſæi prophetæ ex-
emplū,de quo taliter ſcriptū eſt in libro Regū:Viuit dn̄s exercituum, in cuius conſpectu
ſto,ait ipſe ad Ioram regē Iſrael,ꝙ ſi nō vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem,nec
attendiſſem quidē te,nec reſpexiſſem.Nunc autē adducite mihi pſaltem:Cumq; caneret
pſaltes facta eſt ſuper eū manus dn̄i,& ait:Hæc dicit dn̄s:Facite in hoc alueo torrētis foſ-
ſas & foſſas&c.Non dubito pleroſq; eſſe,q huius rei experimentū quantulumcunq; aſſe-
cuti ſunt,& ſecundū illud exemplū nonnunꝗ perſenſerint in auditu ſiue decātatione lau
dis ſiue orationis bene & moroſe eū muſico modulamine ſonātis,ꝙ ipſoꝝ viſcera concu-
teret impetus ſpūs ſancti,inundās affectus diuinæ inſpirationis,vis magna ſanctæ com-
punctionis.Fit deniq;,neſcio qua naturę vi,vt multo amplius afficiar audiēdo ſublimiter
Exod.32. canentē eccleſiæ choꝝ cum multitudine ſonorum.Exempli gratia:Illam orationē Mo-
Exod.33 ſi,obſecro dn̄e,dimitte peccata populi tui,itemq; quod orauit idem Moſes eundem do-
minū & dixit,ſi inueni grām in conſpectu tuo,oſtende mihi teipſum manifeſte,vt videā
te,ꝗ ſi ſimplicem eiuſdem orationis literaturā,vt in libro hiſtorico ſcripta eſt,legam vel
audiā.¶Quid igitur valet nobis hæc inſtitutio breuitatis,qua nos informare volēs. Sic
ergo,inquit,vos orabitis?Hoc nimiꝝ quod iactantiæ ſiue elationis vitium,quæ in multi-
loquio ſolet obrepere,per cōpendiū ſiue breuitatē melius poteſt animus infirmus effuge
re:& ꝑterea quia modus hic orationis,q breuitati ſtudet,cæteris modis facilior, cūctiſq;
puſillis pariter atq; maioribus magis accōmodatus eſt.¶Sunt nāq; tres orationis modi
Tres modi in q̄bus dn̄o beneplacitū eſt,quartus illi oīno diſplicet.Primus modus eſt,cū oratio ex
orādi, deo affectu(ſicut iā dictū eſt)diuinæ inſpirationis protēditur,ſicut fiebat Annæ,quæ in tantū
placiti. multiplicabat ꝑces,vt eā æſtimaret Heli temulentā.Factū eſt,inquit ſcriptura,cū illa mul
1.Regū.1. tiplicaret ꝑces corā dn̄o,vt Heli obſeruaret os eius.Porro Anna loquebat̃ in corde ſuo,
tantūq; labia eius mouebātur,& vox penitus nō audiebatur.Aeſtimauit ergo eā Heli te-
Acto.2. mulentā,dixitq; ei:Vſquequo ebria eris.Digere pauliſper vinū quo mades.Secūdū ſimi-
litudinē illius,eccleſia de gentibus,quæ dudū ſterilis deo erat,nunc autem peperit pluri-
mos,preces coram dn̄o bene multiplicat,& ex quo ſic cœpit loqui,æſtimauit eā temulē-
tam Heli,ſcilicet vana ſapiētia veteris ſacerdotij.Dixerunt em̄,quia muſto pleni ſunt iſti
neſcientes & deridentes gratiā,quæ poſtea ſterilem iſtā parere fecit.¶Secundus oratio-
nis



nis modus,quem dn̄s loco ꝑſenti cōmendat,vt videlicet ſciat orans quod nō in clamoſa
voce,nō in multiloquio,ſed in cōtritiōe cordis dn̄s exaudiat:quodq; oratio breuis & pu
ra eſſe debeat,vt iſta:Pater noſter q es in cœlis &c.¶Tertius modus eſt,dum nō ſolū ſi-
ne clamoſa voce,verumetiā abſq; motu labioꝝ quis orat intrinſecus oratiōe clauſa,ſicut
orabat Moſes,quando perſequēte Pharaone dixit ad eū dn̄s:Quid clamas ad me?Nihil Exo.14
em̄ tūc ore loquebat̃ ad dn̄m,ſed magnus clamor magnū erat deſideriū.Hinc Pſalmiſta: Pſalm.9
Deſiderium paupeꝝ exaudiuit dn̄s,ꝑparationis cordis eoꝝ audiuit auris tua.¶Quartus Quart9mo
orationis modus omnino(vt iā dictū eſt)dn̄o diſplicet,videlicet vbi multiloquiū eſt abſq; dus hypo-
affectu diuinæ inſpirationis,quē ſolū habēt vel habere poſſunt hypocritæ,multū loquen critaꝝ eſt.
tes ſicut ethnici,in ſynagogis & in angulis plateaꝝ ſtantes,vel ſtādo orātes,& videri vo
lentes,de tribus iā dictis modis orandi faciliorē modū tam puſillis ꝗ maioribus magis cō
modū vel aptum,ſcilicet breuiorē pauciſq; verbis contentū,præſcribit dicens.⌊Sic ergo
vos orabitis:Pater noſter qui es in cœlis ſanctificet̃ nomē tuū &c.⌋Hæc oratio forſitan
diſcipulis dn̄i adhuc rudibus ob ſui breuitatē inſufficiens viſa eſt.Nā ſicut Lucas memo- Luc.11.
rat,cū eſſet in loco quodā orans,vt ceſſauit,dixit vnus ex diſcipulis eius ad eū:Dn̄e doce
nos orare,ſicut & Iohānes docuit diſcipulos ſuos.Quale hoc erat diſcipulos dn̄i rogare
vt ſicut docuerat homo Iohannes ita doceret orare,Iohannes em̄ homo erat.Vt aūt,ſi-
cut oportet,oremus,nemo docere poteſt,niſi ſolus deus. Hinc Apoſtolus:Nā quid ore Roma.8.
mus ſicut oportet,neſcimus,ſed ipſe ſpūs poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
Ergo qm̄ doceri volebant, ſicut homo hominē docere poteſt, ſicut homines diſcipulos
ſuos docere potuerat homo Iohānes,quid vel quomodo eis reſpōdit?Cū oratis,inquit, Lucæ.11
dicite:Pater,ſanctificet̃ nomen tuū,adueniat regnū tuum,panē noſtrum quotidianū da
nobis hodie,& dimitte nobis peccata nr̄a,ſiquidē & ipſi dimittimus omni debēti nobis,
& ne nos inducas in tentationē.¶Si parū cōpoſitus vel inſufficiēs videbatur illis modus Pater no-
orationis,ꝗ ſecundū hunc euangeliſtā Matthæū ipſe vltro in monte docuit,& idcirco in ſter,breui9
loco alio rogauerūt ſe doceri,ſicut Iohānes orare docuit,pulchre nimiꝝ illis compoſitio apud Lucā
nē ſiue longitudinē orationis nō ſolum nō auxit,verumetiā diminuit.Nam de ſeptē pe- ꝗ apud
titionibus duas omiſit,tertiā & vltimā,fiat volūtas tua ſicut in cœlo & in terra,ſed libera Matth.
nos à malo,& laudē breuiſſimā,quā hic in Matthæo ꝑmiſit,vti ſolēne eſt orationē à lau-
de,inchoare,poſt primā appellationē,pr̄ noſter q es in cœlis.Nec mora,vt magis ac ma
gis notū ſit orāti,qui cū deo verba facit,ꝙ nō opus ſit ei longo vel cōpoſito ſermone fati
gari.Quis veſtrū habebit amicū,& ibit ad illū media nocte & dicet illi,amice cōmoda mi Ibidem.
hi tres panes,qm̄ amicus meus venit de via ad me,& nō habeo quod ponā ante illum.Ni
mirū qui ſic venit ad amici ſui oſtiū,non ſermonē affert longū præmeditatū,diligēter cō
poſitū ſiue accuratū,ſed & ſi tota nocte ſtandū ſibi & rogandū eſt,vnus idēq; ſermo eſt,
breuis eſt,& hoc idē repetit cēties,reſonatq; millies,amice cōmoda mihi tres panes.Se-
cundū hoc exēplū,petite,inq̄t,& dabit̃ vobis,quærite & inuenietis,pulſate & aperiet̃ vo
bis.Quid petimus?Quid querimus?Spiritū bonū,ait:Si em̄ vos cū ſitis mali,noſtis bona
data dare filijs veſtris,quāto magis pater veſter de cœlo dabit ſpm̄ bonū petētibus ſe,ſub
auditur q doceat vos orare?Dixiſtis em̄,dn̄e doce nos orare,ſicut & Iohānes docuit diſ-
cipulos ſuos,ignorātes q̄a doctrina huiuſmodi nō eſt Iohannis ſiue alicuius hoīs,ſed ſo-
lius ſpūs boni,ſpūs ſancti.¶Proinde ſi cōpendioſum quæris iter ad cōſequendā orandi
ſcientiā,nec iſta ſecundū Matthæū breui,nec illa ſecundū Lucā breuiori oratione adeo
opus tibi erit,tantūmodo perſiſtas rogans patrē,poſtulans amicū,da mihi ſpm̄ bonū,da
mihi ſpm̄ ſanctū.Quē cū ille dederit tibi,iā vere orandi ſcientiā habebis,& miro modo
ſic in oratione vehemēter occupatus eris,vt verbū aliq̊d proferre vix poſſis:q̄a nō vaca-
bit gemitu cōtinuo totū ꝑoccupante officiū vocis.Hinc eſt illud:Nā quid oremus ſicut Roma.8
oportet neſcimus,ſed ipſe ſpūs poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.Qui autē
ſcrutatur corda,ſcit quid deſideret ſpūs,quia ſecundū deum poſtulat pro ſanctis. ¶Igit̃ Oēs tū ma
hāc orationē dominicā,parteſq; eius.i.petitiones ſeptē,quaꝝ prima eſt,ſanctificet̃ no- gni tū par
mē tuū:vltima,ſed libera nos à malo:ſic recte accipimus tanꝗ prima ſciētiæ vel doctrinę ui,orare de
huius,qua ad orandū ſumus informati,elementa:qm̄ veluti pueris hæc tradita ſunt,cum bent,pater
necdū accepiſſent ſpm̄ paracletū,dicentibus interdū,dn̄e doce nos orare,ſicut & Iohan noſter.
nes docuit diſcipulos ſuos.Etiā ſi fuerimus perfecti,ita,vt(ſicut iā ſupra dictū eſt)ſpūs il- Luc.11.
le gemitibus inenarrabilibus oret vel poſtulet pro nobis,non t̄n oratio hæc,oratio domi
nica,prima cunctaꝝ orationū ab ore nr̄o cadere debet,ne videamur nobiſipſis magni &
or̄onis huius nō indigētes,quæ quaſi pueris,id eſt,incipiētibus propoſita ſit,vt habeāt ali-
q̊d initiū diſſimilitudinis,ab improbitate hypocritaꝝ,q̊ꝝ tota oratio eſt multiloquium.
¶Et quidem breuis & paruis apta eſt,ſed & magnos delectare atq; exercere pōt,& in pri
mis appellatio hæc,pr̄ noſter,Qui em̄,cui dicimus,pater noſter?Nos quondā filij iræ,filij Ephe.2

 gehen-

gehẽnæ,filij mortis,filij diaboli,dicimus pr̃ noſter,patri miſericordiaꝝ,patri cœleſtis pa
triæ,patri vitæ ſempiternæ,patri dñi noſtri Ieſu Chr̃i,dei ſibimet coæqualis & coæterni.
Roma.6 Gratia huius vnici filij ſic loquimur patri huic,ex quo ſumus renati,q̄ male fueramus na-
Galat.5 ti,& mirabili cõpendio mala ſors nr̃a ſic mutata eſt,ꝙ effecti ſumus filij dei,credendo in
eũ,qui cũ ſolus filius dei eſſet,naturæ nr̃æ particeps factus eſt. Gratiã iſtam miratur om̃is
creatura,p̃dicat per orbẽ ſancta eccleſia,venerantur angeli,reuerẽtur archangeli,magni
ficant throni,glorificãt dominationes,laudãt principatus,adorant poteſtates,benedicũt
1.Petri.1 virtutes,deſiderãt in eã proſpicere Cherubin atq; Seraphin. ¶Admirationẽ tantæ gratiæ
Qui es in nos quoq; habere innuit laus iſta q̃ breuis,q̄ es in cœlis. Quis em̃ docilis ad orandũ puer,
cœlis. docilis ad inuocandũ patrẽ,nõ admiretur,quod iſte pater cũ in cœlis,id eſt,tantũ in inui-
ſibilibus q̃ nobis inuiſibilia ſunt poſſit videri,hic in iſto ſeculo viſibili,vbi eũ non videt ho
Iaco.1. mo,nos genuit:queadmodũ apoſtolus Iacobus:Volũtarie em̃,inqt,genuit nos verbo ve
ritatis,vt ſimus initiũ aliquod creaturæ eius. Quãuis aũt cœloꝝ nomine patria ſignifice-
tur inuiſibilis,vbi ſancti habitãt angeli,& quo Chr̃s quadrageſimo poſt reſurrectionẽ
ſuã die,vidẽtibus apoſtolis aſcendit:nihilominus tamen cœli dicunt & ſunt ſupra memo
rati nouẽ ordines angeloꝝ & in eiuſmodi cœlis hic pater noſter eſt,q̊d eſt beatitudo il-
lorũ:quia videlicet deũ in illis eſſe,hoc eſt,permanere & non mutari,quemadmodũ dicit
Exo. 3 ad Moſen,ego ſum qui ſum,& huius eſſentiã inuariabilẽ in ſemetipſis ſemper habẽt,ſem
per & abſq; vllo fine beati & immortales habebũt,& immortaliter paſcent hoc ſummo
Nos,pater bono,q̃ pleni ſunt,quo pleni permanebũt. ¶Hinc oẽs Chriſtiani,magni & parui,diuites
noſter.chri & pauperes,nobiles & plebei,dñi & ſerui,reges & mẽdici principes cum vulgo ignobili,
ſtus,pater oẽs omnino abſq; vlla diſtinctione gentis ſiue cõditionis,ſexus & ætatis,ordinis vel offi-
mi,dicere cij,pater noſter dicimus huic,& nemo noſtrũ dicit,pr̃ mi. Vnus eſt filius primogenitus &
debuit. vnigenitus,nõ vti nos,gr̃æ,ſed ſolus naturæ filius,cui cõuenit dicere,pater mi,& dixit cũ
Matth.26. traderetur,mi pr̃ ſi poſſibile eſt,trãſeat me calix iſte,& pater noſter nuſq̃ legitur dixiſſe.
Cur hoc? Videlicet q̄a diſſimiliter illi & nobis deus pater eſt:Illũ genuit,non adoptauit.
Prima pe- ¶Tali appellatione p̃miſſa,prima petitio hæc eſt. Sanctificetur nomen tuum. Sanctũ
titio,Sãcti ſemper fuit & eſt nomẽ dñi,veruntamẽ modus quidã eſt ſanctificationis eius nobis vtilis,
ficetur no quẽ per prophetã hoc modo promiſit:Sanctificabo nomen meũ magnũ,dicit dñs,vt ſci
men tuũ. ant oẽs gentes,quia ego dñs cum ſanctificatus fuero in vobis corã eis. Protinus ac ſi quæ-
Ezech.36 reret aliquis,quomodo nomẽ tuũ ſanctificabis? ait:Tollam quippe vos de gẽtibus,& cõ
gregabo vos de vniuerſis terris,& adducam vos in terrã veſtram,& effundam ſuper vos
aquã mundã,& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris,& dabo vobis cor no-
uum,& ſpiritũ nouum ponam in medio veſtri,& cætera:quibus vtiq; verbis gratia præſi
gnatur baptiſmi Chriſti. ¶Ergo tolli de gentibus,& cõgregari de vniuerſis terris credẽ-
tes in Chriſtũ,& baptizari eos in remiſſionẽ peccatoꝝ,hoc ſanctificari eſt nomen tuum
o deus pater omniũ:quia ſic ſancti fiunt hi,ſuper quos inuocatur nomen tuũ. Etenim ſan
ctificatio hæc reuera nominis tui ſanctificatio eſt,quia non tam ipſis datur,q̃ tuo nomi-
Pſal. 113. ni,iuxta illud quod dictũ eſt per Pſalmiſtã:Non nobis domine nõ nobis,ſed nomini tuo
da gloriã. Vt autẽ ſanctificatio hæc in plures redundaret,primus ipſe Chriſtus ſanctifica
Luc.12 tus eſt,eodẽ baptiſmo quo moriendo baptizatus eſt,ſicut p̃dixerat,ego,inquiens,baptiſ-
mo habeo baptizari,& quomodo coartor vſq; dum perficiatur? Et ſub ipſo paſſionis arti
Iohã.17. culo,cũ dixiſſet orans ad patrẽ,ſanctifica eos in veritate,ſubinde,& pro eis ſanctifico,ait,
Eſa.53 meipſum,vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Quid em̃ ſanctificari ipſum ſanctũ ſancto-
rũ,niſi ſanctificari pro peccatis omniũ,& auferri illi quas poſuerat in eo deus iniquitates
omniũ noſtrũ? In illo ſanctificationis actu,o deus pater,ſanctificatum eſt nomen tuum,
quia per effuſionẽ ſanguinis & aquæ de latere eius ſanctificati ſunt,& remiſſionẽ accepe-
runt hi,ſuper quos inuocatũ erat nomen tuũ. Igitur q̊d dicimus,ſanctificetur nomẽ tuũ,
hoc dicere eſt,conuertantur gentes & remiſſionẽ peccatoꝝ accipiant per nomen tuum,
& omniũ orationũ quaſcunq; offerimus ſiue pro catechuminis noſtris,ſiue pro hæreticis
& ſchiſmaticis,ſiue etiã pro perfidis Iudæis,& pro paganis nunc vſq; incredulis,vt con-
uertantur ad deũ verum & viuum,& vnicũ filium eius Ieſum Chriſtum,deum & domi-
num noſtrũ,ſumma hæc eſt,ſanctificetur nomen tuũ. ¶Secunda petitio eſt. Adueniat
Secũda pe regnũ tuũ. Quando hac oratione diſcipulos ſuos informabat,ſicut baptiſmi ſacramen-
titio,Adue tũ,quod nobis eſt ſanctificatio nominis dñi,necdum conditũ fuerat,ita & regnũ dei non
niat reg.t. dũ venerat,ſed appropinquabat,iuxta hoc euangelicæ p̃dicationis initium,pœnitentiã
Matth.4 agite,appropinquabit em̃ regnum cœloꝝ. Ex eo nanq; regnũ dei aduenit & intra nos
Lucæ.17 eſt,ex quo princeps mũdi huius foras miſſus eſt,quod per paſſionẽ & reſurrectionẽ ſuã
Iohan.12. mox fore prænuncians,ecce em̃,inquit,regnũ dei intra vos eſt. Eatenus mos regnabat.
Quamuis lex ſubintraſſet,nihilominus tamen peccatum tyrannizabat,quemadmodum
Apoſto-



Apoſtolus cũ dixiſſet,ſed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moſen,&c.demũ ſubintulit:
Lex aũt ſubintrauit,vt abũdaret delictũ. Quid ergo adhuc oramus,adueniat regnũ tuũ? Roma.5
Videlicet vt regi regni eius omnia ſint ſubiecta,totũq; cõpleatur illud,quod Pſalmiſta cũ Pſal.8
dixiſſet,gloria & honore coronaſti eum,& conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuaꝝ,ad-
didit adhuc:Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Hinc Apoſtolus:Nunc aũt,ait,necdũ vi- Hebræ.2
demus omnia ſubiecta ei,eum aũt qui modicum q̃ angeli minoratus eſt,videmus dñm
Ieſum propter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatũ. Et alibi dicit:Deinde finis,cũ 1.Cor.15
tradiderit Chriſtus regnũ deo patri,cũ euacuauerit omnẽ principatũ,& poteſtatẽ,& vir
tutẽ,& dominationẽ. Oportet aũt illum regnare,donec ponat inimicos ſuos ſub pedibꝰ
eius. Nouiſſima aũt inimica deſtruet mors. Igitur q̃uis iam aduenerit,iamq; ſit intra nos
regnũ dei,ex quo Chr̃s propter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatus eſt:nihilo-
minus tñ adhuc oramus,adueniat regnũ tuum,id eſt,nouiſſima deſtructione mortis p̃fi-
ciatur,nihilq; relinquat illi nõ ſubiectũ,nullumq; remaneat ſcandalũ,iuxta quod alibi di-
cebat:Et colligẽt de regno eius oĩa ſcandala. ¶Tertia petitio. Fiat voluntas tua ſicut in Matth.13
cœlo & in terra. Iuxta ſenſum iam dictũ fere ſuperabundat,vnde & adud Lucã ſtudio Tertia peti
breuitatis p̃termiſit eam,vt ſupra iam dictũ eſt. Quis enim regnat & nõ ſit eius vuluntas? tio,Fiat vo
Veruntamẽ nõnihil intereſt,q̄a videlicet regnat ſuper bonos & malos,ſuper eos q̊q; qui lũtas tua.
dixerũt,nolumus hunc regnare ſuper nos,queadmodum in propheta dixit:Et regnabo Lucæ.19
ſuper vos in furore meo:in ſolis autẽ bonis & ſanctis voluntas eius eſt. Hinc ad Hieruſalẽ Ezech.20.
dicit:Nõ vocaberis vltra derelicta,& terra tua nõ vocabitur amplius deſolata,ſed voca- Eſa.62
beris,volũtas mea in ea. Ecõtra reprobis loquitur:Nõ eſt voluntas mihi in vobis. Recte Malach.1.
igitur cũ dicimus,adueniat regnũ tuũ,qm̃ ſup aduerſarios quoq; ſuos regnabit,oramus,
vt faciat ipſe,quatenus noſtra ſit ſubiectio voluntaria,dicẽdo,fiat volũtas tua ſicut in cœ
lo & in terra. In cœlo nãq;,id eſt,in beatis ſpiritibus,facta eſt & fit voluntas eius,nihilq;
illi repugnat,deiecto cũ ſuis ſatellitibus aduerſario,qui idcirco cecidit,q̄a repugnabat re
bellione voluntatis malæ,vnde & vocabat diabolus & ſatanas. Et ſi ſunt plurimæ volun Apo.12
tates eius,q̄a plura ſunt p̃cepta eius,vnde & in pſalmo dicit:Sanctis q̄ in terra ſunt eius,
mirificaui oẽs voluntates meas in eis. Hæc ſumma eſt volũtas eius,vt viuamus,vt ſalui fia Pſal.15.
mus. Hinc ipſe filijs loquit:Hæc eſt aũt voluntas eius,q̄ miſit me,patris,vt omne q̊d de-
dit mihi nõ perdã ex eo,ſed reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die. Et rurſum:Hæc eſt aũt volũ- Iohan.6
tas patris mei,q̄ miſit me,vt omnis,q̄ videt filiũ,& credit in eum,habeat vitam æternam
¶Quarta petitio. Panẽ noſtrũ ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie. Hic quidẽ ſuperſub- Quarta pe
ſtantialẽ,in Luca vero panẽ legimus quotidianũ. Poſſumus ſuperſtantialẽ panem intelli titio,Panẽ
gere,qui ſuper oẽs ſubſtantias ſit,& vniuerſas ſuperet creaturas,qui & dicit:Ego ſum pa noſtrũ,&c.
nis viuus,q̄ de cœlo deſcendi. Alij ſimpliciter putãt ſecundũ Apoſtoli dictũ,habentes vi Ibidem
ctũ & veſtitũ his cõtenti ſumus,de p̃ſenti tantũ cibo ſanctos curã gerere,vnde & in po- 1.Timo.6
ſterioribus ſit p̃ceptũ,nolite cogitare de craſtino. ¶Huiuſmodi panẽ à deo petiſſe vel ſpe Matth.6
raſſe primus legitur Iacob peregre proficiſcẽs:Si,inqt,fuerit dñs mecũ,& cuſtodierit in Triplex
via per quã ambulo,& dederit mihi panẽ ad edendũ &c. Alius eſt panis ſermo dei,de q̊ panis.
Moſes dicit:Nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod egreditur de ore dei. Gene.28
Cuius defectũ cõminatur per prophetã deus populo peccatori:Mittã,inquiens,vobis fa Deut.8.
mem audiendi verbũ dei. Tertius eſt panis,caro Chriſti,quã nobis de ſancto altari dat Amos.8
queadmodũ dixit:& panis quẽ ego dabo,caro mea eſt pro mũdi vita. Quidlibet horum
triũ cogites,dei donũ eſt,nec alius quis p̃ter eũ dare poteſt. Si de pane victuali q̃ras,quis Iohan.6
alius facit,vt eum terra producat? Si de pane ſpũali quod eſt verbũ dei,quomodo niſi per
dei aſpirationẽ datur? Quomodo,inquit Apoſtolus,prædicabunt,niſi mittãtur. Si de pa Roma.10
ne ſacramẽti,quis niſi deus facere poteſt,vt tibi ad vitã detur,& in remiſſionẽ peccatoꝝ
à te percipiat? Igitur panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie,ſic dicat ſapiens etiã rex,
vt veraciter cõfiteatur,nec erubeſcat confiteri dicens:Ego aũt mendicus ſum & pauper. Pſal.39
¶Quinta petitio. Et dimitte nobis debita nr̃a ſicut & nos dimittimus debitoribus no- Quinta pe
ſtris. Qualiter nos,quoꝝ multa ſunt debita,dimittamus debitoribus nr̃is,ipſe huius ora titio,Et di-
tionis autor exemplo ſuo docuit,qui nulli quicquã debuit. Cum em̃ crucifigeretur,dice- mitte no-
bat:Pater,dimitte illis,nõ em̃ ſciunt q̄d faciunt. Sciebat em̃ inter eos eſſe nõnullos,neſciẽ bis,&c.
tes q̄d facerent,eoſq; dicturos eſſe ad Petrũ & ad reliquos apoſtolos:Quid faciemus viri Lucæ.23
fratres? Credituri erãt ex illis plurimi,& dimiſſus eſt illis ſanguis eius,ſecundũ petitionẽ Acto.2.
dicẽtis,pater dimitte illis. Similiter optare debemus cunctis debitoribus nr̃is,& nõ quæ-
rere vltionẽ ex eis,& tũc ore libero,mẽte ſecura dicere poterimus:Dimitte nobis ſicut &
nos dimittimus. Quid,ſi nõ neſciunt quid faciũt,ſed inuidẽdo perſequuntur nos & occi
dunt,maxime propter Chriſtũ? Nunq̄d exigitur à nobis vt dimittamus eis,ſi volumꝰ no
bis debita noſtra dimitti? Imo nõ ſolũ inculpabiliter,verumetiã iuſte clamamus id quod
f 3 valde

Pſal.78. valde notum & vſitatũ eſt, vindica domine ſanguinẽ ſanctorũ tuorum qui effuſus eſt, &
redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorũ. Nonne his ſimilia, imo & fere grauiora, ipſa
Hiere.18 Chriſti perſona loquitur in propheta: Fiant, inquit, vxores eorũ abſq; liberis & viduæ, &
viri eorũ interficiãtur morte, & cætera quæ ita concludit: Ne propitieris iniquitati eorũ,
& peccatũ eorũ à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in cõſpectu tuo, in tempore fu
roris tui abutere eis. Debita pecuniæ ſeu quarumlibet rerũ, quæ nobis iure debent, vt di-
mittamus debitoribus noſtris, cõuẽtio nos iſta nõ cogit, niſi forte pro miſericordia, ſi de
bitor attenuatus paupertate, reddere non poſſit. Siquidẽ & ipſe dñs, quod iure ſibi debet
vel q̃d ei ſemel quiſpiã vouit, nequaq̃ dimittit, ſiue bonũ ſiue malũ ſit, ſed nec altero com
Leui.27. mutari cõcedit, imo dicit: Si quis mutauerit, & hoc q̃d mutatũ eſt, & pro quo mutatũ eſt,
Sexta peti ſanctificabitur dño, & non redimetur. ¶Sexta petitio. ⌊Et ne nos inducas in tentationẽ.⌋
tio, Et ne Ergo ne deus inducere ſolet in tentationẽ, vt dicamus ei, & ne nos inducas in tẽtationẽ?
nos in. &c. Non vtiq; in tentationẽ mali, tentationẽ concupiſcentiæ ſiue peccati. Nemo cũ tentatur,
Iaco.1. ait Iacobus apoſtolus, dicat quia à deo tentatur. Deus eñ intentator malorũ eſt. Ipſe aũt
neminẽ tentat. Vnuſquiſq; vero tentatur à cõcupiſcẽtia ſua abſtractus & illectus. Eſt alia
tentatio, ſcilicet tribulatio, quæ ab hoc ſeculo multis infertur modis, & eiuſmodi tentati-
Sap.3 one deus ſanctos ſuos tentare conſueuit. Hinc eſt illud per ſapientẽ dictũ: Deus tentauit
illos, tanq̃ aurũ in fornace probauit eos. Recte & ſapienter ſic tentari, id eſt, tribulari me-
tuentes, & pauidi dicamus deo, rogemus patrẽ, & ne nos inducas in tentationẽ. Sed di-
cit aliquis: Nonne & glorioſum & optabile eſt in tribulatione tentatos & probatos coro
nari? Nõne ex huiuſmodi tentationibus martyres ſancti facti ſunt glorioſi? Nonne ergo
magis optare debemus tentationẽ? De tentatione quoq; peccati ſi placet hic intelligi, nõ
aliter intelligendũ eſt, & ne nos inducas in tentationẽ, niſi ac ſi diceretur, & ne nos per-
Septima pe mittas induci in tentationẽ. ¶Septima petitio. ⌊Sed libera nos à malo: Amen.⌋ Hanc, vt
titio, Sed li ſuperius iam dictũ eſt ſecundũ Lucam, ſicut & tertiã illam: Fiat voluntas tua ſicut in cœ
bera nos a lo & in terra, ſtudio breuitatis omiſit, dũ plenius inculcare vult eis, qui nondum intellexe
malo. rant ex hac prima inſtitutione, quod orantes nõ oporteret multũ loqui. Et quidẽ vnum
idemq́; videntur ſignificare, & ne nos inducas in tentationẽ, ſed libera nos à malo: qm̃ in
tentationẽ non induci, id plane eſt à malo liberari: veruntamen magis vniuerſale nomẽ
eſt malum eorũ quæ nocent, & naturæ vel ſaluti humanæ aduerſa ſunt. Nam, vt de cæte
ris taceam, mors ipſa malum eſt, & infernus malũ eſt, & diabolus malus eſt, à quo gratia
dei per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum nos liberet: Amen. Hoc ſignaculum orationis
Pater no- dominicæ interpretatur vere vel fideliter. ¶Ecce hæc eſt oratio dominica, ſeptẽ diſtin-
ſter, exem- cta partibus, id eſt, petitionibus, & ipſa eſt cunctarũ exemplar orationũ, vt quicquid à pa
plar oĩm tre noſtro deo petere volumus, hic probemus vtrum deo placitum, vel ad ſalutẽ noſtrã
orationũ. ſit idoneum quod poſtulamus. Nam ſi ab iſtarũ qualibet petitionũ petentis intentio diſ-
cordat, nequaq̃ in nomine ſaluatoris poſtulat: & idcirco non arroget ſibi ſponſionẽ dicẽ
Iohan.16 tis, ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Et in cunctis quidẽ petitionibus
claret patris bonitas, in quinta aũt quæ eſt, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di-
mittimus debitoribus noſtris, bonitas ſimul & ſeueritas, quã protinus ita confirmat. ⌊Si
eñ dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta ve
ſtra: ſi aũt non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.⌋
Quàm bene bonitas & ſeueritas pij patris & iuſti iudicis per iſtam conditionem proui-
dit cunctis reconciliationem quæſituris, ſicut ipſe ſuperius dictauit dicens, ſi ergo offers
munus tuum ante altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te,
relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniẽs
Matth.5. offeres munus tuum. ¶Legimus hunc ipſum dominũ, vbi præcepta & iudicia ſua popu-
Optima ci lo ſuo per Moſen propoſuit, ita dicentem: Qui percuſſerit hominem volens eum occide
uitas refu- re, morte moriatur. Qui aũt non eſt inſidiatus, ſed deus illum tradidit in manus eius, con
gij, dimit- ſtituam tibi locũ, quo fugere debeat, ſubauditur, ne propinquus occiſi interficiat eũ, quod
tere fratri. alibi conſtituens plenius edicit: Quæ fortior vel magis munita ciuitas reis ad refugiendũ
Exod.21 eſſe potuit, q̃ iſta coniunctio iuſtitiæ ſeu charitatis, ſi non dimiſeritis, nec pater veſter di-
Nume.35. mittet vobis? Quis enim patris huius filius eſſe volens, ciuitatis huiuſce vectes & ſeras ef-
fringere audebit, & in eum vindicare qui in illam confugit, cupiendo reconciliari? Igitur
Matth.5. quoniam dixerat ſuperius, vade prius reconciliari, & ille poterat cauſari de difficultate
Exod.21 reconciliationis, puta dixiſſe dominum, conſtituam tibi locum quo fugere debeas, id eſt,
ponam conditionem de peccatis dimittendis, in quam timens incidere frater tuus, ſatiſ-
factionem tuam ſuſcipiat.

FINIS LIBRI QVINTI.

Ruper-



# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. VI.

MIſericordiam & veritatem (ait Pſalmiſta) diligit deus, gratiam & Pſal.83.
gloriam dabit dñs. Secundũ hoc veridicũ carmen hæc loquit dei
filius, quæ nunc tractauimus & tractamus. Te aũt faciente eleemo
ſynam, neſciat ſiniſtra tua q̃d faciat dextera tua, vt ſit eleemoſy-
na tua in abſconſo, & pater tuus q̃ videt in abſconſo, reddet tibi.
Et: Tu autẽ cũ orabis, intra in cubiculũ, & clauſo oſtio, ora patrẽ Matth.6
tuũ: & pater tuus q̃ videt in abſconſo, reddet tibi. Ibi miſericor-
dia, ibi veritas eſt, quã deus diligit. Et q̃d niſi grãm & gloriã red-
det tibi? Econtra ſimilatores & callidi prouocant irã dei, qualiũ
videlicet maximi erant hypocritæ illi, ſcribæ & phariſæi, contra
quos dicit: Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut faciunt hypocri-
tæ. Et: Cũ oratis, non eritis ſicut hypocritæ. In tribus hic opibus veritatẽ ſe diligere teſtat
Etem̃ tertiũ hoc eſt: ⌊Cum aũt ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminãt
eñ facies ſuas, vt pareant hoĩbus ieiunantes. Amen dico vobis, q̃a receperunt mercedem
ſuã. Tu aũt cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua, ne videaris hoĩbus ieiunãs, ſed pa
tri tuo q̃ eſt in abſconſo: & pater tuus q̃ videt in abſconſo, reddet tibi.⌋ Primus oĩm ieiu Prim9 oĩm
naſſe legit Moyſes. Nã ex quo primus homo continẽtiæ legẽ tranſgreſſus eſt, nõ obaudi ieiunauit
ens, vt ab vno ſe ligno cõtineret, nullus recogitaſſe legit, vt per ieiuniũ faciẽdñi vtcunq; Moyſes.
cõplacaret, quã ille per cibũ vetitũ inobediens offenderat. Nã ille iam dictus Moyſes, iuſ-
ſus eſſe non legit, vt ieiunaret, ſed ſponte ieiunauit, vt ſermonẽ ex ore dei procedentẽ, in
quo viuit homo, accipere atq; conſcribere dignus exiſteret. Rurſus ieiunauit, vt dimiſſio Deuter.8.
nẽ peccati populo impetraret, quẽadmodũ dicit ipſe Moyſes. Et procidi ante dñm ſicut Exodi.32.
prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panẽ non comedẽs, & aquã nõ bibẽs, Deuter.9
propter oĩa peccata veſtra, quæ geſſiſtis cõtra dñm, & eũ ad iracundiã prouocaſtis. Pec-
catũ aũt veſtrũ quod feceratis, i. vitulũ arripiẽs, igne cõbuſſi. Eſt ergo ieiuniũ diuinæ au-
toritatis res, non q; deus illud p̃ceperit, aut digitus eius in tabulis ſcripſerit, ſed q̃a non ſi-
ne virtute dei mortalis homo quadraginta diebus & quadraginta noctibus ſemel & iterũ
ieiunare potuit, & ieiunando multũ deo appropinquauit, à quo primus homo manducã
do nimis longe receſſit. ¶Cauſam vel intentionẽ ieiunandi Moyſes & Helias & Daniel Cã ieiunã-
bonã, & deo dignã habentes, glorioſum, & laudabile fecerũt ieiuniũ, videlicet hoc inten- di bona, &
dentes, hoc expectantes, vt mitteret deus illud, q̃d Abrahæ promiſerat ſemẽ. i. Chriſtũ. deo digna
Qui vbi venit, iam non fuit ieiunandũ donec auferret ab eis, quẽadmodũ ipſe dixit phari- Matth.9.
ſæis, facientibus quæſtionẽ, quare diſcipuli eius non ieiunarent. Nunq̃d (ait) p̃nt filij ſpon
ſi lugere, q̃diu cũ illis eſt ſpõſus? Veniẽt aũt dies, cũ auferet ab eis ſpõſus, & tũc ieiunabũt.
Cauſam iſtã ieiunandi nõ habuerũt, nec habẽt hypocritæ triſtes, & tñ ieiunauerũt, & ie-
iunant frequẽter, deſideriũ Chr̃i non habẽtes, & mira vani cordis duritia nonnunq̃ plus
ieiunando laborant, q̃ hi q̃ Chriſtũ & vitã æternã deſiderant. ¶Verbũ exterminant, ali- Extermina
ud multũ ſignificat, q̃ vulgo intelligit. Exterminat quippe exul, q̃ mittit extra terminos. re, demoliri
Pro hoc ergo ſermone, demoliunt ſemper debemus accipere. Demolit aũt hypocrita fa
ciẽ ſuã, vt triſtitiã ſimulet, & animo forte lætante, luctũ geſtat in vultu. ¶Quod deinde Vnge ca-
dicit, tu aũt cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua, iuxta ritũ prouinciæ Palæſtinæ put tuum
loquitur, vbi diebus feſtis ſolent vngere capita. Præcipit ergo, vt q̃n ieiunamus lætos nos
& feſtiuos eſſe monſtremus. Quid aũt faciemus nos, q̃bus cõſuetudo non eſt nec fuit, die-
bus feſtis vngere capita? Q̃uo faciemus id q̃d dicit: Tu aũt cũ ieiunas vnge caput tuum,
ne videaris ab hoĩbus ieiunans? Ergo nõ ſuperfluũ eſt, anagogicũ hic admittere ſenſum,
vt vngere caput noſtrũ, hoc ſit exhilarare cor q̃d eſt principale noſtrũ, & eñ ſicut de ele-
emoſyna, ita & de ieiunio recte dictũ intelligit. Hilarẽ eñ datorẽ diligit deus. Deniq; gau 2.Cor.9.
dere in ſpũ ſctõ, hoc ẽ, vngi oleo, q̃a ſpũs ſctũs oleũ dicit, vt illic: Vnxit te deus deus tuus Pſal.44
oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. Hoc aũt gaudio tũc gaudere poſſumus in ieiunio, ſi con-
ſcia nr̃a teſtimoniũ habet, q; inter ip̃m ieiuniũ paſcat ſpõſi, q̃ ablatus eſt à nobis, ſancto de Ieiuniũ hy
ſiderio. ¶Gaudiũ iſtud hypocritæ nõ quærũt, & idcirco triſtes hic dicunt, illi aũt neſcie pocritarum
runt, de q̃bus propheta Zacharias ita loquit: Miſerũt ad domũ dei Saraſar & Rogome- triſte
lech, & viri q̃ erãt cũ eo ad dep̃candũ faciẽ dñi, vt diceret ſacerdotibus & prophetis dñi. Zacha.7.
Nunq̃d flendũ mihi eſt in mẽſe q̃nto, vel ſanctificare me debeo, ſicut feci iã multis annis.

Videlicet quia ſoluta erat captiuitas Babylonica,tẽplumq́ manufactũ reædificabat,cau-
ſam nullam putabant ſupereſſe,cur flere deberent aut ieiunare.Quaſi vero ſola captiuitas
illa deflenda fuerit,& non potius vniuerſalis captiuitas generis humani,quæ in Adã con
tigit: & quaſi reædificatio templi illius manufacti:maloꝝ oĩm finis fuerit , & non potius
templũ futuꝝ,templũ dñici corporis,quod tandem fabricari,& deinde ſolui,& poſt tri-
duum oportebat excitari.Propterea ſic reſponderi debuit, & ſic reſponſum eſt illis : Cũ
ieiunaretis,& plangeretis in qnto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos, nunqd ieiuniũ
ieiunaſtis mihi? Et cũ comediſtis &bibiſtis,nunqd nõ vobis comediſtis &vobiſmetipſis
bibiſtis? Quod eſt dicere:Nonne hoc pacto non dei,ſed veſtrã gloriã quęritis,dum pro
rebus tẽporalibus,qa deſunt,ſiue vt affluant,lugetis & ieiunatis,& de regno dei,ꝙ diffe-
rat,ꝙ nondum venerit,non curatis? Non ita,ſed ieiunium quarti,&ieiunium qnti,& ie-
iunium ſeptimi,& ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudiũ,&lætitiam,&ſolennitates
præclaras,vſquequo venient populi,& habitabunt in ciuitatibus multis,& apprehendẽt
decem hoĩes ex oĩbus linguis gentiũ fimbriam viri Iudæi &c.Quod hic in euangelio di-
ctum eſt ieiunanti caput vngere, &faciem lauare, hoc illic in propheta dictũ fuerat ie-
Ieiunantiũ triplex diſtantia iunium in gaudiũ & lætitiã & ſolennitates præclaras eſſe debere. ¶ Eſt igit ieiunantium
diſtantia triplex,dum ieiunant alij propter dei regnum,qa differt , & nondum venit eis
per occultũ diuinitatis conſilium,iuſtumq́ iudiciũ,alij propter infauſtam memoriam ca
ſuum aduerſoꝝ,q circa res tẽporales acciderunt,alij propter humanæ laudis appetitũ, vt
glorificent ab hominibus tanq̃ iuſti,quia miſera ambitione repleti ſunt. ¶Secundũ diſtin
ctiones iſtas ſequit adhortans ſuos,& dicit:⌊Nolite theſaurizare vobis theſauros in ter-
ra,vbi ærugo & tinea demolit, & vbi fures effodiunt & furant. Theſaurizate autẽ vobis
theſauros in cœlo,vbi neq; ærugo , neq; tinea demolit, & vbi fures non effodiunt,nec fu
Theſaurizare quid eſt. rant.Vbi eſt eñ theſaurus tuus ,ibi eſt & cor tuum.⌋ Nunqd eñ theſaurizare id ſolũmo
do eſt,pecuniam congregare? Imo &opera qualiacunq;,ſeu bona ſeu mala facere,theſau
rizare eſt. Nam ſicut qui bona agit , gloriam æternam theſaurizat , quapropter & de
Eccl.15 timente dñm,ſcriptum eſt,iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum,ſic &
Roma.2 qui mala agit,recte iram dicit theſaurizare.Vnde & Apoſtolus:Tu autem(inqt)ſecundũ
duritiam tuam & cor impœnitens,theſaurizas tibi iram in die iræ . Maxime de bonis hic
ſentiendũ eſt,videlicet de eleemoſynis,orationibns & ieiunijs,qa de his hactenus ſermo
fuit.Deniq; q ieiunantes,caput ſuũ non vnxerunt,nec faciem ſuam lauerũt hi ſunt,quoꝝ
theſauros in terra theſaurizatos tinea vel ærugo demolita eſt , qa videlicet valde tineo-
ſum caput eſt & æruginoſa facies,vbi totus ieiunij fructus eſt, videri & glorificari ab ho-
minibus,dum propter triſtitiam triſtemq́ vultus maciem, hypocritæ nequam ſancti pu
tant.Econtra q caput ſuum vnxerunt oleo ſupradicto,& faciẽ ſuam lauerunt,iuxta illud
2.Cor.9. Hilarem eñ datorẽm diligit deus,qualiũ hilaritas eſt ſpes quę in cœlo repoſita eſt:hi ſunt
quoꝝ theſauros in cœlo theſaurizatos,nec tinea,nec ærugo demolit,quia videlicet ari-
Ieiunantes medij inter bonos & hypocritas ditas tineæ nunq̃ contingit caput,quod in ſpũ ſancto delectat. ¶ Fere medij ſunt,quoꝝ
ieiunij cauſa terrenum qdem habet fundamentum , ſed non vſquequaq;,non ſicut cauſa
hypocritaꝝ,ſed ſimpliciter & pene pueriliter,ſicut illi ſupra memorati, q ſoluta captiui-
tate Babylonica,dum templum reædificaret,dixerunt : Nunqd flendum mihi eſt in die
Zacha.7 quinto vel ſanctificare me debeo,ſicut feci iam multis annis? Nam & quieiuſmodi ſunt.
non qdẽ habent rite ieiunandi ſciam , ſed propter hoc non imputamus eis hypocritaꝝ
malitiã , qa videlicet aliud eſt,propter damna reꝝ tẽporaliũ veraciter dolere,& abſq; fi-
ctione lugere:aliud, ſine vlla mentis vel ſpũs contritione propter adipiſcendã ſanctitatis
opinionẽ caput inunctũ, quaſi circulũ contorquere,& ſacco & cinere ſternere. Sic eñ ie
iunare etiã potuerunt crudeles homicidæ in ipſa crudelitatis vel homicidij meditatione.
3.Reg.21 Exempli grã:Prędicate ieiuniũ(inqt Iezabel)& ſedere facite Naboth inter primos popu
li,& ſubmittite duos viros filios Belial contra eum,&falſum dicant teſtimoniũ,benedixit
Ibidem. Naboth deũ & regem,& educite eũ,& lapideꝫ,ſicq́ moriat.Aliud fuit hoc,atq; aliud,qđ
Ieiunium Achab cum audiſſet Achab ſermones Heliæ,ſcidit veſtẽ ſuam,& operuit cilicio carnem ſuam,ie
iunauitq́,& dormiuit in ſacco,& ambulabat demiſſo capite,vt malum non induceret in
diebus eius.Ibi Achab ieiunando non qdem hypocrita fuit,theſaurizans ſibi aliqd,vt di
ceret dñs:Quia igit humiliatus eſt mei cauſa,non inducam malum in diebus eius, verun-
tamen hoc ipſum in terra theſaurizauit,vbi fures effodiunt & furant. Qualis vtiq; extitit
4.Re.9. Iehu,qa videlicet, quamuis iubente domino deleuerit domũ illius ,nõ tñ gloriæ domini
Cœlũ cœli locus ſpirituum beatorum ſed ſuæ cupiditati ſtuduit,quippe cum regnaret,non fecit voluntatẽ domini,vt vitulos,
quos fecit Hieroboam,deſereret. ¶Quid tandem theſaurizare in cœlo? Vel certe qđ eſt
illud cœlũ,in quo nobis eſt theſaurizandũ? Non vtiq; cœlũ aereum,neq; illud quod ſecũ-
Gene.1. do die factum eſt,ſicut ſcriptum eſt:Dixitq́ deus:Fiat firmamentum in medio aquaꝝ,&
vo-



vocauit deus firmamentũ cœlum:ſed cœlum tertiũ,quod in principio factũ eſt,ſicut iti-
dem ſcriptũ eſt:In principio creauit deus cœlũ & terram,cœlũ illud inuiſibile eſt , inuiſi-
bilis patria ſpirituum beatoꝝ,diciturq́ cœlũ cœli,qa videlicet cõparatione eius terra eſt,
& hoc cœlũ,& quicqd videri poteſt oculis terrenis. ¶Quõ in illo cœlo debemus theſau Theſaurizantes in cœlo.
rizare theſauros? Nimirum idcirco ieiunando,& eleemoſynas faciendo,cæteriſq́ modis
oĩbus lugendo,qa illuc abijt,& nondũ redijt ſponſus,q ablatus eſt nobis filijs ſuis. Cauſa
iſta cœleſtis eſt,& proinde q hanc habet,recte in cœlo theſaurizare dicit , nimiꝝ tuto in
loco,qa fures ibi non effodiunt,nec furant, neq; ærugo, neq; tinea demolit . Fuerunt ibi Fures olim in cœlo.
olim qdam fures.ſ.diabolus & angeli eius, qui quaſi effodientes diuinitatis honorem fu-
rari voluerunt,ſed non valuerunt, imo quicquid honoris vel pulchritudinis habebant à
creatore ſibi collatũ, ærugo & tinea nequiſſimæ hypocriſeos demolita eſt,qa(ſicut illi ꝑ Ezechi.28.
prophetam exprobrat)in medio lapidũ ignitoꝝ ambulauit perfectus in vijs ſuis,quæ per
fectio fuit hypocriſis,vt videret eſſe quod non erat,altiſſimo ſimilis,& illa hypocriſi æru
ginatus,iam non ſplendidus angelus,ſed teter eſt diabolus,tineoſum vtiq; præferens ca-
put.Eiuſmodi fures ibi fuerunt,ſed iam ibi non ſunt,nec erunt , nec tineam ſiue æruginẽ Vbi theſaurus tuus ibi & cor tuũ
admiſit poſtea,nec admittet vnq̃ illud cœlum caſu illoꝝ purificatum. ¶Illic theſauriza-
te(inqt)ac demũ familiariter conſciam cuiuſq; conueniens,vbi eſt eñ(inqt)theſaurus tu
us,ibi eſt & cor tuum.Quod dictũ quale ſit,ille aliquantiſper intelligit per ſimilitudinem
ſui,q ſolicitudinẽ hñs voti ſeu promiſſi,vel cuiuſcunq; debiti neceſſitate ductus vel cõmo
nitus,corde ſuo illuc ſæpe reſpicit, vbi nouit ſe repoſuiſſe aliquid , per quod ſeſe liberare
poſſit.Et qs eum iure repellere poſſit,quin theſauꝝ ſuum recipiat, cum voluerit,vel tem
pus fuerit? Porro,in cœlo nulla vnquam iniuria fit,quin cum tẽpus fuerit,cor eius,id eſt,
ipſemet admiſſus,accedat illuc,vt fruat theſauris ſuis,quos theſaurizauit illic . Et interim
dum viuit,ſemper cor eius illic eſt,vbi in manus dñi commiſit ac præmiſit qualiacunq; bo Homo per bona opera redimit in die iudicij.
na opa,per quæ redimi poſſit in die iudicij.⌊Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si ocu
lus tuus fuerit ſimplex,totum corpus tuum lucidũ erit. Si aũt oculus tuus nequam fuerit,
totum corpus tuũ tenebroſum erit.Si ergo lumen quod in te eſt,tenebræ ſunt,ipſæ tene-
bræ quantæ erunt?⌋ Eteñ ſenſus iſte eſt: Idcirco non dixi,ſic vniuerſaliter vobis omni
bus facientibus eleemoſynam,ſit eleemoſyna veſtra in abſconſo. Et:Vos aũt cũ oratis,
intrate in cubiculũ,& clauſo oſtio,orate patrẽ veſtrũ. Et:Vos aũt cũ ieiunatis,vngite ca-
pita veſtra,ſed dixi ſingulariter:Te aũt faciente eleemoſynam &c. qa videlicet non oñi
bus dico hoc,neq; oĩbus dicendũ eſt hoc,ſed tibi vni vel alteri ſimiliter vni cuilibet, cuius
oculus forte infirmus eſt , cuius intentio nondũ ſatis firma eſt. Eteñ lucerna corporis tui
eſt oculus tuus,& ſubaudire debes,qa ſecundũ huius rei ſimilitudinẽ , lucerna operis tui,
eſt intentio tua.Si oculus tuus fuerit ſimplex,totũ corpus tuũ lucidum erit, & ſubintelli-
gere debes,qa ſecundũ rei huius ſimilitudinem , ſi intentio tua fuerit abſq; hypocriſi, &
abſq; nebula cuiuſlibet miſeræ vanitatis,tunc opus tuum totum lucidum erit. Si aũt ocu-
lus tuus nequam fuerit,totũ corpus tuũ tenebroſum erit: & ſimiliter ſcire debes , qa ſi in-
tentio tua fuerit in hypocriſi,totũ opus tuum tenebroſum erit, ſiue ieiuniũ, ſiue oratio,
ſiue eleemoſyna ſit.Si ergo lumẽ quod in te eſt,tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantę erunt?
Quod eſt dicere:Si opera bona , quæ facis coram hoĩbus , propter hypocriſim reproba
ſunt,ipſa opera mala quæ in occulto ſunt,quale iudiciũ merentur? ¶Proinde ſimplicem
oculũ,id eſt,intentionem bonam in corde habeas,& quomodo vis fac.Nam ſi fuerit ſim-
plex oculus eiuſmodi,tunc profecto acceptũ eſt deo quod facis,ſiue cinere aſpergas ,ſiue
oleo perungas caput tuũ,dum ieiunas,ſiue longam,ſiue breuẽ orationẽ facias ſiue multis
videntibus, ſiue nullo ſciente pauperi eleemoſynam porrigas . Hic autẽ oculus ſimplex,
hæc intentio bona eſt,cupere vt hoĩes opera tua videntes,glorificent patrẽ q in cœlis eſt,
ſicut econtra nequam oculus intẽtio mala eſt,ambire vt ab hoĩbus glorificeris, quo fit vt
tenebroſum ſit quodcunq; facis,ſiue cinis,ſiue oleũ in capite tuo ſit , ſiue longa ſiue breuis
oratio tua ſit,ſiue publica ſiue occulta eleemoſyna tua ſit.Interim dũ nondũ purificatus ẽ
oculus,dũ fieri põt, vt leui vento vel aura miſeræ vanitatis intentio lædat , facito(vt dixi)
vt non videaris hoĩbus ieiunans,aut eleemoſynas faciens,aut orans.⌊Nemo põt duobus
dñis ſeruire.Aut eñ vnum odio habebit,& alterum diliget,aut vnum ſuſtinebit,& alteꝝ
contemnet.Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ.Ideo dico vobis,ne ſoliciti ſitis ani-
mæ veſtræ,qd manducetis,neq; corpori veſtro qd induamini.⌋ Hactenus temperandũ
eſſe debuit à maligna ſuperfluitate hypocritaꝝ, quoꝝ in ipſa temperantia ciboꝝ gran-
de eſt intemperantiæ vitiũ:nunc addit quod adhuc melius & perfectius eſt,vt hi,q ſpũa-
libus ſtudijs idonei ſunt,ſoluti ac liberi eſſe cupiant ab omni occupatione curaꝝ ſeculari-
um,ab omni ſolicitudine reꝝ quoq; venalium,iuxta illud:Martha Martha,ſolicita es,& Luc.10
turbaris erga plurima.Porro vnũ eſt neceſſariũ. Maria optimam partem elegit,quæ nõ
auferet

auferet ab ea. Hoc Ita incipit: Nemo pt̃ duobus dñis ſeruire. Aut em̃ vnũ odio habebit, &
alteꝝ diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alteꝝ contemnet. Hanc generalẽ de dñis ſentẽtiam
quam veram eſſe ratio ſponte concedit, idcirco præmiſit, vt ſpecialem opportune ſubin
Duob⁹ hoĩbus idẽ ſeruire poteſt. ferret, eadem nixam veritatis firmitate, non poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. ¶ Sciendũ
quippe eſt, ꝙ non idem ſit, duobus dñis, ac ſi dixiſſet, duobus hoĩbus ſiue duobus regibus,
aut poteſtatibus. Nam duobus hoĩbus, duobus regibus ſiue poteſtatibus, poteſt vnus ho-
3. Reg. 5 mo ſeruire, quia poſſunt duo reges, duo principes ſibimet concordes exiſtere: vt fuerunt
2. Paral. 2 Salomon & Hiram rex Tyri inuicem fœderati, & ambobus ſeruire potuit artifex Hiram
in ædificatione domus dñi, quem miſit rex Hiram prudentem & ſcientiſſimũ, qui noue-
rat operari in auro & argento & ære & ferro, marmore & lignis, purpura quoq; & hya-
Duob⁹ dñis nemo ſeruire poteſt cintho & byſſo & coccino & adinuenire prudẽter quodcunq; in opere neceſſarium eſſet.
¶ Porro, duobus dñis neminem poſſe ſeruire, idcirco dictũ eſt veraciter, quia dominatio
ſuperbiæ faſtus eſt, & dualitas dominationis nunq̃ abſq; ſciſſura contrarietatis eſſe po-
Ephe. 4 teſt. Vnus em̃ dominus, vnus deus eſt, cæteri q dicunt̃ dij vel dñi, putatiue dicunt̃, & non
ſunt. Attamen vſus obtinuit, vt in ſuo quiſq; iure dñs dicat̃ & ſit, vt exempli gratia, in ſuo
2. Regũ. 16. regno dominus & rex dicebat̃ rex Dauid. Duo dñi tunc ibi eſſe cœperunt, qa dominatio
nis vnitas in dualitatem ſciſſa eſt, quando filius eius Abſalon dominationem contra eun-
dem patrẽ ſuum arripuit. Vtiq; duobus illis nemo ſeruire potuit. Aut em̃ vnum odio ha-
buit, & alteꝝ dilexit, vt (verbi gratia) ille Chuſai, q quoniã ſeruus erat bonus, bonum dñm
dilexit, & malum odio habuit, apud Abſalon degens, & ſaluti Dauid miro atq; amabili
artificio conſulens ac deſeruiens. Aut vnum ſuſtinuit, & alteꝝ contempſit, vt ille Achyto
fel, q vtiq; non dilexit Abſalon, ſed idcirco ſuſtinuit eum, vt Dauid dñm legitimũ conte-
mnere poſſet. Nunqd em̃ diligebat, aut diligere nouerat, qui talia quæ legimus, illi conſi-
lia dabat? Imo & de toto pene Iſrael ita ſentiendũ eſt, ꝙ videlicet neq; Abſalon, neq; Se-
ba filiũ Bochri, neq; Hieroboan, cæteroſq; reges, quos habuit, dilexit, quippe quos toties
occidit & mutauit: ſed ob hoc tm̃ dominationem illoꝝ ſuſtinuit, vt contemnere poſſet le
gitimam dominationẽ domus Dauid, toties dicendo, vt ſcriptura meminit: Quæ pars no
2. Regũ. 20 bis in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai? ¶ Non ergo (ait) poteſtis deo ſeruire & mã-
3. Reg. 12 monæ. Hi nanq; ſunt duo dñi valde ſibi contrarij, ſicut veritas & mendaciũ, ſicut iuſtũ &
iniquum, qa videlicet deus verus ẽ dñs, & hic ſolus iure dominat̃. Mammon aũt. i. prin
ceps huius mundi, falſus eſt dñs, & inique dominat̃, & omnino mentit̃, de omni gloria
mundi, dicens, quia mihi hæc omnia tradita ſunt, & cui volo, do illa: quia non ipſe, ſed ſo
Matth. 4. lus excelſus dominat̃ in regno hominũ, ſicut Nabuchodonoſor dictum eſt cœlitus, & cui-
Dani. 4. cunq; voluerit, dat illud. Iſtis duobus dñis nemo poteſt ſeruire, ambos iſtos nemo dili-
gere, ambos iſtos nemo poteſt odio habere vel contemnere. Si em̃ dñm verum diligit,
Pſal. 118. falſum odio habet, vt ſupradictus Dauid, q in Pſalmo loquit̃: Iniquitatem odio habui, le-
gem autem tuam dilexi. Si autem falſum diligit, verum dñm odit, vt Iudæi, de qbus ſalua
Iohan. 15 tor: Nunc autem (ait) & viderunt & oderunt, & me & patrem meum, quiq; dicunt iuxta
Eſa. 28 Eſaiæ vaticinium: Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno pepigimus pactũ. Hor
riſonum eſt hoc, & ipſo audito nimis aſpeꝝ, quẽpiam odiſſe deũ, & cũ diabolo & cum in-
Exempla de Dauid. ferno pepigiſſe pactũ, & hoc omnino eſt impioꝝ atq; deſperatoꝝ. ¶ Porro, vnum ſuſti
nere & alteꝝ contemnere, & non ſolũ ſuſtinere deũ, contemnere aũt diabolum etiam ele
ctis interdum accidit, exempli gratia, vt ipſi iam dicto Dauid. Aliquando em̃ ille diabo-
lum ſuſtinuit, quem nunq̃ dilexit: deum autem contempſit, tunc videlicet, quando tenta-
2. Reg. 11. 12 tus eſt, & in Vriam peccauit. Quare ergo (inquit dñs) contempſiſti verbum dñi, vt face-
res malum in conſpectu meo? Quam ob rem nõ recedet gladius de domo tua vſq; in ſem
piternum, eo ꝙ deſpexeris me &c. Bonum ergo dñm ipſe contempſit, malum ſuſtinens
dñm propter emolumentum prauæ delectationis, q & ꝑegrinus dicit̃ illic, eo ꝙ longe ſit
à ciuitate dei. Quod enim dictum eſt illic per Nathan, quia diues parcens ſumere de oui-
bus & de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi q venerat ad ſe, tulit ouem viri
pauperis, parabolica locutio eſt, ſignificans qualiter malum dñm ſuſtinuerit, bonum au-
tem contempſerit. Rurſus vero idem Dauid, malum dñm contemnens, vt in omnibus ſo
2. Reg. 24 litus contẽnere fuit, præter illum ſermonẽ Vriæ Ethæi, bonum dominum ſuſtinuit, ſub-
1. Para. 23 audit̃ corripientem, eo ꝙ numeraſſet populum, & dixit: Coartor nimis, ſed melius eſt vt
Solicitudo reꝝ tpaliũ ſcandalizat plerunq;. incidam manus dñi, multæ em̃ miſericordiæ eius, q̃ in manus hoĩs. ¶ Qm̃ ergo non po-
teſtis duobus dñis iſtis ſeruire, ideo dico vobis, ideo ſuadeo vobis, à malo dño ſcilicet à
mammona tam longe recedere, vt ne ſaltem ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis
neq; corpori veſtro quid induamini. Multos enim ſolicitudo iſta ſcandalizauit, vt malũ
dominum ſuſtinerent, & bonum dominũ contemnerent, & non ad horã tantũ, ſicut ſcan
dalizauit tentatio ſanctum Dauid, ſed vſq; in finem, ſicut Saulem, qui ante illum fuit. Ille
em̃



enim nimium ſolicitus de honore ſeculi, & de vita præſenti, malum dñm non ſolum vi-
uens inuitus ſuſtinuit propter contemptum domini, verumetiam in fine vitæ ſuæ volens
ſubijt, conſulendo ſpm̃ Phytonis, & comedendo vitulũ, quẽ Phytoniſſa mulier appoſuit. 1. Reg. 28
Alius plus, alius minus à curis huius ſeculi, à ſolicitudinibus huius vitæ ſcandalizatur. Varia pericula in diuitijs.
¶ Eſt qdem licitum, & lege conceſſum, habere facultates, prouidere quod domui vel rei
familiari neceſſariũ eſt, inter filios ac nepotes, inter ſeruos & clientes curare, ꝙ dñm vel
patrẽ decet: ſed hæc via periculoſa ẽ, ne forte dũ quaſi ex neceſſitate cœperis, ad hoc per-
ueniaſ, vt ex amore ſeuias mammonæ. i. diuitijs, & non tu † ſolus, ſed illæ dominent̃ tibi lego † illis
& dũ putas ire fortiter contra ictũ fluminis, victus cupiditatũ ſeruus ad inferiora deuolua
ris. Forte dicis: Si iſtud perfectionis conſiliũ ſecutus fuero, ſi om̃ibus quæ poſſideo vendi-
tis, & in pauperes erogatis, te Chriſte ſecutus fuero, vnde eſca? vnde veſtimentum? Ad Matth. 19
hæc inquã: ⌊ Nonne anima plus eſt q̃ eſca, & corpus plus eſt q̃ veſtimentũ? ⌋ Qui maiora
præſtitit, vtiq; & minora præſtabit. ⌊ Reſpicite volatilia cœli, qm̃ non ſerunt, neq; me-
tunt, neq; congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis plu
ris eſtis illis? ⌋ Si ergo volatilia abſq; cura & ærumnis, dei alunt̃ prouidentia, quæ hodie
ſunt, & cras non erunt, quoꝝ anima mortalis eſt, cũ eſſe ceſſauerint, ſemꝑ non erunt, quã Pſal. 103
to magis homines, qbus æternitas repromittit̃, dei regunt̃ arbitrio? ¶ Nonne in pſalmo Herodius Chrs, paſſeres, pauperes Chriſti in monaſterijs.
cantatis: Saturabunt̃ ligna campi & cedri Libani, quas plantauit, illic paſſeres nidificabũt
herodij domus dux eſt eoꝝ? Nolite timere. Sub noĩbus & verbis illis de vobis prophetia
eſt, ꝙ patri veſtro cura ſit de vobis, cũ pauperes oĩbus relictis, nullã habentes ſolicitudi-
nem, qd manducare, aut quo indui debeatis, quaſi paſſeres fueritis effecti, q non ſerunt,
neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit eos. Magiſter em̃
veſter vnus eſt Chrs, & hic tanq̃ herodius, auis magna, & fortis ad deuincendũ etiam
aquilã reginã auium, q̃uis in cœlum volauerit, nihilominus tñ vobiſcum eſt oĩbus diebus Matth. 28
vſq; ad conſummationẽ ſeculi. ¶ Domus huius herodij, vita eſt apoſtolica, quã ipſe ma-
giſter veſter Chriſtus extruxit. Si paſſeres eſſe cupitis, ſi relictis oĩbus, hunc magiſtrũ ſe-
qui vultis, domus eius præcedet volatũ veſtrũ, clamans ad ligna cãpi, dicẽs ad cedros Li-
bani, præcipiẽs potẽtibus & diuitibus huius ſeculi: Expandite ramos veſtros, & ſuſcipite
paſſeres iſtos, effundite theſauros vr̃os, & paſcite volũtarios paupes iſtos. Nidificẽt apud
vos paſſeres iſti, cõſtruite cœnobia, fundate eccleſias, vbi habitent pauperes iſti, vt vacet il
lis veſpere & mane & meridie narrare, & annũtiare, & exaudiet deus vocẽ eoꝝ, tã pro vo
bis, q̃ pro ſemetipſis clamantiũ atq; exorantiũ. Quid ergo de eſca veſtra ſoliciti eſtis, & Pſal. 54
præ ſolicitudine huiuſce rei tuæ relictis oĩbus, ſeq timeatis? Nonne vos magis pluris eſtis
illis? Subaudit̃ paſſeribus, quoꝝ per ſimilitudinẽ vos inuitaui ad ſapiam fidei. Homo qp-
pe vnus ad imaginẽ dei factus, pluris eſt, plus valet apud deũ, multis & magnis bubalis aut
bobus, ne dicã paſſeribus paruis. ⌊ Quis aũt veſtrũ cogitans pt̃ adijcere ad ſtaturã ſuã cu-
bitum vnum? ⌋ Forte em̃ dicis: Paſſeres parui ſunt, paruum habent corpuſculũ, & idcirco
de modico paſci poſſunt: nos autem grandes ſumus, & idcirco pluribus & grãdioribus ali
mentis indigemus. Dico autẽ: Quis veſtrũ cogitans poteſt adijcere ad ſtaturã ſuam cubi-
tum vnum? Noui em̃ vos, qa dum erubeſcit alter altero apparere breuior, extẽdit ſe qſ-
quis ille vel illa ſit, ſed quantũcunq; extendat, non poteſt adijcere ad ſtaturã ſuam cubitũ
vnum: & multũ eſt, ſi per extenſionẽ poſſit adijcere palmũ vnum. Cum ergo dicit, qs au
tem veſtrũ poteſt cogitans adijcere ad ſtaturam ſuam cubitũ vnũ, & tu rñdes nemo, ſiq;
dem nemo poteſt hoc facere cogitans, facit aũt annos adijciens, & proficiens per naturã
de infantia in iuuentutẽ perfectam, non cogitatione, ſed poſita à deo lege naturæ, iterũ
argueris, quia q te grandẽ fecit, & creſcentẽ vltra quantitatẽ vel modulũ paſſeris, ipſe &
eſcam tibi augere poteſt vltra quàm neceſſariũ ſit. ⌊ Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis?
Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neq; nent. Dico aũt vobis, quo-
niam nec Salomon in om̃i gloria ſua coopertus ẽ, ſicut vnũ ex iſtis ⌋ Qui paſſeribus pro Pauperes Chriſti, vẽ lilia agri.
pter voluntariam paupertatẽ, & cœleſtẽ conuerſationem, ipſi lilijs cæteriſq; pulchris flo
ribus ſimiles dicunt̃ in ſcripturis propter caſtitatis pulchritudinẽ cæteraꝝq; virtutũ pul
chram varietatem. Hinc † Eſaias loquit̃: Audite me diuini fructus, & quaſi roſa plantata † ſapiens Eccl. 39.
ſuper riuos aquaꝝ fructificate. Quaſi Libanus odorẽ ſuauitatis habete, florete flores qua
ſi liliũ, & date odorem. Et in Canticis Chriſtus dicit: Ego flos campi, & liliũ conuallium. Canti. 2
Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Et multa in hunc modũ. Congrue ergo
dum victus atq; veſtitus interdicit ſolicitudinẽ, ad quoꝝ mittit ſuos electos conſideratio
nem, ſcilicet paſſerum atq; lilioꝝ, quoꝝ in antiquis ſcripturis diuina autoritas, aſſcripſe-
rat ſimilitudinẽ. Conſiderate (inqt) lilia agri, quomodo &c. quæ ita cõcludit. ⌊ Si em̃ fœ-
num agri, qd hodie eſt, & cras in clibanum mittit̃, deus ſic veſtit, quanto vos magis mini
mæ fidei? ⌋ Plane multo magis, & ſubaudiendũ eſt, in regno dei. Nã vt iſto ſeculo ſic ve-
ſtiri

ſtiri velimus,pro ſtultitia reputat,q̃a nec Salomon(inq̃t)in om̃i gloria ſua coopertus eſt
ſicut vnum ex iſtis.Quid porro ſibi vult,ꝙ tam acriter edicit,quanto magis vos minimæ
fidei?Aut q̃d eſt eſſe minimæ fidei?Non em̃ leuiter aut negligenter attendendũ eſt,ꝙ &
Matth, 15 hic dicit,vos minimæ fidei,& alibi collaudat magnitudinẽ fidei,vt illic:O mulier,magna
eſt fides tua,fiat tibi ſicut petiſti.Certos ergo terminos noſſe cupiamus,quos cũ attigerit
Exemplum magnæ fidei fides,magna ſit:cum nondũ attigerit, parua vel minima ſit. ¶Ne longum in quærendo
circuitũ faciamus,promptũ adeſt ſignaculũ ſiue indicium magnæ fidei,vbi ad Nabucho
donoſor regẽ dixerunt beati illi tres pueri,eadẽ hora mittendi in fornacẽ ignis ardentis
Ecce em̃ deus,quẽ colimus,poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus
tuis rex liberare.Quod ſi noluerit,notũ ſit tibi rex,q̃a deos tuos non colimus,& ſtatuam
aureã quã erexiſti,non adoramus.In hoc quippe agnoſcit magnitudo fidei, fortitudo fi-
dei,fortitudo fidelis animi,ꝙ cum dixiſſent,potens eſt deus eripere nos,addiderunt.Q̃d
ſi noluerit,notũ ſit tibi rex,q̃a non colimus,non adoramus deos tuos.Secundũ quoq; ex-
emplũ quicunq; dicunt,potens eſt deus,quẽ colimus, paſcere nos, q̃m & paſſeres paſcit:
potens deus veſtire nos,q̃m & fœnum,quod hodie eſt,& cras in clibanũ mittit,ſic veſtit,
& adhuc adijciunt,ꝙ ſi noluerunt paſcere vel veſtire nos , nihilominus tibi o mammon
nequaq̃ ſeruiemus:imo relictis oĩbus,ipm ſequemur,nõ ſoliciti q̃d manducemus, aut q̃d
Qui ſunt minimæ fidei induamur:nimirũ iſti magnę ſunt fidei,q̃a fides illorũ in futurum ſeculum totam ſe exten
dit. ¶Econtra,minimæ ſunt fidei,q̃a ſcandalizant,niſi à cunctis protegant,vel defen-
dantur aduerſis, cunctiſq; fruant proſperis,nec putant,ꝙ de ipſis deo cura ſit,vel ꝙ vlla
Pſal.72. ſit prouidentia dei.Et dixerunt(ait Pſalmiſta)quomodo ſcit deus,& ſi eſt ſcientia in ex-
celſo?Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias.Ergo ſine cauſa
iuſtificaui cor meũ,& laui inter innocentes manus meas,& fui flagellatus tota dies,& ca-
Pſal.58. ſtigatio mea in matutinis. Tales quiq; q̃m de victu vel veſtitu nimiũ ſunt ſoliciti,& mur-
murant niſi fuerint ſaturati : in ipſa profeſſione perfectorũ, qui relictis oĩbus, Chriſtum
ſequunt,recte dicunt minimæ fidei, congruitq; his illud quod q̃buſdam ad ſe venientibus
Iohan.6 ipſe dixit:Amen amen dico vobis;quæritis me,non quia vidiſtis ſigna,ſed q̃a manduca-
ſtis ex panibus meis,& ſaturati eſtis . ¶Certos igitur magnæ fidei,certos minimæ fi-
dei terminos inueniſſe nos arbitramur:q̃a videlicet hæc dicit, & ſentit ſimile q̃d illi dicto
beati Iob:Etiã ſi occiderit me,in ipſo ſperabo.Hæc aũt tale q̃d,vt eſt hoc:Timeo &non
Iob.13. poſſum exire de Aegypto,ne aquæ penuriam patiar & ſitiã in deſerto.Magna res & vti
Exod.17 lis eſt,quã nobis intimare molit,& idcirco non ſemel dixiſſe, contentus,iterũ ac tertio re-
petit hoc ipſum,dicens:LNolite ergo ſoliciti eſſe,dicentes: q̃d manducabimus,aut q̃d bi
bemus,aut quo operiemur?Hæc em̃ oĩa gentes inquirunt. Scit em̃ pater veſter, quia his
oĩbus indigetis:Quærite ergo primũ regnũ dei,& iuſtitiam eius, & hæc oĩa adijcient vo
bis.Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum . Craſtinus em̃ dies ſolicitus erit ſibiipſi.Sufficit
diei malitia ſua.⌋ Quia valde vtile eſt & neceſſariũ hoc vnũ, quod eſt ſabbatizare vel re-
Sabbatiſmus in contẽplatione quieſcere in ſtudio ſiue contẽplatione verbi dei,quæ optima pars eſt,quã(vt ait ipſe dñs)
Maria elegit, idcirco(vt iam dictũ eſt)non tantũ ſemel , ſed & iterũ ac tertio ſententiam
Lucę.10 repetiuit de abijciendo graui onere ſolicitudinis , quã venter indicit, & occaſio,pleriſq;
miſeræ ſeruitutis, vt ſeruientes mãmonæ,deo ſeruire non poſſint.Vbi ſecundo dicit,no-
lite ſoliciti eſſe,duas rõnes continuo ſubiungit:Hæc em̃ oĩa gentes inquirunt, ſcit em̃ pa-
ter veſter,q̃a his oĩbus indigetis.Altera terrore compeſcit,altera plena eſt conſolationis
Quid em̃ eſt dicere,hæc oĩa gentes inquirunt,niſi ac ſi dicat,eritis em̃ gentibus ſiles, q̃rũ
Philip.3 deus venter eſt,ſi ſolicitudini huic,quam interdico, poſtponitis deum? Cum em̃ dicit,
hæc om̃ia gentes inquirunt, pariter ſubintelligendũ eſt, & præter hoc ſeculum nihil am-
Pſal.143 plius quærunt.Promptuaria eorũ plena ſunt (ait Pſalmiſta) redundantia ex hoc in illud,
non eſt ruina maceriæ,neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorũ,& beatum dixerunt po
pulum cui hæc ſunt.Hæc em̃ tanquam beatitudinẽ ſummam quærunt.Hæc ergo ſenten
tia veluti iurgio nos percutit :& deinde,q̃m victu & veſtitu indigemus,volens nos oẽm
ſolicitudinẽ noſtram proijcere in eum, q̃m ipſi cura eſt de nobis , ſcit em̃ pater veſter , q̃
Cã,cur his indigemus ex Adã eſt. his oĩbus indigetis.Scit(inquam)& bene ſcit.Quid em̃ ille neſcit? ¶Cauſam quoq; ipſe
ſcit,propter quã euenit iſtud ꝙ oĩbus his indigetis. In paradiſo erant patres noſtri, ſola
innocentia bene veſtiti,vt non indigebant pane,quo nunc in ſudore vultus veſtri veſci-
Gene.3 mini,ſufficienter ſolis impleti pomis paradiſi.Præuaricati ſunt oculis concupiſcendo, &
ore comedẽdo fructũ ligni vetiti,& extũc oĩbus his ĩdigetis,victu ad repellendã famẽ ve
ſtitu ad abigendũ frigus & tegendã turpitudinẽ. Nunq̃d vero ſolũmodo ſcit,q̃a indige-
tis,& non etiã vult,cũ ſit pater veſter,ea prouidere q̃bus indigetis?Nunq̃d voluntas de-
eſt illi,niſi vos murmuraueritis, & murmurãdo cõpuleritis vt velit? ¶Hæc em̃ paterna
Dei proui eius prouidentia teſtimoniũ habet ex alijs multis ſcripturarũ locis,ꝙ circa iuſtos,& per
fe-



fectæ fidei viros ſemper adſit,& nunq̃ eos derelinquat,& ibi magis vtatur virtute ſua,vir dentia erga pauperes ſuos.
tute inuſitata,vbi humana ſibi prouidere nullatenus poteſt induſtria.Exempli gr̃a,Heli-
am alibi dñs per angelum,aliàs rapaces quoq; corui,alibi vidua de parua farinæ hydria
pauit,& Heliſæus paucos habẽs panes:Da,inquit ad puerũ,populo vt comedat, & come 3.Reg.17.19
derunt,& ſuperfuit iuxta verbum dñi.¶Quærite ergo(ait)primum regnum dei & iuſti- 4.Reg.4
tiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis.Quid eſt regnum dei,niſi verbum dei?Nã per
quod facta ſunt omnia,per ipſum verbũ reguntur omnia,& in hoc ſeruire,vtiq; regnare Quid eſt regnum dei quærere.
eſt.Quoties ergo ad audiendũ ſiue tractandũ verbum dei cõuenimus, quoties lectiones
ſanctas legimus aut libẽter audimus,& eas opere adimplere ſtudemus ,toties quærimus
regnũ dei & iuſtitiã eius.Et hic quidẽ dum viuimus,quærimus & quærere poſſumus,in-
uenire aũt ad plenum,niſi poſt hanc vitã non valemus. Theſaurus eſt hoc dei regnum in Matth.13
agro abſcõditus,theſaurus in agro literæ legalis atq; propheticæ,literæ magna ex parte
parabolicæ ſiue ænigmaticæ diligenter clauſus atq; ſignatus.Hunc theſaurũ inuenire,eſt
ſcripturas ſacras intelligere,& præ gaudio theſauri oĩa vendere & emere agrũ,hoc eſt,
præ delectatione cœleſtiũ bonorũ vel regni cœlorum,quale in ſanctis ſcripturis promit-
titur,omnẽ ſolicitudinẽ abijcere ſecundum hoc præſens euangelicum cõſilium, ſolumq;
earundẽ amplecti ſtudium ſcripturarũ,vt ſemper homo ſit expeditus ad verbum dei tra
ctandũ ſiue audiendũ.Hoc facite primũ,& hæc omnia(inquit)adijcientur vobis.O quan
tos ſtudium huiuſmodi non ſolum vſq; ad ſufficientiam horũ, ſcilicet victus & veſtitus,
verumetiã vſq; ad ampliſſimos honores cito prouexit.Super ſalutem & omnem pulchri
tudinẽ(ait quidam)dilexi ſapientiam,& propoſui pro luce habere illam.Venerunt autẽ Sap.7.
mihi omnia bona pariter cũ illa.Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ.Craſtinus enim dies
ſolicitus erit ſibi.Sufficit diei malitia ſua.Iã ſemel & iterũ dixerat,nolite ſoliciti eſſe.Quid
adhuc tertio repetit,niſi quia magnũ eſt negotiũ quod intendit,& difficile valdeq; ope-
roſum eſt,euellere de profundo cordis noſtri hanc radicẽ amaritudinis,radicẽ cupidita
tis?¶Et nota q̃ terribiliter hac tertia repetitione ſolicitudinem interdicit.Cum enim di- Fugiẽda ſolicitudo diuitiarum.
xiſſet,nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ,protinus ait:Craſtinus em̃ dies ſolicitus erit ſibi
ipſi.Audiat hoc homo ille diues,vel quicunq; ſimilis eius,cui cũ fructus vberes ager ſuus
attuliſſet,cogitabat intra ſe,dicens:Quid faciam ꝙ nõ habeo quo cõgregem fructus me-
os?& dixit:Hoc faciã,deſtruam horrea mea,& maiora faciã,& illuc congregabo omnia Luc.12
quæ nata ſunt mihi & bona mea,& dicã animæ meæ:Anima,habes multa bona repoſita
in annos plurimos,requieſce,comede,bibe,epulare.Multũ ille de craſtino ſolicitus erat,
q̃ ſolicitudinẽ ſuã tam delectabiliter in annos plurimos extendebat.At vero craſtinus di
es,non futurũ dico tempus breue aut longũ,pro quo ſolet dici cras,vt illic,Et reſponde- Gene.30
bit mihi cras iuſtitia mea,ſed craſtinus dies, vt vulgo dici ſolet,dies q̃ noctẽ proximã ſub
ſequitur ſecundũ occaſum & ortũ ſolis,qui quotidianus eſt,ſolicitus erit ſibiipſi.Nam ſe-
quitur:Dixit aũt illi deus:Stulte,hac nocte animam tuam repetunt à te.quæ autem para
ſti,cuius erunt?¶Puta ꝙ dixerit:Stulte,quid ſolicitus es,non dico in annos plurimos,ſed Lucæ.12
in diem craſtinũ?Craſtinus em̃ dies ſolicitus erit ſibiipſi.Quod idem videtur eſſe,ac ſi di Craſtin9 dies ſol.er.ſi.
catur illi:Craſtinus dies alia ſolicitudine plenus erit,nõ tibi,ſed ſibiipſi,nec tibi concedet
ſtatus diei craſtini,diei mali,quicq̃ habere rationis,ne dicã ſolicitudinis,quia ſicut Eccle-
ſiaſtes dicit,nec ratio,nec ſcientia,nec ſapiẽtia erũt apud inferos,quo tu properas,hac no Eccl'es.9
cte anima tua abs te repetita.Dira occupatio,q̃ totũ hominẽ ſic inuoluit,vt nec rationis,
nec ſcientiæ,nec ſapientiæ ſolatiũ quærere vel admittere poſſit.Aliter:Craſtinus dies,id Lucæ.16
eſt,ille q̃ craſtino die venit,ſolicitus erit vel eſſe poterit,ſiue in eo,vt habẽs Moſen & pro
phetas,audiat illos,ſiue ĩ eo,vt maiora ſibi facere cogitet horrea ſicut tu cogitaſti.Quod
ſi cogitauerit,dicet & fiet illi,ſicut dictũ eſt & factũ illi,qui p̃ceſſit,ſiue tibi ſiue alij.Stulte,
hac nocte repetunt animã tuã abs te.quæ autem paraſti,cuius erunt?Nam quotuſquiſq;
eſt ſeruorũ mammonæ,qui non etiã pridie q̃ anima eius ab ipſo repetatur,& ſub ipſo fe-
re mortis articulo in annos plurimos male perſeuerat ſolicitus?¶Cũ multa his ſimilia de Senſus anagogicus de craſtino.
die craſtino poſſint dici,& à prioribus nr̃is dicta ſint,ſenſus anagogicus magis placet.&
expeditius procedit.Nã iuxta anagogen dies craſtinus,dies malus & maledictus eſt,diei Pſal.94
p̃ſenti oppoſitus,diei quem benedixit dñs,de quo in Dauid loquitur ſpũs ſanctus.Hodie Heb 4
ſi vocem eius audieritis,cuius meminit Apoſtolus his verbis:Quapropter ſicut dicit ſpi-
ritus ſanctus,Hodie ſi vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda vr̃a.Videte fratres,ne
ſit in aliquo veſtrũ cor malũ incredulitatis,diſcedẽdo à deo viuo, ſed adhortamini voſ-
metipſos p̃ ſingulos dies,donec hodie cognominat,dũ dicit,Hodie ſi vocẽ eius audieri-
tis,Ac deinceps:Et quidẽ ab operibus ab inſtitutione mundi factis, dixit quodã loco de
die ſeptimo ſic:Et requieuit deus die ſeptimo ab oĩbus opibus ſuis.Et in iſto rurſum,Si in
troibunt in requiem meã.Quoniam ergo hi,quibus prioribus annunciatum eſt,nõ intro

ibunt propter incredulitatẽ,iteꝝ determinat diem quendã,Hodie dicẽdo in Dauid &c.
Dies craſtinus cui maledixit Iob mãmon ẽ. Iob.3. ¶Huic hodierno diei quẽ benedixit,& in quo requieſcit deus,cõtrarius eſt dies ille craſti
nus,ſcilicet diabolus ſiue mammon,contra quẽ dixerat ſupra,nemo poteſt duobus dñis
ſeruire,nõ poteſtis deo ſeruire & mammonæ.Nam quẽ aliũ diẽ putas eſſe diem illũ,quẽ
maledicit ſanctus Iob? Aperuit eñ os ſuũ Iob,& maledixit diei ſuo,& locutus eſt:Pereat
dies in qua natus ſum,& nox in qua dictũ eſt,cõceptus eſt homo.Dies ille vertaẽ in tene-
bras,nõ requirat eũ deus deſuper,& nõ ſit in recordatione,& nõ illuſtretur lumine,&c.
In illo nanqꝫ die naſcit̃ omnis homo,qa naſcitur in peccato,viuit in peccato,& moritur
in peccato,niſi viſitet̃ à die iſto,die hodierno,ſancto & benedicto,& ab hoc viſitatus,ſiue
illuſtratus,mutet originẽ,renouet natiuitatẽ,vt natus in Adã,renaſcatur in Chr̃o: mor-
tuus peccato,viuat deo.Dicitur aũt dies ille craſtinus,eo ꝙ interueniente iniquitatis no-
cte,ab iſto die hodierno ſit oĩno ſeparatus.Porro nõ vere eſt,ſed dicit̃ & videri vult ille
dies,nã reuera nox eſt.Propterea ſanctus ille maledicens,hoc vtrunqꝫ dixit: Pereat dies
in qua natus ſum,& nox in qua dictũ eſt,conceptus eſt homo.¶Nunc iam dicendũ,quo
Solicitus in diem craſtinum. modo ſit vel nõ ſit ſolicitus quis in illũ diem craſtinũ,quomodo ille dies ſibimetipſi ſit ſo
licitus,& quomodo ſufficiat ei malitia eius.Nã hæc tria dixit dñs,nolite ergo ſoliciti eſſe
in craſtinũ,craſtinus eñ dies ſolicitus erit ſibiipſi,ſufficit eñ diei malitia ſua. Solicitũ eſſe
in illũ diẽ craſtinũ,eſt ſeruire mammonę,ſeruire cupiditatibus,diligere mundũ & ea q̃ in
mundo ſunt.Quod idcirco recte prohibetur,quia ſicut profecto nemo poteſt vtrunqꝫ p̃-
ſentem & craſtinũ diem ſimul videre,ita nemo poteſt mundũ ſimul & deũ diligere, deo
ſeruire ſimul & mammonæ.Quã ob cauſam? Craſtinus eñ(inquit)dies ſolicitus erit ſibi
ipſi.Quid eſt,craſtinus dies ſolicitus erit ſibiipſi? Nimiꝝ diabolus,mammon, ſiue prin-
ceps huius mundi,nihil deo de ſua ſolicitudine cõmunicabit,nihil cũ deo cõmune habe-
bit.Et quidẽ ſi ita dixiſſet,ſolicitus eſt ſibiipſi,id eſt,eſſe videretur,ſed futuro tempore di
ctũ,ſolicitus erit,hoc plus habet,qa ſempiternitatẽ innuit diuiſionis ſiue ſeparationis:qa
ſicut nunc eſt,ita ſemper & in æternũ à deo diuiſus & ſeparatus erit,& abſqꝫ vllo fine ſe-
Philip.2 orſum quæret quæ ſua ſunt,nõ quæ ſunt dei,nec vlla vnq̃ reſpectione deo cupiet rurſus
cõfœderari.Vnde hoc illi? Vnde tanta ſeparationis perſeuerãtia? Ait:Sufficit diei mali-
tia ſua.Quõ vel in quo ſufficit huic tali diei malitia ſua? Videlicet in eo,vt dicat,nullius
Ezech.28 egeo,deus ego ſum,& in cathedra dei ſedi,& ero ſimilis altiſſimo,& cætera his ſimilia.
Eſa 14. Igit̃ ſufficit(ait)diei malitia ſua,i.hoc ſuperbiæ videt̃ quod ſibi ſufficiat.Humilitas aũt di
2.Cor.3. cit:Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliqd à nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra
Pſal.16. ex deo eſt.Et alibi:Satiabor cũ apparuerit gloria tua.⌊Nolite iudicare,& nõ iudicemini
CAP.VII In quo eñ iudicio iudicaueritis,iudicabimini:& in qua menſura menſi fueritis,remetiet̃
vobis.⌋Non mandatũ nouũ eſt hoc,ſed mandatũ vetus,q̊d ab initio audiuimus.Nã per
Leui.19. Moſen dixerat hoc idem dñs,Ne oderis fratrẽ tuũ in corde tuo,ſed publice argue eum,
ne habeas ſuper illo peccatũ.Deniqꝫ q̊d de iudicij odio dñs hic dixerit;nolite iudicare,vt
nõ iudicemini,& cætera quæ iã dicta ſunt,protinus manifeſtat cũ dicit per ſimilitudinem
huiuſmodi.⌊Quid aũt vides feſtucã in oculo fratris tui,& trabẽ q̃ in oculo tuo eſt nõ vi
des? aut quomodo dicis fratri tuo,ſine,eijciã feſtucã de oculo tuo,& ecce trabs eſt in ocu
lo tuo? Hypocrita,eijce primũ trabem de oculo tuo,& tũc videbis eijcere feſtucã de ocu
lo fratris tui.⌋Igitur q̊d dicit,nolite iudicare vt non iudicemini,hoc dicere eſt,nolite in
Quõ arguendus eſt frater,non ex odio,ſed ex dilectione. iudicãdo habere odiũ in cordibus veſtris.¶Nã vt omnino non iudicemus ſiue arguamus
vel corripiamus,& euãgelica ſimul & legalis ſimul repugnat autoritas.Legalis,vt eodẽ
capitulo,protinus cũ dixiſſet,ne oderis fratrẽ tuũ in corde tuo,ſubiunxit,ſed publice ar-
gue eũ,ſubaudit̃ hac intentione,vt velis eũ lucrari,q̊d non eſt odij,ſed dilectionis. Euan-
gelica,vt illic:Si peccauerit in te frater tuus,vade & corripe eũ inter te & ipm̃ ſolũ.Si te
Matth.18 audierit,lucratus eris fratrẽ tuũ:ſi aũt te nõ audierit,adhibe adhuc vnũ tecũ vel duos, vt
in ore duoꝝ vel trium teſtiũ ſtet omne verbũ.Quod ſi nec eos audierit,dic eccleſiæ.Si-
mul & hoc euãgelica ſuppleuit autoritas,q̊d in legali minus apprebat,qa videlicet legalis
hoc tantũ dixit,ſed argue publice:euãgelica vero perſcripſit,quali ordine debeas ad hoc
ꝑuenire,vt arguas publice,ſiue dicas eccleſiæ peccatũ q̊d nõ eſt publice admiſſum,ſed te
ſolo ſciẽte.Cauẽdũ eſt ergo iudiciũ,q̊d ex odij radice procedit:& ſi nõ amore iuſtitiæ,at
ſaltẽ metu viciſſitudinis iuſtæ,quã protinus ſubiũgit:In q̃ eñ iudicio iudicaueritis,iudica
bimini.Eteñ ſi ꝑ odiũ nõ cauſæ,ſed ꝑſonæ iudicaueritis,iudicabimini & vos,iudicio nõ
dilectiõis,ſed odij dei,q odit omnẽ odioſe iudicantẽ,imo & omnes odiſti(inquit Pſalmi-
Pſalm.5 ſta)qui operantur iniquitatẽ.¶Veruntamen hæc & cætera fere omnia maxime contra
Scribæ & pha.hic p̃cipue rep̃hendũtur. ſcribas & phariſæos hypocritas dicũtur,vt ab illoꝝ ſimilitudine q̃ longiſſime recedant,q
diſcipuli veritatis eſſe volunt,& Chriſtiano noĩe cenſent̃.Illi nanqꝫ tunc tẽporis male iu-
dicabãt,& iniqua menſura metiebant̃,peccatores & publicanos condemnantes,& ipm̃
do-



dominũ reprehẽdentes,pro eo ꝙ illos ſuſcipiebat,ſeqꝫ coniungebat illis,& dicebãt:Quia
hic peccatores recipit,& mãducat cũ illis,& his ſimilia.Profecto ipſi potius erãt iudican Matth.9.
di,quia peccatum illoꝝ tanto maius erat peccato publicanoꝝ & meretricũ,quanto ma-
gnitudo trabis paruitate feſtucæ maior ẽ.Proinde cuilibet eoꝝ aptiſſime dicit:Quid aũt
vides feſtucam in oculo fratris tui,& trabem in oculo tuo nõ vides? Huic ſimile hoc eſt:
Quid ignorantiam publicani deteſtaris,vt dicas,verbi gratia,Sed turba hæc quæ non no
uit legẽ,maledicti ſunt,nõ attendẽs odium quod in corde habes,quia vidiſti & odiſti & Iohan.7
me & patrẽ meum? Non ſolum me vel patrẽ meum,verumetiam qualemcunqꝫ fratrem
odiſſe,hoc eſt trabẽ in oculo habere.Quomodo ergo dicis fratri tuo,Sine,eijciã feſtucã
de oculo tuo,& ecce trabs eſt in oculo tuo? Et forte q̊d vides aut videre te putas in oculo
fratris tui,nõ feſtuca,ſed feſtucæ vmbra eſt:tu aũt male vides,& male diſcernis, qa trabẽ
in oculo tuo vides.¶Sed eſto,vt veraciter feſtuca ſit in oculo cuiuſcunqꝫ fratris,feſtuca Feſtuca in oculo Dauid.
iræ repentinæ ſiue cõcupiſcentiæ ſubito irruentis,ſicut fuit in oculo Dauid,quãdo iratus
propter maledicta Nabal,ſemetipſum vlciſci voluit,quãdo vxorẽ Vriæ Ethæi lauantem 1.Regũ.25
ſe de ſolario proſpiciens,vidit & cõcupiuit.¶Tu cũ ſis quaſi Semei,quomodo de eiuſ- 2.Reg.11.16
modi feſtucis iudicare vel cõſiliũ dare poteris,aut iſtud cõueniet tibi,tantã habẽti in ocu Trabs in
lo tuo trabẽ odij, vt maledicẽs & lapides mittens, terrãqꝫ ſpargens,dicas tale quid,vt eſt oculo Se
hoc,Egredere vir ſanguinũ & vir Belial,reddidit tibi dñs vniuerſum ſanguinem quẽ effu mei.
diſti.Nempe etiam ſi mitius loquaris,cũ tua trabe inueterati odij,vt dicas tale quid,vt eſt
hoc,Increpationẽ ergo ne reprobes dñi,qa ipſe vulnerat & medetur,percutit & manus Iob.5.36
eius ſanabunt,ſiue illud,Non ergo te ſuperet ira,vt aliquẽ opprimas,nec multitudo *lo-
coꝝ inclinet te.Dicetur tibi:Hypocrita,eijce primũ trabẽ de oculo tuo,& tũc videbis eij *aſs,donoꝝ
cere feſtucã de oculo fratris tui.¶Deniqꝫ,quia ſapiens Abigail,vxor Nabal inſipientis &
ſtulti,trabẽ eiuſm odi nõ habuit in oculo ſuo,idcirco perſpexit & perſpicere potuit,qua- Abigail re
liter eijceret feſtucã de oculo Dauid repẽte irati,q̊d & fecit ratione huiuſcemodi:In me cte eiecit fe
ſit,ait,dñe mi hæc iniquitas &c.vſqꝫ.Cũ ergo fecerit tibi dñs dño meo omnia quæ locu- ſtucam de
tus eſt bona de te,nõ erit tibi hoc in ſingultũ & in ſcrupulũ cordis dño meo,ꝙ effuderis oculo Da
ſanguinẽ innoxiũ,aut ipſe te vltus fueris.Ille nãqꝫ purgato ſtatim oculo,id eſt,ſedato iræ uid 1.Reg.25
impetu,dixit ad Abigail:Benedictus dominus deus Iſrael,qui miſit te hodie in occurſum
meũ,& benedictũ eloquium tuũ,& bñdicta tu quæ prohibuiſti me hodie,ne irem ad ſan-
guinẽ,& vlciſcerer me manu mea.Vnde illa ſecundũ nomen ſuũ Abigail,q̊d interpretat̃
patris mei exultatio,memorabile exemplũ eſſe debet oĩ animæ fideli,quatenus ſtudeat
paci,& reconciliet ſiue mitiget iratũ quemcunqꝫ poteſt,ante effectũ vel opus peccati,q̊d
ira ſuggerit,q̊d ſtudiũ reuera eſt patris altiſſimi.¶Item propheta Nathan,qa trabem il- Similiter
lam in oculo ſuo nõ habuit,idcirco perſpexit & perſpicere potuit,qualiter feſtucã pecca & Nathan
ti,q̊d per cõcupiſcentiã cõmiſerat Dauid in vxorẽ Vriæ Ethæi,educeret de oculo eius,in propheta.
cipiendo ita quaſi de alio loqueretur,& ad hoc illũ ſuauiter perducẽdo,vt diceret ille pœ
nitens,peccaui dño.¶Porro ſupradictus Semei,qa magnã habebat in oculo ſuo trabem 2.Reg.12
odij,nõ ſolum nõ eduxit feſtucã,*quaſi tunc erat in oculo Dauid,verumetiã zeli iuſti lon *Lego,quæ
gæuum ſiue diuturnũ iniecit ignẽ,vt mox dormiturus cũ patribus ſuis,diceret ad Salo-
monẽ filium ſuũ:Quia deſcendit mihi in occurſum,cũ tranſirem Iordanẽ,& iuraui ei per 3.Reg.2.
dñm dicens,non te interficiam gladio, tu noli eũ pati eſſe innoxium.Vir aũt ſapiens es,
& ſcies quæ facias ei,deducesqꝫ canos eius cũ ſanguine ad infernum.

FINIS LIBRI SEXTI.

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. VII.

EXperimento didici,ſed hoc ipſum timens confiteor,confitens Modus ſpe
timeo,quia didici & expertus ſum quippiam,licet exiguum,de cialis, quo
modo quodam diuinæ locutionis,qua dilectis ſanctis & dilectis deus homi
loqui ſolet animabus,ſicut audiuimus in Canticis,dum quælibet ni cõueni
illarum dicit:En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum,reſpiciens per enter loquit̃
feneſtras,& dilectus meus loquitur mihi:Surge,propera amica Cant.2
mea,columba mea,formoſa mea,& veni.Item hoc ipſum repe-
tens,ſurge amica mea,ſpecioſa mea,ita ſubiungit:Oſtende mihi Ibidem.
faciem tuam,ſonet vox tua in auribus meis.Vox enim tua dulcis

 & fa-

& facies tua decora. Et quæ me neceſſitas cogit iſtud confiteri, ꝙ tale quid experimento
didicerim? Exiſtimo nõnulla, quia peccat aliquis, dum pene ſcãdalizatur in me, hoc ipm
ꝙ ſcribo, ꝙ ſcripturarum myſteria pertracto, præſumptioni reputans & vanæ gloriæ, &
ſubſannando quæritans, quid opus ſit vt ſcribam iſtis, quum ſancti patres tam multi ante
nos tam multa tamq́; ſufficientia ſcripſerunt. Quid igitur? Scribam ne etiam illud experi
mentum dilecti, quomodo dicat, Surge, propera: quomodo dicat, Sonet in auribus meis
vox tua? Vere nõ auſim, ſed hoc tibi o amice, qui & ipſe me ad ſcribendũ ſæpe hortaris,
Autor iſte in aurẽ dicere nõ veritus ſum, nec verebor, ſi iterꝫ audire volueris. ¶Cæteris dico & hoc
non potuit dixiſſe ſatis ſit, qa reuera etiã ſi tacere ſiue à ſcribendi ſtudio ceſſare voluero, nõ valeo, &
nõ ſcribere hoc non concedi mihi ſcio & bene ſentio, & hoc gaudio. Veracẽ eſſe didici, ſi virtutem
ſicut & Hie diſcretionis habuiſſet, amicũ beati Iob, vbi dixit: Sed conceptũ ſermonẽ tenere quis poſ
remias. ſit? Et quidẽ conceptũ ſermonẽ ſuperfluum ſiue malum non poſſe tenere, vitioſum eſt
Iob. 4 & ſtultũ, iuxta illud ſapientis, Sagitta infixa in femore canis, ſic verbũ in corde ſtulti: ſed
Ecci. 19. econtra conceptũ ſermonẽ bonum & neceſſarium non poſſe tenere, glorioſum, quemad
Hiere. 20. modũ Hieremias tenere non valẽs, quum dixiſſet, Et factus eſt mihi ſermo dñi in oppro
brium & in deriſum tota die, & dixi, nõ recordabor eius, neq; loquar in nomine ipſius, ita
ſubiunxit: Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq́; in oſſibus meis, &
defeci ferre nõ ſuſtinens. ¶Veruntamen quomodocũq; volunt pſentes de nobis iudicẽt,
Fiducia bo futuri clemẽtius iudicabunt. Dum em̃ viuimus (ait vir illuſtris Hieronymus) & vaſe fra-
næ cõſcien gili cõtinemur, videntur amicoꝝ prodeſſe ſtudia, & nocere æmuloꝝ opprobria. Poſt-
tiæ autoris quã autẽ reuerſa fuerit terra in terrã ſuã, & tam nos qui ſcribimus, ꝗ eos qui de nobis iu
dicant, pallida mors ſubtraxerit, & alia venerit generatio, primiſq́; cadentibus folijs vi-
rens ſylua ſuccreuerit, tunc ſine nominũ dignitate ſola iudicantur ingenia. Nec cõſiderat
qui lecturus eſt, cuius vel quale ſit qđ lecturus eſt, ſiue ille epiſcopus ſiue ſit laicus, impera
tor & dñs, miles & ſeruus, aut in purpura aut ſerico aut in viliſſimo panno iaceat, non bo
norũ diuerſitate, ſed operũ merito iudicabitur. Nunc cœpta proſequamur. ⌊Nolite ſan-
ctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcẽt eas pe-
dibus ſuis, & cõuerſi elidant vos.⌋ In doctrina ſua ſeruus dñi ſcientiã habens ſcripturaꝝ,
Matth. 13 vnde & dicitur ſcriba doctus in regno cœloꝝ, magnam habere debet temperantiam, ma
ximeq́; illi congruit attendere locũ, tempus, perſonã. Nam ſi abſq; conſideratione horũ
ſermonem effundat intemperans doctor, immoderatus prædicator, ſæpe contingit illi
dare ſanctũ canibus, & mittere margaritas ſuas ante porcos. Nonne etiam pleroſq; illo-
rũ, qui margaritas, de quibus agitur, diligenter pro tempore & loco abſconderunt, canes
& porci, id eſt, hoĩes immundi & proterui, iniurioſe diſcuſſerũt ac perſcrutati ſunt, & cõ
culcatis margaritis, ipſos diripuerũt? Multos em̃ occiderunt, ꝗ plures perſecuti ſunt, non
vt ipſi margaritas haberent, ſed vt margaritæ ipſæ nuſquam comparerent. ¶Magnum
cautelæ huius exemplũ primus ipſe, qui hæc loquitur, in facto ſuo præbuit: quia videlicet
Gene. 6 ſcripturã ſuam ita condidit, vt non ab omnibus vel à quibuſcunq; poſſet intelligi. Non ei
ſufficere viſum eſt, quod labium, quod omnibus vnũ erat, & ſermones quos eoſdẽ habe-
bat omnis terra, cõfudit in conſtructione Babylonicæ turris, atq; ita remouit omnes gen
tes à lectione ſcripturaꝝ, quas erat traditurus vni, ſcilicet Hebrææ genti. Nam & in illa
dei gente vnica, quæ legẽ accipiebat, cui credebantur eloquia dei, non defuerunt nec de-
futuri erãt porci vel canes huiuſmodi, margaritis cœleſtiũ ſacramentoꝝ indigni, & qui-
bus omne ſanctũ non deberet dari, quod fieret vel factũ eſſet, ſi nudo ſermone abſq; figu
Cur ſcrip- ris & ænigmatibus lex & prophetæ fuiſſent elocuti. ¶Proinde igitur talem ſcripturã cõ
tura obſcu didit, quæ nõ facile poſſet intelligi quo tenderet, vel quale contineret myſteriũ regni dei:
re tradita & ſicut ipſe tunc fecit, ita docet cũ dicit: Nolite ſanctũ dare canibus, neq; mittatis marga
ſit. ritas veſtras ante porcos. Quare? Ne forte cõculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi elidãt
vos. Duplex cauſa eſt, videlicet ne & margaritis fiat iniuria, & nobis vitæ periculũ ſiue
mortis occaſio nr̃a indiſcretio fiat. ⌊Petite, & dabit vobis: quærite, & inuenietis: pulſate,
& aperietur vobis. Omnis em̃ qui petit, accipit: & q quærit, inuenit: & pulſanti aperiet.⌋
Nihil ergo obeſt aut oberit ſancto gregi humiliũ, ꝙ porcis & canibus margaritæ abſcon
ditæ ſunt, & ꝙ propter canes omne ſanctum intus repoſitum eſt. Nam qui habet clauim,
imo qui ipſe eſt clauis Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, ſemper
Apoc. 3 præſto eſt, q & ſicut nouit quibus vel qualibus claudendũ, ita & optime ſcit qualibus ſit
aperiendũ, qualibus dandũ. Petendo, quærendo & pulſando ſemetipſos manifeſtant hi
Fortitudo q digni ſunt. ¶Hic fortitudine opus eſt. Qua fortitudine? Illa nimirꝫ vel ſimili illi, qua pa
Iacob lu- ter fortiũ Iacob cũ angelo luctatus eſt, & victor exiſtens, dicenti ſibi, dimitte me, non di-
ctãtis cum mittã te, ait, niſi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodẽ loco. Qualis ergo fuit illa forti-
deo. Gene. 32 tudo? Quid ſenſerat ipſe qui dixit, qm̃ ſi contra deum fortis fuiſti, quanto magis cõtra ho
mines



mines præualebis? Nimirꝫ fortitudo illa gemitus fuit inenarrabilis, fletus fuit ſpũs contri-
bulati, & rogatus cordis contriti & humiliati, quo & Moſes eundem deum dicentẽ, Di- Exo. 30.
mitte me, tenere potuit. Deniq; & hoc teſtatur Oſee, imo & ipſe deus loquẽs in Oſee, qui Oſee. 12
cũ dixiſſet de illo, in vtero ſupplantauit fratrẽ ſuũ, & in fortitudine ſua directus eſt cũ an
gelo, & inualuit ad angelũ, & confortatus eſt, addidit dicẽs, fleuit & rogauit eũ. ¶Igitur
humili fortitudine, forti humilitate hic opus eſt, vbi ſanctũ abſconditũ & in litera obſir-
mata clauſæ tenent margaritæ ſenſuũ cœleſtiũ. Et ſicut ille Iacob luctatus eſt cũ illo an-
gelo, in quo ſine dubio deus erat, q & victũ ſe fatebatur: ita luctari debet verbi dei amator
cũ ſermone vel ſcriptura, ꝗ eſt ex deo, nec dimittere anteꝗ vincat vinci volẽtẽ, ſenſumq́;
comprehendat vtilem in litera latentẽ. Lucta em̃ pulcherrima eſt, tam diu perſeuerare
petendo, donec inueniat pulſando, donec ſibi aperiatur. Quantũ ſibi placeat huiuſmodi
lucta, ꝗ veraciter vinci cupiat ipſe, qui reluctari videtur, dum non citius aperit, nos ani-
maduertere vult, cũ protinus dicit: ⌊Quis ex vobis homo, quẽ ſi petierit filius ſuus panẽ,
nunquid lapidẽ dabit illi? aut ſi piſcẽ petierit, nunqđ ſerpentẽ porriget ei? Si ergo vos cũ
ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter, q in cœlis eſt, da-
bit bona petentibus ſe?⌋ Argumentũ hoc ſuã habet intentionẽ, nec dubium eſt, hãc eſſe,
vt non ſimus filij diffidẽtiæ propter hoc, ſi pater veſter petẽtibus dare & pulſantibus di-
ſtulerit aperire. Non vult hoc pater, ſed iſtud potius, vt vbi magis clauſum eſt, ibi magis 1. Cor. 4
te exerceas, ſpemq́; tuã in exercitio robores ex ea cõſideratione qa pater eſt, & cũ differt
dare ſiue aperire, idcirco differt, vt experiaris qa nihil habes quod nõ acceperis, & non in
teipſo glorieris, tanꝗ ſufficiens tibi ſis, quæ gloriatio fuit vel eſt maligni, ſed cogites & lo
quaris ſecundũ exemplũ Apoſtoli, q dixit: Fiduciã aũt talem habemus, nõ ꝙ ſufficientes 2. Cor. 3.
ſumus cogitare aliqđ à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Si ergo vos
(inquit) cũ ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quãto magis pater veſter? Et qua
lis pater? Vtiq; bonus, & ſolus bonus, cuius cõparatiõe vos oẽs mali eſtis, & nihil boni, ni Matth. 19
ſi ex accidẽtali dono eius habetis. ¶Adam pater vtiq; malus, quippe qui & ſe & omnẽ po Patres ma
teſtatẽ ſuam morti addixit: hic tamen filio ſuo petenti panẽ, non daret lapidem: petenti li, Adã &
piſcẽ, non porrigeret ſerpentẽ. Herodes quidem, ſub quo natus eſt hic ipſe dominus, qui Herodes.
hæc loquitur, filijs ſuis plus ꝗ lapidẽ, ſcilicet mortiferum præbuit enſem, ſed hoc non fe-
cit petentibus panẽ aut piſcẽ, imo (vt videbatur ſibi) patri machinantibus mortẽ. ¶Quã- Deus, pa-
to magis (inquit) pater veſter vobis ad intelligendã ſcripturã, quæ vere eſt panis, petenti- ter bonus.
bus apertionẽ cordis, nequaquam econtrario faciet, vt cor obtuſum & lapideum det vo-
bis? Similiter ſi petieritis piſcẽ, id eſt, ſi legẽtes volueritis cognoſcerere Chriſtũ, cuius ſa-
cramentũ quodãmodo ita latet in ſcriptura legali atq; prophetica, ſicut piſcis in aqua, ne
quaquã porriget vobis ſerpentẽ, inducẽdo vos in errorem & ſenſum à Chriſto, quem in
ſcripturis pio quæritis deſiderio, longe recedentẽ. Non eſt hoc ſuũ, vt petentibus ſpiritũ
veritatis, ſpiritũ det erroris. ¶Apud alium euangeliſtã adhuc ſcriptum eſt: Aut ſi petierit Lucæ. 11.
ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem? De hoc dicere delectat, qa ſancti omnes anti- Ouũ myſti
qui, ſicut panẽ verbi dei, & ſicut piſcẽ, id eſt, Chriſtum, petebant & quærebant, ita & ouũ cum, beata
à patre miſericordiaꝝ deſiderãtiſſime poſtulabãt, & prophetica oracula ſine dubio dan- virgo.
cis ſimiles. mit ſeptem alios ſpũs ſecum nequieres ſe,& ingreſſi habitant ibi,& fiunt nouiſſima homi
Matth.12 nis illius peiora prioribus.Per vnum quippe hominem eiuſmodi,Iudæos incredulos atq;
blaſphemos vult intelligi,qui nõ tam Iudæi q̃ Chananæi,non tam vituli æſtimandi ſunt
q̃ porci.Ipſi nanq; de bono opere ſaluatoris peiores effecti,& inde per inuidiam mortui,
quod ille vnam in ſemetipſo & vtranq; in ſuis fidelibus mortem vicit,malignis ſunt ſpiri
tibus traditi,& per furorem ſuum facto impetu,ſemetipſos in mari præcipitauerunt.Ni
Ioſe.de bel mirum ſeditiones excitando implacabiles,vt plurimi ſcriptores,& maxime Ioſephus re
lo Iud. per fert,in Romanũ irruerunt imperium,& mira inſania,mirabili pertinacia victores omni-
ſeptẽ libros um gentium in ſuas neces,in excidiũ loci & gentis excitauerũt.Quid fuit ita furere,niſi
porcos à malignis ſpiritibus agitatos,per p̄ceps & cũ impetu abire in mare? Si ergo per-
pendas ſiue reſpicias quid olim in Aegypto ante acceptã legẽ fuerint,& quid nunc poſt
aduentũ fecerint redemptoris aut receperint,recte dicas,quia nouiſſima horum peiora
ſunt prioribus,& ita tam ſecundum animam quàm ſecundum corpus in omne miſeriaꝝ
profundum præcipitati ſunt,vt porci illi quibus propter furias dæmonũ nec ſuus,quã-
CAP.IX. uis brutus,ſubeſſe poterat ſenſus.LEt aſcendens in nauiculã,tranſfretauit,& venit in ci-
uitatem ſuã.Et ecce offerebant ei paralyticum,iacentem in lecto.Et videns Ieſus fidem
illoꝝ,dixit paralytico:Confide fili,remittuntur tibi peccata tua.Et ecce quidam de ſcri
bis dixerunt intra ſe:Hic blaſphemat.Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum,dixit:
Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere,remittuntur tibi pec
cata,aut dicere,ſurge & ambula? Vt ſciatis autem,quoniam filius hominis poteſtatem ha
bet dimittẽdi peccata,tunc ait paralytico:Surge,tolle lectũ tuum,& vade in domũ tuam
Et re



Et reſurrexit,& abijt in domum ſuam.Videntes autem turbæ,timuerunt,& glorificaue
runt deum,qui dedit poteſtatem talem hominibus.JPoteſtatem filij hominis,quã ad ho
norem & gloriam ipſius conſiderare & cognoſcere intẽdimus,ex mirabilibus eius factis
& dictis ipſemet ore proprio hic enunciauit in re huiuſmodi,in qua potiſſimũ expedie-
bat nobis potentem eſſe hunc dominũ,ſcilicet in remiſſionem peccatorum.Hoc eatenus
non dixerat,ꝙ poteſtatem haberet dimittendi peccata,ſapienti nimirum vſus prouidẽ-
tia diſcretionis,quatenus non hoc ante diceret q̃ factis comprobaret:& ipſi ſpiritus,quos
verbo eijciebat,torti confiterentur,ipſum eſſe,de quo propheta prædixerat:Et tu Beth-
leem terra Iuda,nequaquam minima es in principibus Iuda,ex te eñ exiet dux,qui re- Mich.5
gat populum meum Iſrael.Quæ enim illic in eodem propheta ſequuntur,eoꝝ ſumma
eſt,ſaluum facere populum ſuum à peccatis eorum.Poſtquam ergo præcedentibus fa-
ctis comprobatum fuit,quod ipſe eſſet & credi deberet eſſe ille dux Iſrael,dux Meſſias,id
eſt,Chriſtus,tunc demũ paralyticum curaturus:confide,ait,fili,remittuntur tibi peccata
tua,vt dum tam præſentia miracula,q̃ antiqua prophetarum oracula,ſermonem pręſen
tis confirmant,minus offendantur,qui abſq; offenſione doceri non poſſunt,tardi ad cre-
dendum,imo & impatientes ad audiendum.Nam erant in hoc offendendi,& offendebã-
tur offenſione voluntaria,maxime ſcribæ & phariſæi,non veritatem quærentes,ſed ve-
ritati inuidentes.Nam protinus vbi dixit,confide fili,remittuntur tibi peccata tua,& ec-
ce,inquit euangeliſta,quidam de ſcribis dixerunt intra ſe:Hic blaſphemat.Quis poteſt
dimittere peccata,niſi ſolus deus? Vidit eñ cogitationes eoꝝ,& dixit:Vt quid cogitatis
mala in cordibus veſtris? Fortaſſis & hoc dixerunt intra ſe,ſed & de iſto reſpondit eis ſua
ipſorum conſcientia,& de illo virtus operis manifeſta,ſequente effectu iuſſionem dicen-
tis,ſurge & ambula.Et vtrinq; conuicit incredulos,quod excuſationem non habeant de
peccato ſuo.Quid aũt ad illam interrogationem reſpondendum erat,quid eſt facilius di
cere,dimittuntur tibi peccata,aut dicere,ſurge & ambula:niſi facilius eſſe dicere,dimit-
tuntur tibi peccata? Nam apud ipſum quidem filius hominis ita vnum ſicut alterum faci-
le erat,ſed apud homines longe facilius eſt dicere,dimittuntur tibi peccata,q̃ ipſam pec
catorum dimiſſionem comprobare teſtimonio virtutis qualis protinus eſt ſubſequuta.
¶Secundum exemplum hoc fere quotidie fit in ciuitate domini,ſcilicet in eccleſia,quæ
vtiq; eſt ciuitas domini,ciuitas regis magni,ad quam ipſe tranſfretauit & venit,poſt quã Myſterium
(vt dictum eſt ſupra)& mortis corporum noſtrorum ſeuitiam ſedauit,& mortis anima- huius cura
rum noſtrarum ſæuum imperium ſoluit.Nam quoties facimus illud,quod Iacobus apo tionis para
ſtolus dicit:Infirmatur quis in vobis,inducat preſbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum, lytici,in ec
vngentes eum oleo ſancto in nomine domini,& oratio fidei ſaluabit infirmũ:& ſi in pec cleſia.
catis ſit,remittentur ei.Quoties,inquam,hoc facimus,paralyticum ſiue vndecunq; infir Iaco.5
mum domino offerimus,& ſicut videns fidem illorum,dixit,remittuntur tibi peccata,
ita & nunc oratio fidei ſaluat infirmum:& ſi in peccatis eſt,dimittuntur ei.¶Præterea iu
xta ſenſum altiorem paralyticus tunc à domino curatur,quando fit,vt is qui nihil opera
batur,iam nunc operetur,quemadmodum dicit Apoſtolus:Qui furabatur,iam non fu- Ephe.4
retur:Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt,vt habeat vnde tri
buat neceſſitatem patienti.Nam qui nihil operabatur,& aliena furabatur,nonne veram
paralyſin habebat in manibus? Similiter qui ad bonum & vtilem ſermonem mutus erat,
nonne veram in lingua paralyſim habebat? Igitur cum circa huiuſmodi ſic operatur do
minus,ſiue per ſemetipſum tãtum,ſiue miniſtris ſuis cooperantibus:vt qui taliter paraly-
ticus erat,iam nunc & bene laboret operando manibus ſuis,& omnis ſermo malus ex ore
eius non procedat,vt ait continuo idem Apoſtolus,ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationẽ
fidei,vt det gratiam audientibus,merito turbæ glorificent dominum,qui dedit poteſta-
tem talem hominibus.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

h 2 Ruper-

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. VIII.

Sap. 10 O Sapientia dei, quæ aperuiſti os muti, & linguas infantium feciſti
deſertas: ego quondã mutus & infans, nunc aũt ore aperto & lin
gua pene diſerta te magnificãs, tibiq; de auro tuo ac de gemmis
tuis quandã quaſi regiam gloriæ & honoris facere adorſus coro
nam, ſemper quidẽ multum, nunc aũt maxime tua iuuari cupio
Duo opera autoris eodem tẽpore abſoluenda. diſpoſitione, atq; opitulatione. ¶Non em̃ nunc ita, vt hactenus,
vni tantũ intentus ſum operi, neq; debitor vnius tantum debiti,
ſed circumuentus, quaſi à duobus fœneratoribus magnis & aua
ris omittere non valeo quin ambobus ſatiſfaciam, cupiens eſſe fi
delis. Alter eoꝝ eſt angelus, id eſt, p̃ſul Agrippinẽſis eccleſiæ, cui
me, vt credo, tu per miſericordiſſimam prouidentiam, in tempore perſecutionis, tanquã
patri filium adoptiuum commiſiſti: alter vero, paterfamilias domus tuæ, ſcilicet cœnobij
Sigebergẽſis, cui nequeo dicere quantũ debitor ſim. Hic mihi primus ſuaſerat hoc opus
ingredi, titulatũ de gloria & honore filij hominis: cũ ille alter, & maior amicus, vehemen
ter ſtudij noſtri bona opinione ſiue experimento delectatus, iuſſit atq; rogauit, & vtroq;
modo, ſcilicet iubendo atq; rogando compulit, quatenus in libros Regũ totum cor meũ
cum tua, domine, gratia conuerterem, & quantumcunq; poſſem, te adiuuante, magnum
&(vt ſibi videbatur) vtile opus inciperem, & de tuo adiutorio ad perficiendum nunquã
deſperarem. Quid ego inter iſtos animo pene diuiſo facerem? Reſultarem pertinaciter
patri & pontifici? At ille non ſolũ ſic iubebat, verumetiam ſupplicabat aliquandiu recu-
ſanti, vt ſi nõ paruiſſem, mihi ipſi viderer pietati rebellis. Relinquerem hoc opus, q̊d iam
incœperam, rogatu (vt iam dictũ eſt) inferioris amici? At ille tanto circa iſtud angebatur
ſancti deſiderij ardore, vt videns neceſſitatem meã, quod non poſſem maiori & digniori
denegare, aſpiciensq; hoc opus, quantũ hactenus ſcriptum fuerat, diceret hoc ſolum, do
leo ſuper te, doleo ſuper te, codicem aſpiciens, quẽ egreferebat imperfectum remanere.
Igitur neceſſitate compulſus, dimidiũ cordis mei vni, & dimidiũ cordis mei præbui alte
Prouer. 23 ri, totum aũt, o ſapientia, tibi præbere optaui, dicenti, præbe fili cor tuum mihi. Credens
quippe & ſciens omnia poſſibilia credẽti, ecce ita me charitati impẽdi, vt vno eodẽq; tẽ-
pore circumſedentes duo calamũ in mente mea tinguant notarij. Vnde fit, vt ſi quid bene
dictũ fuerit, tibi totum imputetur: ſi quid aũt minus bene ſonuerit, neceſſitati digne, con-
Quibus oculis vidit Ieſus Matthæum. donetur. ⌊Et cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominẽ ſedentem in thelonio, Matthæũ no
mine, & ait illi: Sequere me. Et ſurgẽs, ſecutus eſt eũ.⌋ Hoc ad gloriã & honorem filij ho
minis p̃dicandum atq; audiendum eſt, quia hunc hominem vidit, & tam efficaciter vidit
vt veraciter conueniat huic dicere, tu deus q vidiſti me: Quomodo em̃ vel quibus oculis
vidit? Deniq; ſi de oculis humani capitis agitur, q̇bus vt homo erat oculatus, nunq̇d ſolũ
Matth. 8. hunc hominem vidit? Imo & illos talibus oculis vidit, qui paulo ſupra rogabant eum, vt
Zach. 3 tranſiret à finibus eoꝝ, ſed & illos qui crucifixerũt eum. Alij ſunt oculi quibus iſtũ vidit,
Apoca. 1 oculi gratiaꝝ: qui iuxta Zachariã in vno lapide, & iuxta Apocalypſim Iohannis in capi
Eſa. 11. te vnius agni ſeptẽ ſunt: Oculi iſti nominibus ſuis nulli ſunt aut eſſe debent incogniti, quę
videlicet nomina ſunt ſpũs ſapientiæ & intellectus, cõſilij & fortitudinis, ſcientiæ & pie-
tatis, & timoris dñi. Iſtis oculis hunc hominẽ vidit, & cum videret eũ exterioribus oculis
per iſtos interiores oculos recognouit, quod eſſet vnus illoꝝ, quos ante ſecula p̃ſciuit &
Qualis matthæus antea fuit. p̃deſtinauit. ¶Itaq; videns eum, ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eũ. Erat enim
ipſe Matthæus, tanq̃ ſpecular prælucidũ, eatenus conſpectui ſolis nequaquã appoſitum,
ſed in tenebris reconditum, & ſub tecto latens curarũ nimis ſecularium, vtpote thelonea
Ezech. 1 10 rius, de nauibus negotiatorijs cũ clamore vel ſtrepitu forenſi, publicum exigens vecti-
Apoc. 4 gal ſiue tributũ. Vbi ergo vidit eũ Ieſus, vbi vidit eũ ſalus & ſol verus reſplenduit ex aſpe
ctu eius, & quia vidit eũ talis filius hominis, reddidit imaginẽ eius, & formata eſt in ipſo
facies hoĩs. Aliũ q̊q; vidit, & ex viſu eius formata eſt in eo facies vituli. Vidit & aliã, & eo
Prędeſtinatio diuina. vidẽte formata eſt in illo facies leonis. Vidit & aliũ, & vidẽdo formauit in eo faciẽ aquilæ
volantis. ¶Iſte viſus admirabilis, illa eſt gratia, quã admirãs vas electionis Paulus, dicit:
Roma. 8. Nam quos p̃ſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Quos aũt prædeſti-
nauit, hos & vocauit. Et q̊s vocauit, hos & iuſtificauit. Quos aũt iuſtificauit, hos & magni
ficauit. Et ante tẽpora quidẽ ſecularia præſciuit & prædeſtinauit, in tẽpore autẽ vocauit
vnum-



vnumquenq; in tẽpore ſuo, vt nunc iſtum vocauit, & ſequere me ait. Qui q̃ hilariter vo Apoc. 3
canti ſeſe p̃ſentauerit, q̃ alacriter ſiue amabiliter pulſanti ianuas cordis ſui aperuerit, illa
res deforis ſatis indicat, ꝙ fecit ei conuiuiũ magnũ in domo ſua. Ergo p̃cipue in iſto cla-
riſſimũ eſt illius dicti dominici experimentũ, ſi quis audierit vocẽ meã & aperuerit mihi
ianuam, introibo ad illũ & cœnabo cũ illo, & ipſe mecũ. Introiuit em̃ in domum eius, &
cœnauit ipſe primus cũ illo corporale conuiuiũ, & deinde Matthæus cũ eo cœnauit cœ-
nam ſpiritualẽ. Hoc deniq; p̃ſens ſcriptura probat, ſcriptura euangelica, quia reuera cum
dño cœnauit, q hãc primã noui teſtamenti ſcripturã tanq̃ vere ſaturatus nobis ructauit.
¶Hoc ſacramentũ phariſæi, neq; ſcientes, neq; ſcire volẽtes, diſcumbẽte dño cũ eo in do
mo, cũ multi quoq; publicani & peccatores diſcumberẽt cum dño Ieſu & diſcipulis eius,
dicebãt. ⌊Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magiſter veſter?⌋ At ille ſapien
ter ac nimis terribiliter ora illoꝝ obſtruxit, ſapienter quidẽ dicẽdo. ⌊Nõ eſt opus valen-
tibus medico, ſed male habẽtibus, euntes aũt diſcite quid ſit, quia miſericordiam volo &
nõ ſacrificium.⌋ Terribiliter aũt ſubiungendo. ⌊Non enim veni vocare iuſtos, ſed pecca Iuſti hic dicuntur ſuperbi, peccatores, qui ſunt hũiles
tores.⌋ Hoc deniq; dicto ſeu verbo terribiliter eos percuſſit, q in ſe confidebant tanq̃ iu-
ſti. Quos em̃ hic dicit iuſtos, niſi ſuperbos? Et quos dicit peccatores, niſi humiles? Væ ta-
libus iuſtis, q ſuo iudicio iuſti ſunt, at nõ dei: qui iuſti volunt videri, cũ non ſint. Ecõtra fe
lices peccatores, qui ſuã iniuſtitiã recognoſcunt, dei iuſtitiam eſuriunt & ſitiunt. Nam il- Philip. 2
los ſalus vocare nõ venit, propter iſtos de cœlis deſcendit, & humiliauit ſemetipſum vſq;
ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. ⌊Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohãnis dicentes: Qua-
re nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli aũt tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus:
Nunquid poſſunt filij ſponſi ieiunare, q̃diu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cũ
auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt.⌋ Grauiſſima hæc atq; ſapientiſſima reſponſio
quãti ſit ponderis, melius ex propheticæ ſcripturæ collatione valet agnoſci, cũ apud Za Zacha. 7
chariam dñs dicit: Cum ieiunaretis & plangeretis, in quinto & ſeptimo per hos ſeptua- 4. Reg. vlt.
ginta annos, ſubauditur propter illud q̊d Nabuchodonoſor ciuitate & templo ſuccenſo
igni, populũ in captiuitatẽ duxit, & propter illud q̊d Iſmael filius Nathaniæ Godoliam, Hiere. 41.
& cũ eo reliquias populi interfecit, nunquid ieiuniũ ieiunaſti mihi? Et cætera vſq; ieiuni- Zach. 8
um quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiuniũ ſeptimi, & ieiuniũ decimi erit domui Iuda in gau-
dium & lætitiã & ſolennitates p̃claras, vſquequo venient populi, & habitabunt in ciuita
tibus multis: quod videlicet futuꝝ erat per aduentũ huius ſponſi, de quo & ſubinde dictũ Ibidem.
eſt illic: In diebus illis, in quibus apprehendẽt decem homines ex omnibus linguis genti-
um fimbriam viri Iudæi dicentes, ibimus vobiſcũ, audiuimus enim quod deus vobiſcum
eſt. Nã de fimbria viri Iudæi protinus hic in euangelio habes, q̄a mulier quæ fluxum ſan
guinis patiebat̃ duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriã veſtimenti eius. ¶Sum- Matth. 9
ma ſermonis illius prophetici hæc eſt, debuiſſe ieiunare illos, apud q̊s repoſita erat vel eẽ Cur ieiunare debuerũt Iudæi.
debebat ſpes & expectatio repromiſſionis, nõ tam propter tẽporaliũ, quæ acciderant, in-
commoda rerũ, & propter captiuitatẽ Babylonicam, quæ facta fuerat illis ſeptuaginta an
nis: quã propter peccata ſua, & propter illã quæ contigit in Adam vniuerſalẽ captiuitatẽ
generis humani. At illi q̃m ſoluta erat captiuitas Babylonica, & templum reædificabat̃,
dicebãt ſinguli: Nunquid mihi flendũ eſt in mẽſe quinto, vel ſanctificare me debeo ſicut Zach. 7
feci iam multis annis? Videlicet quia templũ reædificabatur, iam nullã ſupereſſe cauſam
putabãt, cur ieiunarent. Merito ergo redarguebãtur à dicẽte, nunquid ieiunium ieiuna-
ſtis mihi? q̄a videlicet propter tẽporalia bona flent & ieiunãt, q̄a deſunt, nõ dño ieiunãt.
¶Sed qui propterea ieiunant, quia p̃ſentem nõ habent ſponſum, ſicut illi nondum habe- Qui ieiunare dicũtur domino.
bant, nos aũt habuimus quidem, ſed iam non habemus, ipſi ieiuniũ dño ieiunant. ¶Igitur
quoniam cauſa ieiunij debuerat omnibus eſſe, deſiderium & expectatio ſaluatoris, vt fuit
Moſi & Heliæ & Danieli: ipſe aũt nunc præſens aderat, poſtmodũ receſſurus, dulce fuit Præſente ſponſo ieiunandũ non erat.
& iucundũ ſanctæ charitatis officium, ſaltem ad breue tempus, propter p̃ſentiam eius in-
termitti ieiuniũ, quia tempus illud, tempus p̃ſentiæ eius, quaſi tempus erat nuptiarũ. Ait
ergo: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere q̃diu cũ illis eſt ſponſus? Venient autẽ dies cum
auferet̃ ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt. Ac ſi dicat: Vos qui filij ſponſi non eſtis nec eſſe
vultis, ſed nec filij illoꝝ dici meremini, q ieiunauerũt præ deſiderio aduentus ſponſi, imo
illoꝝ, quibus deus veraciter dicit, nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? ieiunatis em̃ & vos
ſicut illi, pro eo ꝙ aliquãdo de rebus tranſitorijs aliquid aduerſi contigit: vos, inquam, ie-
iunate quantũ vultis, nã iſti ieiunare nõ poſſunt præ gaudio ſponſi p̃ſentis. Venient autẽ
dies cũ auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. ⌊Nemo autẽ immittit commiſſurã
panni rudis in veſtimentũ vetus. Tollit em̃ plenitudinem eius à veſtimento eius, & peior
ſciſſura fit.⌋ Plane ieiunabũt in illis proxime venturis diebus, cũ ablatus fuerit ab eis ſpon
ſus, cũ paſſus, mortuus & ſepultus reſurrexerit & in cœlũ aſcenderit, iã non vltra cũ eis in

 mundo

mundo hoc corporaliter cõuerſatus. Nunq̄d vero, vt vos ieiunatis, ita ieiunabũt & iſti? Non vtiq;, nã hoc tale eſſet, ac ſi quis immittat commiſſurã panni rudis in veſtimẽtum vetus. Deniq; ieiunia veſtra, ieiunia ſunt veteris hominis: homines aũt iſti, cum ſint filij nuptiaꝝ cœleſtiũ, ſunt homines noui. ¶Si ergo ieiunarẽt propter cauſas eiuſmodi, propter

Variæ cauſæ ieiunanci apud Iudæos.

quas & vos ieiunatis, ſcilicet q̄a Moſes tabulas priores ſcriptas digito dei proiecit de manu, & cõfregit eas ad radices montis: vel q̄a reuerſis exploratoribus, quos miſerat Moſes explorare terrã, & detrahentibus terræ, cũ omnis multitudo verſaretur in ſeditionẽ, iratus deus iurauit ꝙ non intrarent terrã illam, donec conſumeretur generatio illa quadraginta annis, iuxta numeꝝ dieꝝ quadraginta, quibus conſiderauerant terram, vel q̄a Nabuchodonoſor rex Babylonis, ſiue Nabuzardan princeps exercitus eius, capta ciuitate, ſuccendit domũ dñi, & tranſtulit populũ in Babylonẽ: vel quia deinde venit Iſmael filius Nathaniæ & percuſſit Godoliam, quẽ præfecerat rex Babylonis terræ, & Iudæos q̄ erant cũ eo: conſurgens aũt omnis populus reliquiarum, timẽs Chaldæos, fugit in Aegyptũ. Si, inquam, ieiunarẽt propter cauſas eiuſmodi, hoc eſſet nouos homines flere nenias veteris hominis: q̄d omnino nõ congruit his, quibus datũ eſt noſſe myſterium regni dei. Nã ſicut commiſſura panni rudis, vbi immiſſa fuerit in veſtimentũ vetus, tollit plenitudinẽ eius, & peior ſciſſura fit: ita quilibet homo particeps factus ſanctæ huius nouitatis, ſi eiuſmodi phariſaicis traditionibus ſeſe inſeruerit, deterior quouis vetere hoĩe fit, ita vt, neq; vetus, neq; nouus ſit, & neutrũ habeat, cum vtrunq; in ſe vno permiſcere voluerit.

Exod. 32. Nume. 14. 4. Reg. vlt. 2. Para. vl. Hiere. 41.

Expediebat Iudæis loqui in parabolis obſcure.

¶Quare aũt hoc ipſum q̄d intendit, quod intelligi vult in verbis iſtis, nemo aũt immittit commiſſurã panni rudis in veſtimentũ vetus, tollit eñi plenitudinẽ eius à veſtimento & peior ſciſſura fit, nõ manifeſte dixit? Quare illis ſenſum tam bonũ, tam verum abſcondit, clauſit & ſignauit? Nimiꝝ quia expediebat illis, nõ expediebat ipſis myſterijs regni dei, vt diuulgarentur vel cõmitterentur eis. ⸤Neq; eñi, ait, mittunt vinum nouũ in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres, & vinũ effunditur, & vtres pereunt. Sed vinũ nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.⸥ Secundũ iſtam ſimilitudinẽ damnoſum fuiſſet, docere illos verbis manifeſtis, quã ob rem tunc nõ ieiunarent diſcipuli eius, eſſent aũt poſtea *ieiunaturi. Phariſæi enim cum his erant qui interrogauerant.* Et ſicut vtres veteres miſſo intus vino nouo rumpuntur, & vinũ cum vtribus perit: ita illi, ſi manifeſte diceret ipſe, audientibus eis, quippiã eiuſmodi, amplius ꝑ inuidia rumperent, & ſermo inutilis eſſet taliter effuſus: ꝑſertim cũ ſapientia dicat, ne effundas ſermonẽ, vbi non eſt auditus. Propterea & alius euangeliſta dicit: Ipſe aũt Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eo ꝙ ipſe noſſet omnes, & quia opus ei nõ erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe eñi ſciebat quid eſſet in homine. ¶Bene igitur cũ dicere poſſet, ieiunandũ erat vſque ad me, & cũ receſſero, ieiunandũ erit poſt me, ſecũdum veritatem ſcripturæ propheticæ, cuius iam ſupra mentio facta eſt, maluit ſermonẽ ſuũ ſic temperare, vt & futuris innoteſcens res, eos ſecũ ſeruaret, & ꝑſentes, qui tunc erãt, per inuidiam nõ rumperet. Quid de eo, quod ſubiunxit protinus, ſed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt & ambo conſeruantur? Nunq̄d non vel ipſi filij ſponſi, ſuper q̄bus non ieiunantibus quæſtio hæc mota erat, iã vtres noui erant? Non iã omnino noui, ſed capaces erant ſanctæ nouitatis. Propterea quodã loco dicebat & ipſis: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Quãdo ſunt omnino innouati? quãdo acceperunt ſpiritũ ſanctũ poſt reſurrectionem eius, cuius gratia nouos homines efficit, tunc vinũ nouũ miſſum eſt in vtres nouos, & ambo cõſeruata ſunt, id eſt, reuelata ſunt illis omnia myſteria ſcripturaꝝ, & guſtauerũt amorem ſponſi dulcedinemq; cœleſtiũ nuptiaꝝ, & hoc vino inebriati ſalui facti ſunt, & vinũ bene conſeruatum fideliter q̄bus iuſſum eſt refuderunt. ⸤Hæc illo loquẽte, ecce princeps vnus acceſſit, & adorauit eũ dicens: *Filia* mea modo defuncta eſt, ſed veni, impone manũ tuã ſuper eã, & viuet. Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum & diſcipuli eius. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Dicebat eñi intra ſe: Si tetigero tantũ veſtimentũ eius, ſalua ero.⸥ Nequeo ſatis admirari pulchritudinẽ gloriæ & honoris in facie filij huius hoĩs, in mirabilibus eius geſtis, ſecundũ diſpoſitionẽ quã hic diuinus euangeliſta diſpoſuit. ¶Quid enim ſibi vult, q̄d dum interrogatus de ieiunio reſpondit, & nõ ieiunantes excuſat filios ſponſi, res geſta protinus ſubſequit̃, huiuſmodi de muliere, quæ talẽ ob cauſam tanta cũ fide fimbriam veſtimẽti eius tetigit? Quid, inquã, ſibi hoc vult, niſi vt inſinuet factis, q̄d (ſicut iam dictũ eſt) nondũ expediebat palam oſtendere verbis, ſe illum eſſe virũ, de quo in Zacharia loco ſupra memorato, cũ item de ieiunio fuiſſet interrogatus idẽ à dicentibus, nunquid mihi flendũ eſt in mẽſe quinto vel ſanctificare me debeo ſicut iã feci multis annis, ita reſponſionẽ ſuã terminauit vt diceret, vſquequo venient populi, & apprehendẽt decem homines ex omnibus linguis gentiũ fimbriã viri Iudæi, dicentes, ibimus vobiſcum. Hæc ergo diſpo-

Ecci. 32. Iohan. 2

Zacha. 7

Vtres noui, apoſtoli

Iohan. 16 Iohan. 20 Acto. 2.

Myſterium in muliere fimbriam Chriſti tangente.

Zach. 7

Zach. 8



diſpoſitio valde venerabilis, & pia conſideratione honoranda eſt. Quid eñi aliud eſt, q̄d in propheta prædixit poſt reſponſum de ieiunio. In diebus illis apprehendent decem homines ex oĩbus linguis gentiũ fimbriam viri Iudæi, q̄ quod hic ſignificari voluit per mulierẽ, quæ fimbriam veſtimenti eius tetigit, & ſanata eſt à fluxu ſanguinis? ¶Hæc nanq; mulier forma fuit omniũ gentium, quæ profecto in eum credendo, cuius faciem ante nõ viderunt, quodãmodo retro accedunt, & ſequendo veſtigia eius. i. cuſtodiẽdo præcepta eius, reuera fimbriam veſtimenti *eius tangunt*. Et q̄d erat *iuxta hunc ſenſum* ſanguinis fluxus, niſi peccatoꝝ illuuies, maximeq; ſordidus idololatriæ cultus? Porro, filia archiſynagogi, pro qua rogatus erat, & ibat, ſynagogam deſignabat. Vnde valde notandum, q̄a (ſicut Marcus manifeſtius ſcribit) archiſynagogi filia non fuerat mortua, ſed iam in extremis erat: vbi aũt mulier fimbriam tangendo ſanata eſt, tũc ad archiſynagogũ nũcij venerunt, dicentes, q̄a filia tua mortua eſt, q̄d vltra vexas magiſtrũ? Item, & hoc vigilanter animaduertendũ, quia & puella quæ mortua eſt, erat annoꝝ duodecim, & mulier quæ ſanata eſt, fuerat in profluuio ſanguinis annis duodecim. Itaq; & quando puella nata eſt, tunc *illa mulier ſanguine fluere cœpit*, & quãdo ſanata eſt *mulier*, tunc puella mortua eſt. Quid hoc ſacro pulchrius, verius, ac pręclarius? Quando eñi ſynagoga in patribus, Abrahã, Iſaac, & Iacob nata eſt, tunc idololatriæ fluxus in gẽtibꝰ fluere exorſus eſt. Qñ autem multitudo gentium, credendo in Chr̃m, ab eiuſmodi fluxu per fidẽ ſuam ſanata, & ſaluafacta eſt, tunc ſynagoga, quæ eatenus nimis ægra per multas tribulationes fuerat, omnino per inuidiam mortua, & ſine deo facta eſt. Rurſus, cum multitudo gentiũ intrauerit, tũc oĩs Iſrael ſaluus fiet, atq; idcirco congrua pulchritudinis in myſterio conſummatio hæc eſt, ꝙ poſtq̄ mulier à fluxu ſanguinis ſanata eſt, tunc demũ intrauit, & tenuit manũ puellæ, quæ *erat mortua*, & ſurrexit puella. ⸤Et tranſeunte Ieſu inde, ſecuti ſunt eum duo cęci, clamantes: Miſerere noſtri fili Dauid. Cum autem veniſſet domũ, acceſſerunt ad eum cæci, & dicit eis Ieſus: Creditis, q̄a poſſum hoc facere vobis? Dicunt ei: Vtiq; dñe. Tunc tetigit oculos eoꝝ, dicens: Secundum fidẽ veſtram fiat vobis, & aperti ſunt oculi eoꝝ.⸥ Memores propoſiti ſumus, vt eſſe debemus, quod videlicet propoſitũ in hoc ope eſt, conſiderare quatuor facies vnius animalis. ſ. faciem hoĩs, faciem vituli, faciem leonis, & faciẽ aquilæ volantis, quæ ſunt quatuor ſacramẽta vnius Chriſti, filij dei, & filij hoĩs, quæ ignota eſſe non licet Chr̃ianæ fidei, quæ ſunt incarnatio eius, paſſio eius, reſurrectio eius, aſcẽſio eius. In faciem hoĩs adhuc intendimus, & in hoc faciẽ hanc ex parte nos videre, & per ſpeculũ contemplari arbitramur, ſi in factis & dictis eius, qualis intentio eſſe potuerit, ſentire meremur. ¶Quærimus igit̃, in faciem intendentes huius filij hoĩs, q̄d ſibi voluerit, tantopere requirens meritũ fidei, vt diceret cæcis iſtis, Creditis q̄a poſſum facere hoc vobis, ſtatimq;. Secundũ fidem veſtram (ait) fiat vobis. Et pauloante mulieri dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit, & ſparſim in oĩbus ſcripturis tam veteris inſtrumenti q̄ noui, fidem quærit, fidẽ approbat, fidẽ collaudat. Cauſa ſiue intẽtio dignationis eius nõ paruipendenda hæc eſt, curare antidoto cõpetenti ſtultitiam antiquã nimiæ credulitatis, qua creditum fuit diabolo, loquenti per ſerpentem, ac dicenti. Scit eñi deus, ꝙ in quocunq; die comederitis ex eo, aperient oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonũ & malum. Credidit mulier diabolo plus q̄ deo, ꝙ taliter deberet illuminari: credamus nos econtra veritati, ſi veraciter volumus *illuminari*. Conſideratio hæc, *cũ in cæteris* vbicunq; dñs fidem quærit vel inuenit, tum in iſtis cæcis perpulchra eſt, dum anteq̄ illuminet eos, interrogans dicit: Creditis, q̄a hoc poſſum facere vobis? Noſtra quippe cauſa ſignificabat in illis, q̄d maxime ex eo cognoſcendum, vel ſentiendum eſt, q̄a cum aperti fuiſſent oculi eorum, ⸤comminatus eſt eis, dicens: Videte, ne q̄s ſciat.⸥ Hoc deniq; valde vtiliter in exemplũ nobis reuocamus, quicũq; prærogatiuã aliquã illuminationis, qua genus humanũ per fidem illuminatũ eſt, accepiſſe videmur. Ad q̄d eñi videamus ne q̄s ſciat, niſi ad hoc, vt occurſum malum iactantiæ aut elationis illuminatus cordis oculus effugiat? Veruntñ illi fecerunt, ſicut protinus ſubiunctum eſt. ⸤*Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum per* totã terram illam.⸥ Nos quoq; digne facimus, ſi non illuminationem noſtram lingua noſtra, ſed illuminatoris gloriam prædicent opera noſtra. ¶Igit̃ in duobus cæcis omnem intelligamus hoĩem, ſiue Iudæus, ſiue Græcus ille ſit, q̄ tunc reuera fidutialiter atq; efficaciter ab illa luce vera grãm petit illuminationis, ſi veꝝ & probatũ, quẽ offerat, nummũ habet, nõ fictæ fidei. ⸤Egreſſis aũt illis, ecce obtulerunt ei hoĩem mutũ, dæmoniũ habentem. Et eiecto dæmone, locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicẽtes: Nunq̄ ſic apparuit in Iſrl.⸥ Hoc eſt, q̄d inter cætera miramur, faciẽ huius filij attendẽtes, q̄a nunq̄ ſic apparuit in Iſrael, nunq̄ ſuper terrã *talis facies viſa eſt, inter* oẽs *facies* patriarchaꝝ atq; prophetarum, oĩmq; hominũ quicunq; memorabilia ſup terrã operati ſunt. Hoc ſida diſcretione diſcernendũ eſt, q̄a nunq̄ talis facies hominis fuit vt hæc. ⸤Phariſæi autẽ dicebant: In principe

Mulier illa, typꝰ gẽtiũ, filia archiſynagogi, typus Iudæorum

Marc. 5.

Roma. 11

Propoſitũ in hoc opẽ

Quæſtio de fide, cur ſic exigit̃ fides a curandis Reſponſio

Gene. 3.

Quid deſignant illi duo cæci


dæmo

dæmonioꝝ eijcit dæmones.] Phariſæi vero à deo diuiſi, quantã ſpirabant anguſtiã atq; penuriã cordis ſui, cordis amari, q cũ dicere nõ poſſent, non eijcit dæmones, illuc ſe verterunt, vt dicerent. In principe dæmonioꝝ eijcit dæmones. Sed qa non ſemel hoc dixerunt, & alijs adhuc locis ſilr blaſphemauerunt, ſicut ſequentia poſt hæc indicabunt, iã nũc ad alia properemus, quippe q vltra propoſitũ diu nimis in contẽplatione faciei hoĩs detinemur, cũ & alias facies contẽplaturi, longũ nimis & faſtidioſum opus fore ſuſpicemur. [Et circuibat Ieſus ciuitates oẽs & caſtella, docens in ſynagogis eoꝝ, & prædicans euangelium regni, & curans omnẽ languorẽ, & omnẽ infirmitatẽ. Videns autẽ turbas, miſertus eſt eis, qa erant vexati, & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem.] Hoc maxime loco, ſpectabilis eſt ea, quã aſpicimus, facies hoĩs, qa facies eſt pietatis, facies miſericordię & miſerationis, & qdem hoĩes illi, quos tunc aſpiciebat facies iſta, facies benigna, vexati erant & iacebant ſicut oues non habentes paſtorem, quippe q ſub nomine paſtoꝝ, lupos habebant Annam & Caipham, de qbus recte dictum fuerit per prophetam dicentẽ: Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam, ad effundendũ ſanguinẽ & perdẽdas animas, & auare ſectantes lucra. Quomodo ẽm ſub eiuſmodi, non paſtoribus, ſed lupis oues vexatæ erant & iacebant? Nimiꝝ ſicut alibi per eundẽ prophetã inter cætera dicit: Quod infirmũ fuit, non conſolidaſtis: & quod ægrotum, non ſanaſtis: quod confractũ eſt, non alligaſtis: & quod abiectũ, non reduxiſtis: quod perierat, non quæſiſtis, ſed cũ auſteritate imperaſtis ei & cũ potentia. Qũo autẽ, vel in quo miſertus eſt eis, niſi in eo, vt iam inſiſteret facere illud, quod facturꝝ ſe ibidẽ fortiter prædixit? Ecce (inqt) ego ipſe ſuper paſtores requiram gregẽ meũ de manu eoꝝ, & ceſſare eos faciam, vt vltra non paſcant gregẽ meum, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos, & liberabo gregẽ meum de ore eoꝝ. Sed nunqd ſolas videbat turbas, & eaꝝ tantum miſerebat, quas tunc oculis corporalibus aſpiciebat? Imo & omnes oĩm gentium turbas, quæ in eũ credituræ erant oculis iterioribus videbat, & oĩm miſereſcens, aliam ſimilitudinẽ induxit, dicens continuo diſcipulis ſuis. [Meſſis qdem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm meſſis, vt eijciat operarios in meſſem.] Hoc vſq; hodie gemit omnis paterfamilias dñicæ meſſis, qa meſſis qdem multa, operarij autẽ pauci. ¶Nam, vt breuiter dictũ ſit, multæ qdem ſunt turbæ in Chrm credentium, multi cœtus in cœnobijs, ſiue xenodochijs ſub ſacra profeſſione degẽtium: ſed in multitudine hoꝝ pauci ſunt q operant, id eſt, q ad illum peruenerint profectum, vt eis ſecure cura vel prouidentia committi poſſit infirmioꝝ. Quid ergo faciat is, cui credita eſt diſpenſatio ſiue procuratio meſſis eiuſmodi? Roget vtiq; dñm meſſis, vt mittat operarios in meſſem, id eſt, omni inſtantia poſtulet à deo, quatenus in pluribus ſubditoꝝ multiplicet grãm ſpũalem, imitatus primũ procuratoꝝ talium. ſ. ſanctum, & fidelem Moyſen. Cur (inqt ille ad dñm) afflixiſti ſeruum tuum? Quare non inuenio grãm coram te? Et cur impoſuiſti pondus vniuerſi huius populi ſuper me? Nunqd ego concepi hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iuraui patribus eorum? Deniq; quid Moyſes in verbis iſtis intenderit, qd iſto tam grandi, tam vehementi gemitu poſtulauerit, deus exauditor cordis eius, ſua reſponſione manifeſtum facit. Ait ẽm: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, ꝙ ſenes populi ſint ac magiſtri, & duces eos ad oſtiũ tabernaculi fœderis, & facies ibi ſtare tecũ, vt deſcendam & loquar tibi, & auferã de ſpũ tuo, tradamq; eis, vt ſuſtentent tecũ onus populi, & non tu ſolus graueris. Igit quiſq; procurator eſt dñicæ meſſis, ſecundũ hoc exemplũ fidelis Moyſi roget ſupplementũ, & dabit illi ita dũtaxat, vt ab omi ſiniſtra æmulatiõe ſit immunis, itidem ſecundũ exemplum Moyſi. ¶Cum ẽm cucurriſſet puer, & nuntiaſſet Moyſi, dicens Heldad & Medad prophetant in caſtris, ſtatimq; Ioſue filius Nun, miniſter Moyſi, & electus ē pluribus, dixiſſet: Domine mi Moyſes, prohibe eos: Quid (inquit ille) æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus ſpiritum ſuum? ¶Notandũ interea, ꝙ cum apud alium euangeliſtam dicat: Rogate ergo dñm meſſis, vt mittat operarios: hic apud hũc euangeliſtã vehementius dictum eſt, vt eijciat oparios in meſſem. Quid ẽm eſt dicere, vt eijciat, niſi qa libenter otioſi ſunt, etiam illoꝝ quàmplurimi, qbus creditũ eſt talentum operationis, & interdum quaſi ſpecie ſanctitatis atq; perfectionis volunt ſecretius viuere ſoli ſibimetipſis, cum prodeſſe poſſint & alijs? Eijciat dñs qui eiuſmodi ſunt. ſ. conueniendo conſcientias eoꝝ, & redarguendo ꝙ damnoſe abſcondant talentum ſibi creditum. Eijciat (inquam) vt operent, quia reuera eſt eijci, optatam quietem relinquere præ timore dñi. [Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundoꝝ, vt eijcerent eos, & curarent omnẽ languorẽ & omnẽ infirmitatẽ. Duodecim autem apoſtoloꝝ nomina ſunt hæc: Primus, Simon, q dr Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Philippus, & Bartholo-

Cõmiſeratio Chri erga oues, q' b' lupi pro paſtoribus erãt, & nũc ſunt

Eze. 22. 34

Operarij pauci

Nume. 11

Moſes oib' ꝓlatis imitãdus vt exemplar.

Moyſes ab olæmulatione ſiniſtra immunis

Luc. 10.

Vt eijciat operarios in meſſem

CAP. X.



mæus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Chananæus, & Iudas Iſcariothes, q tradidit eũ.] Apud Lucã iam conuocatis ac denominatis duodecim apoſtolis, miſſurus & alios ad ꝓdicandũ dñs, hæc verba dicit, quæ hic eum, anteq̃ iſtos duodecim conuocaret, dixiſſe legis, Meſſis qdem multa, operarij autẽ pauci, &c. Cauſa iſta recte animũ qnæſtione pulſaret, ſi prius conſtans exiſteret, quod dñs prædicans euangeliũ regni, nunq̃ vel nuſquam vnum eundem ſermonẽ, niſi ſemel & vno loco dicere debuiſſet. Sed qs hoc à prædicatore exigit, vt quod vno in loco vel tempore dixit, non repetat aut dicat locis vel temporibus alijs, præſertim cũ nec omnes vno in loco adeſſe, nec oẽs æqualiter ſemel audita perpeti memoria poſſint retinere? ¶Nunc & in iſto opere faciem dominantis vigilanter attẽde. Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatẽ ſpirituum immundoꝝ, vt eijcerent eos, & curarent oẽm languorem & oẽm infirmitatẽ. Si pauloante, vbi eiecto dæmone, locutus eſt mutus, merito miratæ ſunt turbæ, & veraciter dixerunt: Nunq̃ ſic apparuit in Iſrael, quanto magis de iſto quod talem diſcipulis ſuis dedit ptãtẽ, mirent oẽs & dicant, nunq̃ ſic apparuit in Iſrael? Nunqd talis Moyſes? Nunqd ſua poteſtate ranas produxit & muſcas aut alicui poteſtatem hanc dedit, vt produceret eas? Igit hic deus noſter eſt, & non æſtimabit alius ad eum, q non qualeſcunq; ranas aut muſcas, ſed principes muſcaꝝ. i. ſordiũ dæmones, & ipſe ſua poteſtate eiecit, quod neq; Moyſes, neq; alius fecit, & hoĩbus, qbus voluit eijciendi poteſtatẽ dedit. ¶Primus (inqt) apoſtoloꝝ Simon, q dicit Petrus. Et hoc ipſum nomen quod eſt Petrus, ab ipſo dño impoſitũ eſt ei, cum diceret Simon. Nam alius euangeliſta, videlicet Marcus, cum dixiſſet, & dedit illis poteſtatẽ curandi & eijciendi dæmonia, protinus hæc ipſa duodecim apoſtoloꝝ nomina pręſcribẽs: Et impoſuit (inqt) nomen Simoni Petrus. Qui huic vni ex oĩbus in nouo teſtamento cõmutauit, vt q vocabat Simon, vocaret Petrus: Ipſe eſt, q ſimiliter vni in veteri teſtamento nomen cõmutauit, vt q vocabat Iacob, vocaret Iſrael. Ipſe ẽm ſcriptor nominũ, qualia ipſe noſſe dignatus ſit, & habet librum conſcriptum ex nominibus ſplendidiſſimis, quem ſciens Moyſes, dixit: Aut dimitte populo hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Cui reſpondit dñs: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, ſubaudit, & non te. Nam poſtmodũ, inueniſti ẽm (ait) grãm coram me, & teipſum noui ex nomine. ¶Nec ab re eſt, ꝙ & illi' in veteri, & huius in nouo teſtamento nomen cõmutauit: ſed ſi prudens inſpector adſit, pulcherrimũ eſt myſterium huiuſce cõmutationis, qa videlicet hoc agebat, vt fieret quod ꝑ prophetã dictũ eſt: Et ſeruos meos vocabo nomine alio, in quo q benedictus ē, benedicetur ſuper terram. Eoꝝ videlicet ſeruoꝝ dei multoꝝ, ille ſecundum carnem: ipſe autẽ dñs noſter Ieſus Chriſtus ſecundum ſpiritum pater eſt. Vnde & pulcherrimũ hoc eſt in myſterio ſpectaculum, qa pater ille ſecundum carnem principium multitudinis, duodecim filios, hic autem ſecundum ſpiritum principium Chriſtianitatis, duodecim genuit apoſtolos: & ſicut illi patri ſecundum carnem, ſic non ſibimet qdem pater iſte ſpũalis, ſed primo vicario ſuo priſtinum commutauit nomen. ¶Interpretat autem Simon, obediens, Petrus à petra dictus eſt, ipſe nomine ſuo ſoliditatem eccleſiæ vel fidei catholicæ præſagiens, quam ipſe inſigniter ita edixit, tu es Chriſtus filius dei viui. Saulo quoq; commutatum eſt nomen, vt vocaret Paulus: ſed differt cõmutatio hæc, qa videlicet non ipſe dominus illi ore ſuo cõmutaſſe legitur. Andreas, decorus ſiue reſplendẽs. Iohannes, in quo eſt gratia vel dñi gra, & frater eius Iacobus, ambo Boanerges. i. filij tonitrui, nominati, videlicet ex firmitate vel magnitudine fidei. Philippus, os lampadis. Bartholomæus, filius ſuſpendẽtis aquas. Thomas, abyſſus vel geminus, vnde & Græce δίδυμος appellat. Matthæus, donatus, q & Leui, videlicet à tribu ex qua ortus fuit. Iacobus Alphæi, ob diſtinctionẽ prioris cognominatus, q dicit Zebedæi, ſicut iſte filius Alphæi. Simon Chananæus ad diſtinctionẽ Simonis Petri, de vico Galilææ Chana, vbi aquas dñs in vinũ cõuertit. Thaddæus, q & Iudas Iacobi, ſubaudit frater, q alibi appellat Lebbæus, figuratũ nomẽ habẽs à corde, quod nos diminutiue corculũ poſſumus appellare. Iudas Iſcariothes, vel à vico, in quo ortus eſt, vel ex tribu Iſachar, vocabulũ ſumpſit, quodã præſagio futuri in cõdemnationẽ ſui. Iſachar ẽm interpretat merces, vt ſignificaret pretiũ proditionis, quo dñm vẽdidit. Quare aũt (inquis) dñs talẽ non ſolũ ad diſcipulatũ, verumetiã ad apoſtolatum admiſit? Nunqd neſciuit? Ad hæc breuiter dicendũ, quia fecit hoc ob conſolationẽ noſtri, ob conſolationẽ eccleſiæ futuræ, vel eoꝝ maxime qui eccleſiis præſunt, vt quũ eis aliquis perierit, reſpondeant derogantibus, dicant inſultantibus: Ne miremini, & Chro accidit. [Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiẽs eis, & dicẽs: In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanoꝝ, ne intraueritis, ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrahel. Eũtes aũt, ꝓdicate, dicẽtes, qa appropinqbit regnũ cœloꝝ. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mũdate, dęmões eijcite. Gratis accepiſtis, gratis date.] nõ vt pleriq; arbitrã-

tur,

Luc. 10

Chrs eũdẽ ſermonem qñq; ſæpius dixit

Quãto maior poteſtas Chriſti, q̃ Moyſi

Marc. 3.

Gene. 32.

Exod. 32.

Exod. 33.

Eſa. 65.

Interp̃tatio noim. XII. apoſtolorũ Matthiæ

Marc. 3.

Iudas Iſcariothes

tur,tunc duodecim apoſtolos dñs ordinauit,quando taliter eos conuocauit,&talem eis
Qñ ordina poteſtatē dedit,ſed tantūmodo elegit,& numeꝝ eoꝝ duodenarium præfixit. Non idē
ti & ſacrati eſt eligi,quod & ordinari ſiue ſacrari. ¶Quando ergo illos ordinauit ſiue ſacrauit? Ni-
ſunt apl'i miꝝ qñ functus officio ſuo magnus ipſe ſacerdos, introiuit in ſancta per ſuũ ſanguinem,
Hebræo.9 tunc eos ſacrauit,& tunc reſurgens à mortuis,plenam atq; perfectã poteſtatē dedit eis,
Iohan.20 in hæc verba:Accipite ſpm̃ ſanctũ.Quoꝝ remiſeritis pctã,remittunt eis.Itemq;:Euntes
Matth.28 (inqt)docete om̃es gentes,baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpũs ſancti.Hæc
nanq; ſumma eſt apoſtolicæ poteſtatis atq; virtutis,remittere pctã per grãm ſpũs ſancti,
baptizatis in nomine patris & filij & ſpũs ſancti, quam videlicet poteſtatem ſeu virtutē,
neq; præſenti loco, neq; vſquam in toto euangelio, ante paſſionem ſuam dediſſe illis re-
perire poteris.Siqdem hic illum dixiſſe legis,vt prædicarent,infirmos curarent, dæmo-
nes eijcerent,mortuos ſuſcitarent,leproſos mundarent,ſed non etiã hoc, vt baptizarent
& peccata remitterent.Baptizauerunt qdem aliqñ.ſ.quum impleret curſum ſuũ nondũ
traditus Iohannes,ſed non baptizauerunt ab ipſo dño iuſſi,imo,tantũ exemplo, vel ba-
In viã gētiũ ptiſmo Iohãnis,cuius & pleriq; illoꝝ erãt diſcipuli.¶Quare aũt duodecim mittēs,&eos
ne abieritis inſtituens,in ipſo inſtitutionis initio dixit:In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Sa-
maritanoꝝ ne itraueritis? Nimiꝝ,qa necdũ tp̃s erat,neq; hoc,vt iam fieret diuinæ rõnis
aut euangelicæ p̃dicatiõis ordo poſcebat.Quid em̃ iã tunc prædicaret gētibus? Vt circũ
ciderētur? an vt baptizarentur? Sed profecto circũciſio iam in Chriſto finem accipie-
bat,baptiſmi autē ſacramentũ necdũ conditũ erat.Hoc nanq; ſacramentũ in Chriſti paſ-
Roma.6 ſione vel morte conditum eſt.Hinc Apoſtolus: Quicunq; (ait) baptizati ſumus in Chri-
ſto Ieſu,in morte ipſius baptizati ſumus &c.Bene igit:In viam gentium(inqt)ne abieri-
Ite ad oues tis,& in ciuitates Samaritanoꝝ ne intraueritis. ¶Sed quid? Potius(ait)ite ad oues quæ
q̃ perierũt perierunt domus Iſrael.Deniq; ad illud quod tunc præſentialiter agendum inſtabat ne-
domus Iſr' gotiũ,permittebat ire tantũmodo ad oues quæ perierant domus Iſrael, oues paſtorē nõ
habentes,hoĩes vexatos atq; iacentes:quippe qbus neq; dux,neq; princeps,neq; rex erat
neq; pontifex, ſed ſub noĩe paſtoꝝ lupos habentes,lupos graues,lupos rapaces & inde
Magn9 pa- pereuntes.Et qd faciemus ad illas oues? Euntes autem(inqt)prædicate dicentes,qa ap-
ſtor ouium propinquabit regnum cœloꝝ.Nimiꝝ quod pertinet ad rõnem ouium, appropinquare
Chriſtus regnum cœloꝝ,hoc eſt,aduenisse iam paſtorem magnũ ouium, ad viſitandũ oues ſuas,
ſicut per prophetam Ezechiel prædixit: Ecce(inqt)ego ipſe requiram gregē meum de
Ezech.34. manu eoꝝ.Item:Ecce ego ipſe requiram oues meas,&viſitabo eas ſicut viſitat paſtor gre
gem ſuũ in die quando fuerint in medio ouium ſuaꝝ diſſipataꝝ. ¶Et qa nec oues ipſæ
Iudiciũ de om̃es viſitationē ſuam vel paſtorem ſuum cognoſcere habebant,imo & hircinis corni-
ouibus bus pleræq; illaꝝ percuſſuræ erant oues optimas, occidendo, crucifigendo,flagellando,
& de ciuitate in ciuitatē perſequendo. Itē poſtmodũ dicit: Ecce ego iudico inter pecus
Ibidē & pecus,arietē & hircũ.Et rurſum:Ecce ipſe iudico inter pecus pingue & macilentũ,pro
eo quod lateribus & humeris impingebatis,&cornibus veſtris vētilabatis oĩa infirma pe
cora, donec diſpergerent foras.Huiuſce iudicationis conſummatio tunc erit,cũ venerit fi
Matth.25 lius hoĩs in maieſtate ſua,& om̃es angeli cũ eo:tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis,& con
gregabunt ante eũ oẽs gentes, & ſeparabit eos ab inuicē, ſicut paſtor ſegregat oues ab
hœdis,& ſtatuet oues qdem à dextris,hœdos aũt à ſiniſtris.Hoc erit regnũ cœloꝝ,miſ-
Ezech.34. ſis hœdis in ignē æternũ,tranſire oues in vitã æternã.Et inducã eas(inqt)in terrã ſuam,
& paſcam eas in montibus Iſrael,in riuis,& in cunctis ſedibus terræ,in paſcuis vberrimis
paſcã eas,& in montibus excelſis Iſrael erunt paſcuæ eoꝝ,&ibi requieſcent.Hoc(inquã)
eſt regnum cœloꝝ,& quia paſtor iſte iam venit,propterea dico vobis nunc,vt euntes ad
oues,qbus hoc per ſcripturã propheticã promiſſum eſt, prædicetis, dicentes,qa appro-
pinquabit regnum cœloꝝ.Et qa difficile eſt, vt credant,me eſſe ipſum dñm deũ viſitan-
tem oues ſuas,ſicut viſitat paſtor gregē ſuum,facite quæ dico. Infirmos curate,mortuos
ſuſcitate,leproſos mundate,dæmones eijcite. Hęc facite in teſtimoniũ, vt de viſitatione
ſua gaudeant qdem oues,ſint autē hirci inexcuſabiles. In his autē oĩbus aliena ſit inten-
tio cupiditatis ab operatiõe virtutis.Gratis em̃ accepiſtis,& idcirco gratis date. Quis em̃
veſtrũ mihi prior dedit,& retribuet ei? Poteſtas iſta quã dedi vobis, non eſt alicuius dati
1.Coꝝ.4. veſtri retributio,ſed eſt oĩno ſpontanea,& gratuita donatio.Non ſolũ autē vos,verum-
etiam ante vos,& prophetæ,& patriarchæ,& alij,qcunq; dicunt, & veraciter dicunt,de
Iohã.1 plenitudine eius nos oẽs accepimus,quãcunq; operationem virtutum,qualemcunq; gra
tiam acceperunt,gratis acceperunt.Et vos igit gratis date.Et em̃ qcunq; gratis non de-
derit,non erit,quemadmodum illi grati & gratioſi.Exempli gratia,quēadmodum Heli-
ſæus,q Naamã Syro,quē à lepra ſua mũdauerat,dicēti ſibi (obſecro)vt accipias benedi
4.Regũ.5. ctionem à ſeruo tuo,Viuit(ait)dñs ante quem ſto,quia non accipiam.Cumq; vim face-
ret



ret,penitus non acquieuit,ſed erit quēadmodum Giezi,q dixit:Pepercit dñs meus Syro
iſti,vt non acciperet ab eo quę attulit,viuit dominus,qa curram poſt eum,&accipiam ab
eo aliqd.Cucurrit & accepit,& cũ reuerſus eſſet,lepra Naaman adhæſit ei.L Nolite poſſi
dere auꝝ,neq; argentũ,neq; pecuniã in zonis veſtris.Non perã in via,neq; duas tunicas
neq; virgam.Dignus eſt em̃ operarius cibo ſuo.In quãcunq; ciuitatē aut caſtellum intra-
ueritis,interrogate qs in ea dignus ſit,& ibi manete donec exeatis.⌋ Hæc eſt illa ordina-
tio dñi,cuius Apoſtolus,ad Corinthios ſcribens,ita meminit:Neſcitis,qm̃ qui in ſacrario 1.Cor.9
operantur, quæ de ſacrario ſunt,edunt? Qui altari deſeruiunt, cum altari participant.
Ita & dñs ordinauit his, q euangelium annuntiant, de euangelio viuere.Ad qd em̃ neq;
auꝝ,neq; argentũ,neq; pecuniã in zonis,neq; perã habeant prædicatores euangelij,niſi
quia neq; neceſſe eſt,neq; expedit? Seminantes em̃ ſua ſpũalia,iure illoꝝ quibus ſeminãt
metere debent carnalia,ſecundũ iſtam ſententiam à iuſtiſſimo prolatam dño.Dignus eſt
em̃ operarius cibo ſuo. ¶Eſt aũt hic aliquid quærendũ, quia cũ apud hunc euangeliſtã Quæſtio
ita ſcriptum ſit,neq; duas tunicas,neq; virgam,apud aliũ euangeliſtam ita ſcriptum eſt, Marc.6. Reſponſio.
& præcepit eis,ne qd tollerent in via, niſi virgam tantũ. Et qdem ſi vnam tantũ virgam Duplex vir-
ſciremus,difficilius iſta quæſtio ſolueret.Nunc aũt duę virgæ ſunt,altera regum gentium ga, vna re-
alia diſcipuloꝝ Chriſti.Virga regum gentiũ, virga eſt dominationis: virga diſcipuloꝝ gũ,alia pa-
Chriſti,virga dilectionis,virga paſtoralis officij,ſuper curam animaꝝ ſolicite vigilantis. ſtorum
Illa virga,quæ dominationis eſt,non eſt conceſſa miniſtris euangelij pacis,& illa interdi
citur hic,dicendo,neq; virgam.amplius aũt illic: Reges gentiũ dominant eoꝝ,& qui po Luc.22
teſtatē habent ſuper eos,benefici vocant,vos aũt nõ ſic. ¶Porro,virgã diſciplinæ,virgã
paſtoralis ſolicitudinis ac vigilantiæ,non ſolũ nunq̃ interdixit,verumetiam ab initio iuſ-
ſit,ab initio(inquam)id eſt,ex quo primũ paſtores animaꝝ mittere cœpit.Talium nanq;
primi fuerunt Moyſes & Aaron.Illis vtique,quum mitteret eos,non præcepit dñs,vt qc
quam tollerent in via,niſi virgam tantũ.Quid eſt(ait ipſe ad Moyſen)quod tenes in ma Exod.4
nu tua? Reſpondit:Virga.Ait:Proijce eam in terram.Proiecit,& verſa eſt in colubrum,
&c.Et ſubinde:Virgam quoq; hanc ſume in manu tua,in qua facturus es ſigna.Quid ali-
ud præcepit huic vel fratri eius Aaron,vt tollerent in via,niſi virgam tantũ illam? Sic ni-
mirum euangeliſtis om̃ibus, cunctis euangelij prædicatoribus,nihil aliud præcipit in via
ſua tollere,niſi vigorem paſtoralis curæ,niſi legem vitæ ac diſciplinæ, & pro huius rei ſi-
gno interdum virgam quoq; materialē manu geſtare. ¶Porro, virgam dominationis
(ſicut iam dictũ eſt)apud iſtũ euangeliſtã interdicit.Quod ſciens apoſtolus Petrus,dicit: 1.Petr.5
Neq; dominationes in clero,ſed forma facti gregis. Et Paulus ad Corinthios:Parcens, 2.Coꝝ.1.
inqt,vobis non veni vltra Corinthum:non qa dominamur fidei veſtræ,ſed adiutores ſu
mus gaudij veſtri.Nam fide ſtatis. Quid,ſi non fide ſtaretis? Vtiq; tũc in virga venirem
ad vos,nunc autē in ſpũ manſuetudinis.Quid igit euãgeliſtæ ſunt vel erãt facturi,ſi neq;
aurũ,neq; argentũ poſſidere conceſſum eſt eis,neq; pecuniã in zonis? Ait:Dignus eſt em̃
operarius cibo ſuo.Et continuo ſubiungit:In quamcunq; ciuitatē aut caſtellũ intraueri- 1.Coꝝ.4
tis,interrogate,qs in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis, edentes & bibentes quæ
apud illos ſunt,ſicut Lucas manifeſtius meminit Hac fiducia neq; auꝝ,neq; argentũ neq; Lucæ.10
zonas ære fœcundas admittunt, aut admittere debent ſuo comitatu miniſtri verbi dñi,
quia debitor eſt illis omnis auditor eiuſdem verbi dñi,vt illud os impleat cibo corp̃ali,de
quo verbum vitæ accipit,q cibus eſt ſpũalis,vt confidenter dicat:Si nos vobis noſtra ſpi- 1.Cor.9.
ritualia ſeminauimus,magnum eſt,ſi veſtra carnalia metamus? Nunqd aliquem vnquã
oĩpotentis vernulam verbi ſpes iſta fruſtrauit? Imo & ſi totus fere mundus aliqñ eſuriat, Pſal.36
& pane indigeat,iuſtum illum,cuius in corde domeſticum, cuius in ore familiare eſt dei Prouer.10
verbum,non videbis derelictum: & verum eſt quod ſcriptura dicit, non interficiet dñs
fame animam iuſti.Exempli gratia:Cum reges & principes eſurirent in Iſrael,& Helias
fortiſſimus verbi dei miniſter ſupereſſet,nec haberet q eũ paſceret. Recede hinc(ait dñs)
& abſcondere in torrente,& ibi de torrente bibes,coruiſq; præcepi vt paſcant te.Rurſus 3.Reg.17
cũ poſt dies ſiccatus eſſet torrens,non em̃ pluerat ſuper terram.Surge(inqt)& vade in Sa
reptha Sydonioꝝ,& manebis ibi,præcepi em̃ ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Sublata eſt
igit oĩs cupiditatis vel miſeræ ſolicitudinis occaſio,vt ſit euãgeliſtaꝝ liber animus, & nõ
ipſi auꝝ dominet, ſed ipſe auro & oĩbus quæ poſſidēt hoĩes dominet,& de oĩbus nihil
niſi victum & veſtitum accipere dignet.Quomodo autem quiſquam audeat illis hæc.ſ.
victum & veſtitum,ſubtrahere aut inuidere? Reuera nullo modo,niſi ſemetipſum iudica
re velit indignũ æternæ vitæ.Nam hæc eſt ipſius ſententia verbi,miniſtros ſuos in ſuum
opus emittētis.In quãcunq; ciuitatē aut domũ intraueritis,interrogate qs in ea dignus ſit
& ibi manete donec exeatis.L Intrantes aũt domũ,ſalutate eam,dicētes:Pax huic domui
Et ſiqdem fuerit domus digna,veniet ſuper illam pax veſtra.Si autem non fuerit digna,
pax

pax veſtra ad vos reuertet̃. Et quicũq; non receperit vos, neq; audierit ſermones veſtros
exeuntes de domo vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus meis. Amen dico vobis, tole
Pax ſuper Loth, ira ſuꝑ Sodoma Gene. 17
rabilius erit terræ, Sodomoꝝ & Gomorrhæoꝝ in die iudicij, q̃ ciuitati illi. ⌋ Hoc eſt, q̃d
gaudere grati, quod timere debent ingrati. Diſcernunt̃ eñ grati ab ingratis, recipientes
à non recipientibus, iudicio mirabili, iudicio terribili. Nam ſuper iſtos reqeſcit pax, ſuꝑ
illos cœleſtis ſecũndum exemplum Sodomoꝝ & Gomorrhæoꝝ irruit ira. ¶ Reuoce-
mus ad memoriam illam in Sodomis rem geſtam, & ſecundũ illius ſimilitudinẽ clarius
Roma. 11
fringet, neq; linũ ſic fumigãs extinguet, qa cæcitas ex parte cõtingit in Iſrael, donec ple
nitudo gentiũ ſubintraret, & tunc reliquiæ ſaluæ fient. Hoc eſt q̊d continuo dicit: Donec
eijciat ad victoriã iudiciũ, & in nomine eius gentes ſperabunt. Illud nanq; iudiciũ, de quo
Iohan. 9
alibi dixit, in iudiciũ ego veni in hũc mundũ, vt q non vident, videant, & qui vident cæci
fiant: relictis Iudæis & gentibus in noĩe eius ſperantibus: eijcit, id eſt, fortiter peruenire
facit, & victoriã, & in hoc ipſo multũ proficit, ꝙ harundinẽ, id eſt, Iudaici populi leuita-
tem, modo ſupra dicto quaſſatã, non omnino cõfregit, & linũ fumigãs, id eſt, eiuſdẽ popu
li vetus ſacerdotiũ, igne (vt iã dictũ eſt) peruſtũ non omnino extinxit, ſed ſemiuſtũ nunc
vſq; in diſperſione captiuitatis fumigare permittit. Multũ, inquã, hoc ad illã victoriã pro
ficit, iuxta ſenſum illius verſiculi ex pſona huius pueri p Pſalmiſtã prolati: Deus oſtendit
Pſal. 58
mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos, ne qñ obliuiſcant̃ populi mei. Diſperge illos in
virute tua, & depone eos protector meus dñe. ⌊Tunc oblatus eſt ei dæmoniũ habens, cæ
cus & mutus, & curauit eũ, ita vt loqueretur & videret, & ſtupebant omnes turbæ, & di-
Cæcus & mutus dæmoniacus, gentes deſignat.
cebant: Nunquid hic eſt filius Dauid? Phariſæi aũt audientes, dixerunt: Hic non eijcit dæ
mones, niſi in Beelzebub principe dæmonioꝝ. ⌋Ordo vere myſticus ac diuinus, quãdo
dñs Ieſus ſciens cogitationes eoꝝ, receſſit inde, & ſequentibus ſe præcepit ne manifeſtum
eum facerent, tunc oblatus eſt ei dæmoniũ habens cæcus & mutus, & curauit eũ, ita vt lo
queretur & videret: quia ſic futuꝝ erat, & ſic factũ eſt, vt qñ ex reuelatione ſpũs ſancti, &
autoritate ſcripturę, relictis blaſphemantibus Iudæis, cõuerterunt ad gentes, tunc gentes
audientes gauderẽt, ſeq; vltro offerrẽt: quaꝝ omnis multitudo, qm̃ à principe huius mũ-
di diabolo poſſidebatur, idola colens, & creatorẽ ſuũ nec nominare ſciens, & quo duceba
Inuidia Iudæorũ contra conuerſionẽ gentium.
tur neſciens: recte per hominẽ deſignata eſt dæmoniũ habentẽ, cæcum & mutũ. ¶Futu-
rum aũt & hoc erat, vt propter eandẽ gentium conuerſionẽ, Iudæi magis ac magis blaſ-
phemarẽt, mira inſania gentibus inuidẽtes, gentiũ ſalutẽ odientes, ita vt ne audire quidẽ
paterentur hoc ipſum, q̊d de gentibus deo cura eſſet: Exẽpli gratia: Cũ Paulus ad plebem
Acto. 22.
rationẽ reddens, illuc vſq; narraſſet, & dixit ad me, vade quoniam ego in nationes longe
mittam te, audiebant aũt eum, ait ſcriptura, vſq; ad hoc verbũ, & eleuauerũt vocem ſuam
dicentes: Tolle de terra huiuſmodi, non enim fas eſt eum viuere. Vociferãtibus aũt eis, &
proijcientibus veſtimẽta ſua, & puluerẽ iactãtibus in aerem, iuſſit tribunus induci eũ in ca
ſtra, & flagellis cædi & torqueri, vt ſciret propter quam cauſam ſic acclamarẽt ei. His at-
q; alijs modis futuꝝ erat, vt contradicerent his quæ ab apoſtolis dicerẽtur blaſphemãtes
Initiũ blaſphemiæ.
¶Tantæ blaſphemiæ initiũ ſimul & prodigiũ fuit, q̊d phariſæi audientes dixerũt: Hic nõ
eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dęmonioꝝ. Et qa propter huiuſmodi blaſphe
mias & perſeuerantem impietatẽ futuꝝ erat, vt contra ſemetipſos diuiderentur in quan-
dam ſimilitudinẽ dæmonũ, quorum participem in diuiſione ipſorũ ſacrilegi dicere auſi
ſunt



ſunt filium dei, venerabilis myſterij pulcherrimus ordo continuat̃ ſic: ⌊Ieſus autẽ ſciens
cogitationes eoꝝ, dixit: Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabit̃. Et om̃is ciuitas vel
domus diuiſa contra ſe, non ſtabit. Et ſi ſatanas ſatanã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt. Quõ
ergo ſtabit regnũ eius? Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in q̊ eijciũt? Id-
eo ipſi iudices veſtri erunt. Si autẽ ego in ſpũ dei eijcio dæmones, igit̃ peruenit in vos re
gnum dei. Aut quõ poteſt quiſquã intrare in domũ fortis, & vaſa eius diripere, niſi pri-
us alligauerit fortẽ, & tunc domũ illius diripiat? ⌋ Sciens (inqt) cogitationes eoꝝ, videli-
cet ꝙ non per ignorantiam errarent, ſed per inuidiam blaſphemarent, quum aliud poſſet
iſtud in primis dicere maluit: Omne regnũ in ſeipſum diuiſum, deſolabit̃: & omnis ciui-
tas vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit: ſententiã vtiq; verã, cuius veritatẽ in ſemetipſis
experturi erant. ¶Futuꝝ nanq; (vt iam dictũ eſt) hoc erat, & factũ eſt, vt regnũ eoꝝ & Regnũ Iudæoꝝ in ſe diuiſum.
ciuitas præclara ac ditiſſima Hieruſalem, deforis Romano exercitu circundata, intus tri-
plici diuiſione contra ſe diuideret̃, principibus diuiſionũ, Iohanne, Eleazaro, & Simone,
ſumma, & media, & inferiora ciuitatis, loca tenentibus, & mirabili inſania contra ſemet-
ipſos debacchantibus tam atrociter vt ipſi hoſtes. ſ. Romani, duros infideliũ caſus miſera
rent̃, q inter illoꝝ furias latronũ nulla pace intercurrẽte, cõſumebant̃. Plane diuinitas, cui
omnia præſentia ſunt, hoc futuꝝ tanq̃ præſens iam videbat: imo vt fieret æquiſſimo iu-
dicio decernebat, qm̃ ſic dicebant, & ſic exiſtimari volebãt de ipſo dei filio, quod cũ Beel
zebub principe dæmonioꝝ pactum habens, quod auditu quoq; nefas eſt, concordi ope-
ratione per eum dæmones eijceret. ¶Et vt iuſtiſſimũ iudiciũ intelligas, percontat̃, di- Filij vr̃i in q̊ eijciunt.
cens ad eos: Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in quo eijciunt? Ac ſi dice
ret: Et ſi vos nunc contra me tale verbũ dicitis, q̊d facietis, aut dicetis, cũ filios veſtros. ſ.
apoſtolos, poſtq̃ glorificatus fuero, dęmones eijcere videbitis, manifeſta operatione ſpũs
ſancti, non ſolũ de corporibus obſeſſis, verũetiã de tẽplis vel delubris, in qbus colunt̃ pro
dijs? Quid tunc dicetis? Vtiq; dicetis, qa in Beelzebub faciunt hæc. Si eñ patremfamilias
Beelzebub vocaſtis, quanto magis domeſticos eius? Hmõi percontatione præmiſſa, ſta-
tim ſubiungit: Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Nam reuera, ſi finẽ feciſſent blaſphemandi, Mat. 26. 27
ſaltem vbi clamauerunt, reus eſt mortis, & non ſolũmodo verbũ huiuſcemodi dixerunt
contra filiũ hoĩs, verumetiã expuerunt in faciẽ eius, & colaphis eum ceciderunt, & ad vl-
timũ crucifixum prætereuntes, blaſphemabant eum: ſi (inquam) ſaltem tunc finẽ feciſſent
blaſphemandi, & nõ etiam poſt reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ eius, miſſum de cœlo, & in apo
ſtolis loquentẽ ſpm̃ ſanctum, ac prædicantẽ pœnĩam & remiſſionem peccatoꝝ ſimiliter Acto. 18
blaſphemaſſent, non fuiſſent iudicati, non iudicaſſent eos filij ipſoꝝ apoſtoli. Verbi gratia
vt dicerẽt excutientes veſtimenta ſua: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum, mundi nos ex
hoc ad gentes ibimus. Nec vero totum iudicium, ſed iudicij fuit initium, diuiſio illa regni Matth. 19.
ſiue ciuitatis eoꝝ. Perfectum & plenum tunc erit iudicium illoꝝ, quando iudices illi, de
quibus ait: Ideo ipſi iudices veſtri erunt, ſedebũt ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duode
cim tribus Iſrael, ita vt terræ Sodomoꝝ remiſſius debeat eſſe, quàm illis. ſ. in die iudicij.
¶Nunc perpendere libet, ad q̊d inueniendum, ſiue comprobandum ſumma ſapĩa fece-
rit ſyllogiſmũ hunc. i. argumentationẽ ex tribus partibus conſtantẽ, propoſitione, aſſum- Syllogiſmꝰ ꝑfectꝰ Chrĩ contra Iudæos.
ptione, concluſione. Præmiſſo nanq;, ſciens cogitationes eoꝝ, ſic illum euangeliſta pro-
poſuiſſe narrat: Omne regnum in ſeipſum diuiſum, deſolabit̃: & omnis ciuitas vel domus
diuiſa cõtra ſe, non ſtabit. Propoſitiõi huic, vellẽt nollẽt, audientes conſentire oportebat
Sequit̃ aſſumptio, quam itidem, vellent nollent, veram eſſe cocederent. ſ. ſatanam eſſe di-
uiſum contra ſe, qm̃ ipſoꝝ erat ſententia, in Beelzebub principe dæmonioꝝ eijcit dæmo
nes. Proinde aſſumẽs, dicit: Et ſi ſatanas ſatanam eijcit, aduerſum ſe diuiſus eſt. Statim cõ
cludit: Quõ ergo ſtabit regnum eius? ¶Quid ſibi vult hmõi argumentatio? Nonne hoc Iudæi confęderati diabolo
manifeſte innuit, ꝙ ſciret cogitationes eoꝝ tales eſſe, vt propoſitũ haberẽt in regno ſata-
næ contra ſpm̃ ſanctum ſtare? Incredibile hoc videbat̃ illi, cuius ſenſus non recipit vel nõ
credit, ꝙ vllus vnq̃ homo fœdus cũ diabolo pepigerit. Porro Eſaias de iſtis prophetauit Eſa. 28
Propter hoc audite verbum dñi viri illuſores, q dominamini ſuper populum meum q eſt
in Hierl̃m. Dixiſtis eñ: Percuſſimus fœdus cum morte, & cũ inferno fecimus pactũ, &c
vſq;, & delebit̃ fœdus veſtrũ cum morte, & pactũ veſtrũ cum inferno non ſtabit. De iſtis, Iudęi appropinqbãt deo non corde, ſed labijs tãtum & ore
(inquã) hoc Eſaias prophetauit. ¶Nã de eo ꝙ poſtmodũ dicit, & dixit dñs, eo ꝙ appro
quat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt à me, & ti-
muerunt me mandato hoĩs & doctrinis, ipſe dñs in hoc eodem euangeliſta taliter contra
eos mentionem fecit: Hypocritæ, bene prophetauit Eſaias de vobis, dicens: Populus hic Matth. 15
labijs me honorat, cor autẽ eoꝝ longe ẽ à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes do Eſaię. 29
ctrinas & mandata hominum. ¶Miro igitur modo blaſphemiam illoꝝ aſſumptam, dua Iudiciũ cõtra blaſphe
bus iuſtæ iræ cinxit ſententijs, ita proponens: Omne regnum cõtra ſe diuiſum, deſolabit̃,


& omnis

miam eoꝝ &omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe,non ſtabit,qua ſnĩa illud intendebat,vt iam di
ctũ eſt,ꝙ in obſidione Romanoꝝ contra ſemetipſos forent diuidendi, ſicq; caſuri ac de-
ſolandi. Et ita concludẽs,quõ ergo ſtabit regnũ eius? qua ſnĩ a terribilius eoſdẽ percutit,
caſuros cũ diabolo in die iudicij. Quidnam eſt percontari,quõ ſtabit regnũ eius,niſi ac ſi
diceret,quõ ſtabit illud quod pepigiſtis cũ morte ſiue cũ ĩferno,i.cũ diabolo,pactũ vł fœ
Eſa.28 dus? Non eñ fœderatis ſuis,vt vos eſtis,pactum cuſtodire vel parcere poterit mors ſiue
Flagellum inundans infernus,flagellũ inundans.i.diabolus. ¶Vane dixiſtis: Flagellũ inundans cũ tranſierit,
non veniet ſup nos, qa poſuimus mendaciũ ſpem noſtrã, & mendacio protecti ſumus.
Cum ita ſecundũ propheticã veritatẽ ſperetis in protectiõe mẽdacij, quaſi in protectiõe
ſtantis regni hoc dicitis contra me,dicitis odio mei,qa me agẽte ſatanas ſatanã eijcit, qđ
repugnans eſt eidẽ veſtræ ſpei. Stulti & cæci,ſi ſatanas ſatanã eijcit,quõ ſatanas parcet vo
bis hoĩbus fœderatis ſibi? Nõ ita,ſed flagellũ inundãs cũ tranſierit,eritis ei in cõculcatio
nem. Quandocũq; pertranſierit, tollet vos, qm̃ mane diluculo ꝑtranſibit,in die & in no-
cte,& tm̃modo ſola vexatio intellectũ dabit auditui. Iſtud bene & veraciter de vobis pro
Duplex vi dicta in Iudæos phetauit Eſaias:Flagellũ eñ inundãs.i.diabolus vtiq; mors ſup pctõres inundãs,cũ tran
ſierit,eritis in conculcationẽ,qñ ꝑtranſierit,tollet vos. ¶Duo dicta ſunt:Cũ tranſierit,cõ
culcabit,qñ pertranſierit, tollet vos. Ecce tranſibit iudicio præſenti, de quo nunc dicot
Iohã.12. Nunc iudiciũ eſt mundi,nunc princeps mundi eijciet foras,& tunc cõculcabit vos. Cum
eñ reſurrexero à mortuis,qđ eſt illũ foras mitti ſiue trãſire , tunc vos cõculcabit cõculca
tione exercitus Romani. Qñ autẽ venero in nubibus cœli ad iudicandũ viuos & motuos
Iob.40 & ille videntibus cunctis præcipitabit,qđ erit illi pertranſire,tunc tollet vos,vt neq; ipſe
neq; vos amplius ſitis ,ſaut ſcandala regna dei faciatis. Illo iudicio manifeſto in æternum
Eſaię.28 pertranſibit,& idcirco ſic dictũ eſt,mane diluculo,in die & in nocte ꝑtranſibit. Omni eñ
æternitate ceſſabit,& tantũmodo ſola vexatio intellectũ dabit auditui,qa ante illã pręcipi
tationẽ non intelliget ipſe,non intelligent fœderati eius ꝗ ſtulti ſint vel fuerint.

LIBRI NONI FINIS.

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. X.

Propoſitũ authoris in hoc opere PRopoſiti modum ſupergreſſus eſſe videor ,reuerende mi Cuno,
præſul eccleſiæ Ratiſponenſis,in opere iſto de gloria & hono-
re filij hoĩs,qđ tu à me magno charitatis imperio , quo circa me
vti ſolebas,vt ſcriberẽ,vehementer exegiſti. Propoſuerã quippe
in iſto libro generatiõis Ieſu Chr̃i,filij Dauid,filij Abrahã, ſiue in
hoc euãgelio Matthæi, facies quatuor vnius eiuſdemq; animalis
Facies quatuor vnius animalis contẽplari,faciẽ hoĩs,faciẽ vituli,faciẽ leonis, & faciẽ aquilæ vo-
lantis,i.quatuor ſacra hæc,quæ Chr̃iano ignorare nõ licet,incar
nationẽ,paſſionẽ,reſurrectionẽ,atq; aſcẽſionẽ, vnius eiuſdemq;
Ieſu Chriſti. Hoc(inquã)propoſuerã,qm̃ pertinet ad intentionẽ
operis conſideratio hæc, & præfixo congruit titulo : De gloria & honore filij hoĩs. Nec
erat in intentione,totũ peragrare profundũ huius pelagi,totũ continua expoſitione ꝑtra
ctare textũ huius euangelij. Ecce autẽ cum ita propoſuiſſem , volumen extendi,ſeriemq;
euangelicã magna ex parte tranſegi,atq; ita,quaſi agẽte ſpũ vehemẽti,q nõ longe à por-
De facie vituli tractandum erit deinceps. tu nauigare decreuerã,fere vſq; ad mediũ pelagi mea propelli vela permiſi. ¶Reuocabo
igit̃ ſermonis curſum,modumq; tenere curabo,& omiſſo tractatu eoꝝ,quæ in euangelio
ſequunt̃,poſt illa,quæ prout potui dño adiuuante, dixi hactenus in contẽplatione facieĩ
hoĩs,accedã ad contẽplandã faciem vituli,dignũ aliqd fari deſiderãs promiſſo vel titulo,
cuius tu mihi autor extitiſti amator gł̃æ & honoris filij hoĩs. ¶Vere fidelis dñs in verbis
Pſal.144 ſuis,veraciter dixit: Sed q cunq; glorificauerit me, glorificabo eum, q autẽ contemnunt
1.Reg.2. me, erunt ignobiles. Veritatẽ huius dicti,in te quoq; apparere nunc gloriamur. Nam qa
tu eius gloriã deſideranter quæſiſti , de cuius deſiderij fonte proceſſit iſtud quoq;, vt di-
ceres,ſcribe mihi opus de gloria & honore filij hoĩs:veſtem ſanctã,veſtem pontificalẽ in
gloriã & decorẽ ipſe tibi fecit,cuius gr̃æ finis iſte ſit,vt illic te inuenias in ordine ſacerdo-
1.Coꝝ.15 tum,vbi(ſicut dicit Apoſtolus)vnuſqſq; in ſuo ordine reſurgit,primitiæ Chr̃us. ¶Faci-
em vituli ſacramẽtum eſſe dominicæ paſſionis, ex hoc accipimus, quod ſicut in exordio





meminimus huius operis) ſacra & myſtica lex vitulũ in figura eius pro peccato iuſſit of-
ferri. Si(inqt)ſacerdos peccauerit,delinquere faciens populũ, vel ſi oĩs turba ignoraue- Leuit.4
rit,& per imperitiã fecerit quod contra mandatũ dñi eſt , offeret pro pctõ vitulum im-
maculatũ dño,& cætera quæ miro modo,& ordine vere ſacro,& myſtico figurant ſacra
mentũ paſſionis Ieſu Chriſti,cuius ſanguis, ſecundũ quod ritus ille ſignificat,emundauit Hebræo.9
conſcientiam noſtram (ait Apoſtolus)ab operibus mortuis. In initio quoq; qñ Moyſes Exod.24
aſcenſurus in montẽ,& tabulas erat accepturus lapideas,dicente dño: Aſcende in mon-
tem & eſto ibi,daboq; tibi duas tabulas lapideas legẽ ac mandata quæ ſcripſi,vt doceas fi
lios Iſrael,ſacrificiũ obtulit hmõi.ſ.vitulus duodecim. ¶Et qdem alia quoq; animalia
iuſſum eſt offerri,ſ.hircum de capris ſiue caprã,agnum ſiue arietẽ, quæ omnia ſacrm̃ my
ſtice ſpirabant eiuſdẽ ſacroſanctæ paſſionis,præcipueq; agnus ille q immolabat̃ ad veſpe
ram,quartadecima die menſis primi:ſed omnium illoꝝ maximum eſt vitulus,quoꝝ pro
hoc myſterio fundebat̃ ſanguis, & idcirco recte pro omnibus hic in myſterio vna ponit̃ Exod.12
facies vituli. Aſpectus faciei huius ab eo nobis incipit,quod dixit dñs Ieſus diſcipulis ſuis
⌊Scitis,qa poſt biduum paſcha fiet , & filius hoĩs tradet̃, vt crucifigat̃.⌋ Nemo vere qui CA.XXVI.
neſciat paſcha illud fuiſſe immolationẽ agni,ad veſperam quartadecima die mẽſis primi
ſtatutumq; fuiſſe Iudæis, vt per ſingulos annos eodẽ ritu celebrarent,ſecundum hæc ver Immolatio agni paſchalis.
ba dñi. Habebitis autẽ diem hanc in monimentum , & celebrabitis eam ſolennem dño in
generationibus veſtris cultu ſempiterno. Item:Hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael
in generationibus ſuis. Hoc tamen intererat,ꝙ cum lex ita dixiſſet: Menſe primo quar- Exod.12
tadecima die menſis ad veſperam phaſe dñi ẽ,& quintadecima die mẽſis huius ſolennitas
azymoꝝ dñi eſt. ¶Interdum non ita fiebat,neq; anno illo ita factum eſt. Nam inter tra Traditio ſeniorum de paſcha
ditiones plurimas,quas ſeniores Iudæoꝝ ſuperſtatuerant traditionibus dei, iſtud quoq;
ſtatuerant,vt ſi diem ante ſabbatum, quam ſextam feriam dicimus , contigeret eſſe quin-
tamdecimam menſis,non celebraret̃ ſolennitas,ſed differret̃ in diem ſequentem ſabbati,
difficile & incommodum eſſe dicentes , duo ſabbata continuare,i.duobus diebus vacare
ab omni opere,multas ob cauſas,quaꝝ ex præcipuis vna erat,ꝙ cadauera ſuoꝝ nonnuꝗ
vſque in quartam diem inſepulta , fœtoris moleſtiam generarent. ¶Traditio hæc co- Quæſtio
gnita,magnam ſoluit quæſtionem ei,q forte dicat: Cum Iudæi quartadecima die ad ve
ſperam paſcha celebrando,agnum comediſſent, & ſequenti die, qm̃ quintadecima erat,
ſolennitatem celebrare,& ſecundum legem vacare debuiſſent, quõ illis iudicia tractare li
cuit,qbus tunc totum diem inſumpſerunt in condemnatione dñi,& eoꝝ quos cũ illo cru
cifixerunt. Hanc(inquam)quæſtionẽ cognitio cito ſoluit illius iam dictæ traditionis, qa Reſponſio.
traditum illis fuerat,differre ſolennitatẽ, quum eueniſſet ante ſabbatũ legale qntadecima
dies menſis, & pro duobus ſabbatis vnum celebrare ſabbatũ magnum,ſolennitate dupli-
ci. Vnde cũ dixiſſet Euangeliſta, Iudæi ergo, qm̃ paraſceue erat,vt non remanerẽt in cru
ce ſabbato corpora,cauſam iſtam ſubiunxit: Erat eñ magnus dies ille ſabbati. His dictis Iohan.19.
pro traditiõe ſenioꝝ,quam obſeruantes ſerui peccati, tunc in qntadecima die mẽſis qua
ſi licitũ habuerũt opari,& male opati ſunt. Nunc redeamus ad rem . Scitis(inqt)qa poſt
biduũ paſcha fiet,& filius hoĩs tradet̃ vt crucifigat̃. Et qdem ſciebant,qa paſcha fieret,ſed
hoc neſciebant, ꝙ in illa paſchali veſpera tradendus , & die ſequenti crucifigendus eſſet.
¶Ipſe aũt non ſolũ ſciebat , verũetiã ab initio taliter fieri prædeſtinauerat, quatenus finẽ Tp̃s paſſionis prædeſtinatum
accipiẽte paſcha veteri.i. legalis agni immolatione , cõfeſtim verus ipſe agnus & paſcha
nouum immolaret̃,atq; ita ꝙ eatenus velut in vmbra ſignificatũ fuerat , iam in re proce-
deret,figuræ tranſeunti veritas permanẽs ſuccederet. ¶Nunqd vero vel illud à myſte-
rio vacare putandũ eſt,ꝙ poſt biduũ hoc futuꝝ eſſe prædixit? Poterat etiã ante hoc ip̃m
prædicere,ita vt diceret,poſt triduũ,ſiue poſt quatriduũ. Ergo nec iſtud vacare patimur,
quod tunc prædixit,ex quo poſt biduũ.i.tertia die,erat crucifigẽdus. Vnde ſciendũ,quia
ſicut triduana ſepultura,ita & triduana fuit paſſio eius, qua neceſſariũ erat ſanctã placari
trinitatẽ,cunctis triũ tempoꝝ hoĩbus ſalutẽ hanc expectantibus.ſ.& illis ante legẽ,& illis
q ſub lege fuerunt,& nobis q nunc ſub gr̃a viuimus. ¶Hæc eius triduana paſſio ſic diſcer Quõ paſſio Chriſti fuit triduana
nit. Qua die dixit hoc diſcipulis ſuis:Scitis, qa poſt biduũ paſcha fiet , venditus fuit, Iuda
traditore loquẽte cũ principibus ſacerdotũ, & magiſtratibus & illis paciſcẽtibus pecuniã
illĩ dare,qbus & ſpopõdit illũ tradere. Tranſacto ſequẽti die,iam ad veſperam plena(.i. Lucę.22
quintadecima)luna effulgẽte,paſcha de more factũ eſt:& tũc ipſe,cũ eſſet nox, Iuda foras
egreſſo ad tradendũ,agonizãs,& prolixius orãs,ſudoremq; ſanguineũ deſudans , tradi-
tus,cõprehẽſus & ligatus,ad principes ſacerdotũ adductus eſt , & die ſuccedente crucifi-
xus eſt. Nũc rei ordinẽ ingrediamur. ⌊Tũc cõgregati ſunt principes ſacerdotũ,& ſenio
res populi in atriũ principis ſacerdotũ,q dicebat̃ Caiphas,& cõſiliũ fecerũt,vt Ieſum do-
lo tenerẽt & occiderẽt. Dicebãt aũt:Nõ in die feſto,ne forte tumultus fieret in populo.⌋

Iacob ſui dit hoc cõſiliũ ſacerdotum Conſilium iſtud erat, quod patriarcha Iacob præuidens, dicebat: Simeon & Leui frẽs, va
ſa iniqtatis bellantia. In conſilio eoꝝ ne veniat anima mea, & in cœtu ipſoꝝ non ſit glo-
ria mea, qa in furore ſuo occiderunt virũ, & in voluntate ſua ſuffoderunt murũ. Maledi-
Gene. 49 ctus furor eoꝝ, qa pertinax: & indignatio eoꝝ, qa dura. Nam ſi tantũmodo illud atten-
deret quod fecerãt in Sychem, propter violatã ſororẽ ſuam Dinam, quę ratio eſſet, opta-
re de præterito, & dicere, in conſilio eoꝝ ne veniat aĩa mea, & in cœtu ipſoꝝ non ſit glo-
ria mea? Simul conſiderandũ, quia dicturus hæc, & cætera filijs ſuis, præmiſit. Congrega-
Ibidem. mini & audite filij Iacob, audite Iſrael patrẽ veſtrũ, congregamini, vt annuntiẽ, quæ vẽ-
tura ſunt vobis diebus nouiſſimis. Ergo futuri huius ꝓphetica erat annũtiatio, cõſilij, q̊d
tunc (vt iam dictũ eſt) congregati fecerunt principes ſacerdotũ, vtiq; de tribu Leui, nec
ante deſierunt in furore pertinaces, donec morte crucis virũ occiderent, & lancea murũ
ſuffoderent, murũ tẽpli non manufacti, de quo vir ipſe dixit: Soluite templũ hoc & in tri
Iohan. 2 duo excitabo illud. ¶ Propter congregationẽ eiuſmodi, qa tale in conciliũ congregati
Gene. 49 ſunt, diuidam eos (inqt) in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael, qa videlicet propter ſcelus
illud, & pertinaciam indignationemq; duram. i. inuidiam, qua in crudelitate perſiſtũt, ec
ce diuiſi ſunt in Iacob, & diſperſi ſunt in Iſrael. i. in populis Chrĩanoꝝ, qui ſupplãtauerũt
Accleratio conſilij. eos, quiq; propter fidei rectitudinem dicunt, & ſunt verus Iſrael. ¶ Accelerationem illi-
us conſilij, & intentionem doli per hoc intelligimus, quod Euangeliſta ſubiungit: Dice-
bant eñi: Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. Dies feſtus (vt iam dictum
eſt ſupra) futurus erat magnus dies ille ſabbati, quẽ non expectauerunt, ſed pridie crucifi-
xerunt illum, nocte, quæ præceſſerat, cõprehenſum. Ergo in hoc fuit conſiliũ, vt anticipa
rent diem feſtũ, & inter tenebras nocturnas cõprehenderent illũ, metuentes turbas, quæ
de ciuitatibus alijs & regionibus aſcenderant ad diem feſtum, & ſequebant eum, quippe
quæ & ingredientem ciuitatem Hieruſalem glorificauerant, præcedendo & ſubſequẽdo
cũ laudibus, & ramis palmaꝝ. ⌊Cum aũt eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis lepro-
ſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrũ vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius
recumbentis. Videntes autẽ diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: Vt qd perditio hæc? Po-
tuit eñi iſtud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens aũt Ieſus, ait illis: Quid moleſti
eſtis huic mulieri? Opus bonũ operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcũ
me autẽ non ſemper habebitis. Mittens eñi hæc, vngentum hoc in corpus meũ, ad ſepeli
endũ me fecit. Amen dico vobis, vbicũq; prædicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mundo,
Quatuor facies vnius animalis dicet & quod hæc fecit in memoriam eius.⌋ Quoniã hic ad contemplandam (vt iam di
ctum eſt) faciẽ vituli ingredimur, memoriæ nõ debet abeſſe, qa quatuor iſtæ facies apud
Ezechielẽ, ita quatuor dicant eẽ animalia, vt nihilominus dicat, & ſit vnum animal, qppe
Ezechi. 1. 10 vbi deſcriptis ac repetitis quatuor faciebus ſiue animalibus iſtis, ita poſtmodũ ſcriptũ eſt:
Ipſum eſt animal quod videram iuxta fluuium Chobar. Iterumq; præmiſſo, & eleuantia
Cherubin alas ſuas, exaltata ſunt à terra coram me & gloria dñi dei Iſrael erat ſuper ea,
ipſum eſt (inqt) animal quod vidi ſubter deum Iſrael, iuxta fluuiũ Chobar. Paucisq; inter
poſitis, & ſimilitudo (ait) vultuum eoꝝ ipſi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar,
Apoca. 1 & intuitus eoꝝ, & impetus ſinguloꝝ ante faciem ſuam. ¶ Quorſum iſta? Videlicet, quia
hic iam perſpicere libet, q̃ veraciter de huiuſmodi animalibus dictũ eſt, quia plena erant
oculis ante & retro. Nam ecce in ſta facie vituli, in iſto ſacramento dñicæ paſſionis, cum
de oculis eius alia quoq; dici poſſint, & dicta ſint, illud maxime delectat, qa clariſſime pa
tent duo oculi, miſericordiæ. ſ. proſpectus & intentio iudicij, ante & retro. i. tam in initio
Duo oculi hic ante & retro. q̃ in fine eiuſdẽ paſſionis. ¶ Deniq; hic ante, hic in initio duæ ſunt perſonæ, quaꝝ in alte-
ra miſericordiæ, in altera proſpectus eſt iudicij. ſ. mulier peccatrix, quondã, & Iudas in-
centor indignationis diſcipuloꝝ, dicentium: Vt quid perditio iſta vngenti? Et retro. i.
in fine paſſionis, vbi iam expiraturꝰ erat, itidẽ duæ perſonæ, quaꝝ in altera miſericordiæ
in altera eſt intuitus iudicij, videlicet hinc latro q confeſſus eſt, inde latro q in blaſphemia
Eſai. 40 perſeuerauit. Itaq; faciem iſtam, faciem vituli, claret ante & retro plenã oculis eſſe, vt re-
cte dicas, tam de anteriore q̃ de poſteriore intuitu, quia opus eius coram eo, opus bipar-
titum, miſericordiæ & iudicij, miſericordiæ hic erga mulierem quondam peccatricem &
illic erga latronẽ confitentẽ, iudicij hic ſuper Iudam indignantẽ, & ad phariſæos abeun-
tem, & illic ſuper latronem blaſphemũ in peccato ſuo morientẽ. ¶ De cæteris faciebus,
ſiue animalibus, ꝙ & ipſa ſecundũ ſimilem rõnem plena ſint oculis ante & retro, iam hic
Chriſtus in Bethania ante ſex dies paſchæ. Iohã. 12. præſcribere nobis qdem iucũdum, ſed forte eſſet legentibus faſtidioſum. Suis ergo locis
opportunius de ſingulis erit dicendũ. Nũc iam ſecundũ literæ ſeriem, faciei huius, faciei
vitulinæ manſuetudinẽ in paſſione ſacroſancta conſiderare operæpretiũ eſt. ¶ Cũ autẽ
eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi &c. vt ſupra. Quoto die ante diem azy-
moꝝ hęc facta ſint, & qualiter acta ſint, Iohãnes manifeſtius exprimit his verbis: Ieſus au
tem



tem añ ſex dies paſchæ venit Bethaniã, vbi erat Lazarus mortuus, quẽ ſuſcitauit Ieſus.
Fecerunt autẽ ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcũben
tibus cũ eo. Maria ergo accepit libram vngenti nardi piſticæ pretioſi, & vnxit caput Ieſu
& exterſit pedes eius capillis ſuis, & domus impleta eſt odore vngẽti. Dixit ergo vnus ex
diſcipulis eius Iudas Iſcariothes, q erat eũ traditurus. Quare hoc vngentũ non † venijt als, vendit
trecentis denarijs, & datum eſt egenis? ¶ Hoc in litera Iohãnes à Matthæo & Marco Duplex eſt fuſio vngẽti a Maria facta
differt, ꝙ Matthæus & Marcus mulierẽ hanc ſcripſerunt hoc loco ſuper caput, Iohannes
aũt ſuper pedes eius effudiſſe vngentũ. ¶ Et de priore qdem effuſione vngenti, qñ venit ad
dñm, erat adhuc peccatrix, & mox iuſtificanda ſecundũ hoc miſericordiæ dictũ: Dimiſſa Luce. 7.
ſunt ei peccata multa, qm̃ dilexit multũ: quod & Lucas plenius narrat, & Iohannes quoq; Iohã. 11.
ante hunc locum, in morte ſiue reſuſcitatione Lazari, patenter memorat, dicens: Maria
autẽ erat quæ vnxit vngento dñm, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus
infirmabat. De illa (inquã) prima effuſione vngenti conſtat, qa facta eſt tantũmodo ſuper
pedes dñi. Neq; eñi poterat ſtatim capite eius dignã ſe exiſtimare peccatrix. Nunc autẽ
qm̃ & Iohannes ſuper pedes, & cæteri euangeliſtæ ſuper caput eius effuſum narrant vn-
gentũ, non dubiũ qn vtrũq;. ſ. & caput & pedes, vnxerit: & idcirco iam etiã caput, qa iã
non peccatrix, ſed iamdudũ iuſtificata, dimiſſis ſibi peccatis multis. ¶ Mirũ qua intentio- Queſtio ſuper intẽtione mulieris vngẽtis
ne, vel quo ſenſu, deuota mulier tale obſequiũ dño præſtiterit. Neq; eñi iam ſcire vel præ
ſcire poterat illud, ꝙ dñs ipſe præſciens, mittens eñi (ait) hæc, vngentũ hoc in corpus meũ
ad ſepeliendũ me fecit: ſiue (vt alius euangeliſta ſcripſit) præuenit vngere corpus meũ in Marc. 14
ſepulturam. Ipſe vitulus ſacrificij dñi, ſuimet adeſſe immolationẽ, & facies talis vituli arã
inſpiciebat & tabernaculũ, cuius ad oſtiũ ipſe ĩmolandus, cuius in interiora de ſanguine
eius inferendũ, cuius in introitu reliquũ ſanguinis eius ſecundũ myſteriũ ſacræ legis fun-
dendũ erat. Illa autẽ nihil hoꝝ ſciebat, ſicut nec ipſi diſcipuli dñi, q nondũ ſciebant ſcri-
pturas, ꝙ oporteret eũ pati, & reſurgere à mortuis. Quo ergo ſenſu, vel qd intendens,
tale obſequiũ morituro impendit, niſi eodẽ ſenſu & eadẽ intentione, qua cum primũ ve- Reſponſio Luce. 7
nit ad eum dum rigaret pedes eius lachrymis, & capillis capitis ſui tergeret, & oſcularet,
vngento etiã vnxit pedes eius. Illud autẽ agendo, vtiq; primũ pœniæ fructum, congru-
umq; fecit emendationis initiũ. Liquet eñi, ꝙ illicitis actibus prius mulier intenta, vngen Bonũ initium, melior finis huius operis
tum ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuit. Ideo quod ſibi turpiter adhibuerat, hoc iam deo
laudabiliter offerebat. ¶ Igit de Anna Samuelis matre ſcriptũ eſt: Vultusq; illius non
ſunt amplius in diuerſa mutati. i. in eadẽ intentione & oratione perſeuerauit, hoc iſta de 1. Regũ. 1
ſemetipſa exteriori opere demonſtrauit, dum finẽ obſequij ſimilem initio fecit, imo qa
melior eſt, vel eſſe debet, ſicut orationis, ita & operis, finis q̃ principiũ eius, opus bonũ be
ne inceptũ, melius cõſummauit. Nam (ſicut iam dictũ eſt) in initio tantũmodo pedes dñi
vngento vnxit: hic aũt, quando ea quæ de ipſo erant, prope iam finẽ habebãt, & pedes vn
xit, & ſuper caput eius vngentũ effudit. ¶ Quod aũt illa bene exhibuit, hoc dñs ipſe me- Iniqua indignatio diſcipuloꝝ
lius, & valde rõnabilius admiſit, certi videlicet grã myſterij, de quo poſtmodũ dicendum
erit. Aliter viſum eſt diſcipulis, q videntes indignati ſunt, dicentes: Vt qd perditio hæc?
maximeq; Iudæ proditori, q non ſimpliciter indignatus eſt, vt alij, pro ſola quaſi perdi-
tione vngenti, ſed (quod nequiſſimũ fuit) hoc doluit, qa furari conſueto, & ad furandũ in-
hianti tã lucroſa res cõmiſſa non fuit, vt poſſet furari. Dixit eñi hoc (ait Euãgeliſta) nõ qa Iohã. 12.
de egenis ptinebat ad eũ, ſed qa fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebant, portabat.
¶ Quomodo autẽ dictũ eſt, aut dici debuit, Mittens hoc vngentũ, ad ſepeliendũ me fecit Ad ſepeliendũ me fecit
ſiue præuenit vngere corpus meũ in ſepulturã, quum illa (ſicut iam dictũ eſt) hoc faciens,
ſepeliendũ ſiue morituꝝ eum fore neſcierit? Sed pro hoc nihil eſt immorandũ, quia pro
conſuetudine loquendi recte ad ſepeliendum hoc feciſſe dicitur, quod vſque ad ſepul-
turam eius prouenturum non ignorabat ab ipſo, diſponente quicqd boni vel ipſa opera-
ta eſt, vel nos oẽs operamur. Sic Iacob ad filios ſuos loquit: In meã hoc feciſtis miſeriam Gene. 43
vt indicaretis Pharaoni, & alium vos habere frẽm, non ꝙ illi hac intentione feciſſent, ſed
perueniſſe videbat ad illam, quã patiebat iam in anima ſua miſeriã. ¶ Quapropter ſcien Nõ totũ eſt fuſum ẽ vngentum
dum, qa non totũ, q̊d habebat in alabaſtro, mulier effudit vngentũ. Deniq; proditori Iu
dæ dicenti, quare hoc vngẽtum non venijt trecẽtis denarijs, & datũ eſt egenis, ita reſpon
dit dñs Ieſus: Sine illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. Non ergo totũ effudit il-
lud, ſed reſeruatũ aliqd effundere habebat in die ſepulturæ eius, quãdo futuꝝ erat, & fa-
ctum eſt, vt Ioſeph ab Arimathia ſepeliret corpus eius cũ linteis & aromatibus. Nicode Matth. 27.
mo quoq; mixturã ferẽte myrrhæ & aloes, quaſi libras centũ, vbi aderat & iſta mulier, ſi- Iohã 19.
cut euãgeliſtæ teſtant. Porro Iudas & q̊d effuſum erat, ꝑditũ eſſe calumniabat, & q̊d non
erat effuſum, venũdare properabat, vt de pretio furaret. Falſum locutus eſt, fruſtra calu-
mniatus eſt, qm̃ ei q vngentum admiſit, nõ erat ibi delectatio profuſionis, imo meditatio
vici-

Hoc fecit in memoriam eius. vicinæ mortis, quod notum eſſe voluit, dicens: Ad ſepeliendũ me fecit. ¶Quod protinus ſequit: Amen dico vobis, vbicunq; ꝑdicatũ fuerit hoc euãgeliũ in toto mundo, dicet & quod hæc fecit in memoriã eius, magis ac magis nos excitat ad conſiderandã hanc faciem vituli huius. Quid enĩ nobis innuit, vel quo ſuũ hæc facies tendit intuitũ, dicendo: Hoc euangeliũ, niſi in ipſum paſſionis ſuæ ſacrm̃, in quo ſtabat, & de quo loquebat paulo ante, ſic incipiens: Scitis q̃a poſt biduum paſcha fiet, & filius hoĩs tradet, vt crucifigatur? Ipſam nimirũ paſſionis, ſepulturæ, & reſurrectionis ſuæ prædicationẽ, quæ tunc in toto mundo audiẽda erat, & nunc audita eſt, vere & fideliter nominauit euangeliũ, quod interpretat bonum nũtium. Audiuimus, credidimus, propter q̃d & loquimur, q̃a vere bonum eſt nuncium: & vbicunq; prædicat hoc bonum nuncium, dicet & quod hæc fecit in memoriam eius: & valde vtiliter ex euãgelica ſcriptura dicit, vt & nos ſimiliter faciamus, nos (inquam) omnis eccleſia de cunctis gentibus peccatricibus & iuſtificatis ꝑ grãm eius.

2. Cor. 4

Matth. 21 ¶Cum enĩ charitatis obſequium q̃buſlibet ex minimis eius, pro eo quod ſunt eius fideles, impendunt diuites, dando manducare eſuriẽtibus, dando bibere ſitientibus, hoſpites colligendo, nudos operiendo, infirmos viſitando, & veniendo ad eos, q̃ in carcere ſunt, nimirũ ſuaue & odoriferũ effundunt vnguentum ſuper pedes eius, & hoc faciendo, effundunt etiam ſuper caput eius, dum pro eo quod ſic miniſtrant de rebus tp̃alibus, nihil omnino vanæ gloriæ ſiue laudis humanæ reſcire volẽtes, ſpem ſuã totã reponũt in cœleſtibus.

Obſequia ſpiritalia. ¶Et vt de ſpũalibus quoq; obſequijs non taceam, q̃ñ fidelẽ & vtilem de illo habemus, vel facimus ſermonem, deũ & hoĩem eum confitẽtes ſiue prædicantes, nimirũ & ſuper caput & ſuper pedes eius vnguentũ bonum effundimus, & ex hmõi odore vnguenti domus impletur, totus Chriſtianus conuentus lætificat. O quoties indignati ſunt pro hmõi, etiam illorũ nonulli, quos negare non poſſes diſcipulos eſſe dñi, & fremuerunt aduerſus fidelem animam, ita facientem, componentẽ optimũ vnguentũ, & effundentẽ ſuper caput & pedes dñi. i. ſcribẽtem ſcripta fidelia ſecundum veritatẽ ſanctarũ ſcripturarũ, ſpirantia vbiq; ſiue redolentia fidẽ & confeſſionem veræ diuinitatis, & veræ humanitatis dei & hominis Ieſu Chriſti.

Indignatio quorũdam contra ſtudia autoris ¶Indignationem eiuſmodi in pleriſq; legimus, & noſipſi, noſtris diebus, noſtris pro opuſculis, nonnihil experti ſumus. Verum q̃uo illic alij diſcipuli ſimpliciter indignati ſunt, Iudas vero, q̃ indignationis illorũ fuit incendiũ, malicioſe & pro cupiditate lucri indignatus eſt: ita extunc & vſq; nunc. Iudæi q̃dem & hæretici malicioſe indignant, nõnulli autem catholici ſimpliciter indignati ſunt, & indignant aduerſum nos, ſcribentes & ſtudentes in ſcripturis, & quaſi perditionem vngenti exiſtimant, q̃ ſcribimus, putantes, q̃ per præſumptionem, & pro vana gloria hoc faciamus. Sed tandem loquit dñs, teſtis fidelis, & conſcius cuiuſq; intentionis, & dicit: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus bonum operata eſt in me. Deniq; etiam prẹter commune teſtimonium, quod perhibebit omnibus, & quo omnes defendet in die iudicij, iam hic nonnullos taliũ defendit qualibet defenſione, vt inter indignationes ipſas perſeuerare, & opus bonum quod operari cœperint, valeant perficere. ⌊Tunc abijt vnus de duodecim, q̃ dicit Iudas Iſcariothes, ad principes ſacerdotũ, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi coſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ, vt eum traderet.⌋ Hoc opus illi operi mulieris oppoſitum ſiue contrarium eſt, vt bono malũ. Plane ſicut de illa dixit, opus bonũ operata eſt in me, ſic contra, de iſto dicat dñs, malum opus operatus eſt in me. Illa enĩ ad ſepeliendũ me pretioſo vngento vnxit, iſte ad crucifigendum me vili pretio vendidit.

3. Regũ. 19. ¶Nulla tradidit ſcriptura quempiã ſanctorũ ſiue prophetarũ, q̃ multi interfecti fuerant, ita vt aliq̃ñ diceret vnus ex illis Helias. Relictus ſum ego ſolus, & quærunt aĩam meam, ſic venditũ ſiue emptũ fuiſſe, vt venditus ſiue emptus eſt iſte ſanctus ſanctorũ. i. ſic emptum, vt emptores interficerent eũ. Ioſeph q̃dem ſanctus in typũ huius fuit venditus, ſed emptores non idcirco emerunt, vt interficerent eũ.

Gene. 37
Heſter. 3. Et Aman impijſſimus idcirco, vt interficeret, emere voluit vniuerſum genus Iudæorũ, in quo vtiq; nonnulli iuſti erant, dicens regi Aſſuero: Si tibi placet, decerne vt pereat, & decẽ milia talentorũ appendam arcarijs gazæ tuæ. Sed neq; rex accepto argento populũ vendidit, neq; Aman placito ſuo gratis conceſſum interficere potuit.

Vile pretiũ venditiõis
Canti. 5 ¶Iſte vnus ſanctus ſanctorũ ad hoc emptus eſt, vt interficeret, emptus pretio vili. ſ. triginta argenteis, quod pretium vix eſt vnius vituli bruti, quo multo melior erat iſte vitulus dñi. Quanto melior? Caput eius (ait dilecta in Canticis) aurũ optimũ, manus eius aureæ plenæ hyacinthis. Venter eburneus, diſtinctus ſapphyris. Crura columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Hic tantus triginta emptus eſt argenteis, venditor nimis vltroneo, ponente pretiũ in arbitrio ementiũ, ac dicente: Quid vultis mihi dare, & ego eũ vobis tradã? Hinc ꝑ prophetã Amos dictũ eſt:

Amos. 2 Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertã eum, pro eo q̃ vendiderit argento iuſtũ, & pauperẽ pro calceamentis. Deniq; & ſi hoc ꝑſæpe fe-



cit ille Iſrael, nos tamen ea tantũ attendimus, quæ cognita de ſcripturis habemus. Primo vendiderunt argento iuſtũ, & pro calceamẽtis pauperẽ, quãdo decẽ filij Iacob fratrẽ ſuũ Ioſeph viginti argenteis Iſmaelitis vendiderunt, quo ex pretio quũ ſingulis non plures obueniſſent q̃ duo argentei, vix inde potuerunt calceari. Gene. 37. In illo ſcelere ſic iſti menſuram patrum ſuorũ impleuerunt, Matth. 23. vt triginta argenteis Iudas venderet, emerent autẽ principes ſacerdotũ talẽ tantumq; pauperem iuſtum: qui videlicet duo principes ſacerdotum Annas & Caiphas, pompatice ſoliti incedere, ex eodẽ ꝑtio, cũ retuliſſet eis traditor, vix ſatis inſigniter potuerunt calceari.

¶Hoc agẽdo Iudas infelix vere abijt, & veraciter ſic dictũ eſt, tunc abijt vnus de duodecim. Abijt Iudas Abijt enĩ, & totus receſſit ab illis, apoſtolatũ ſuum dimiſit, Pſal. 108 epiſcopatũ ſuũ alteri reliquit. Acto. 1. Abijt (inquã) in conſilio impiorũ & in via peccatorum ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ ſedit. Pſal. 1.

¶Abijt à deo, ſtetit cũ diabolo: & relatis triginta argenteis, nihilominus in triginta maledictionibus, ore prophetico, in pſalmo centeſimooctauo tricies maledictus, anteq̃ natus. Trigita maledictiones in Iudam. Prima eſt maledictio, cõſtitue ſuper eũ peccatorẽ. Secũda, & diabolus ſtet à dextris eius. Tertia, cũ iudicatur, exeat cõdemnatus. Quarta, & oratio eius fiat in peccatũ. Quinta, fiant dies eius pauci. Sexta, & epiſcopatũ eius accipiat alter. Septima, fiant filij eius orphani. Octaua, & vxor eius vidua. Nona, nutantes transferãtur filij eius & mẽdicẽt. Decima, eijciant de habitationibus ſuis. Vndecima, ſcrutetur fœnerator omnẽ ſubſtantiã eius. Duodecima, & diripiant alieni labores eius. Tertiadecima, nõ ſit illi adiutor. Quartadecima, nec ſit q̃ miſereat pupillis eius. Quintadecima, fiant nati eius in interitũ. Sextadecima, in generatione vna deleat nomẽ eius. Septimadecima, in memoriã redeat iniquitas patrũ eius in cõſpectu dñi. Octauadecima, & peccatũ matris eius nõ deleatur. Nonadecima, fiant cõtra dñm ſemꝑ. Viceſima, & diſpereat de terra memoria eius. Viceſimaprima, & dilexit maledictionẽ & veniet ei. Viceſimaſecunda, & noluit benedictionẽ & elongabit ab eo. Viceſimatertia, & induit maledictionẽ ſicut veſtimentũ. Viceſimaquarta, & intrauit ſicut aqua in interiora eius. Viceſimaquinta, & ſicut oleũ in oſſibus eius. Viceſimaſexta, fiat ei ſicut veſtimẽtũ quo operit. Viceſimaſeptima, & ſicut zona qua ſemꝑ ꝑcingitur. Viceſimaoctaua, q̃ inſurgũt in me, cõfundant. Viceſimanona, induant q̃ detrahũt mihi, pudore. Triceſima, & operiant ſicut diploide confuſione ſua.

¶Quàm ergo mala, q̃ damnoſa decimatione miſer, nec tamẽ miſerabilis Iudas, illam quã dixerat perditionẽ vnguenti recuperauit? Mala decimatio Iudæ, q̃ vendit. Dixerat enĩ: Vt quid perditio hæc? Quare hoc vnguentũ nõ * venijt trecentis argẽteis, & datũ eſt egenis? Trecentorũ quippe denariorũ decimatio ſunt triginta denarij, quot vel quibus benedictũ vendidit, & triginta maledictiones hæreditate poſſedit. ⌊Prima aũt die azimorũ acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum, dicẽtes: Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? At Ieſus dixit: Ite in ciuitatẽ ad quendã, & dicite ei: Magiſter dicit, Tẽpus meũ prope eſt, apud te facio paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipuli ſicut cõſtituit Ieſus illis, & parauerũt paſcha.⌋ Prima dies azymorũ, quartadecima dies erat menſis primi, cuius ad veſperã paſcha erat. i. immolatio agni, Lex de azymis. dicente dño ad Moſen: Menſis iſte principiũ vobis menſiũ, primus erit in mẽſibus anni, &c. vſq;. Exod. 12 Deuter. 16 Septem diebus azyma comedetis, in die primo nõ erit fermentatũ in orationibus veſtris. Itẽ: Primo mẽſe, quartadecima die mẽſis ad veſperã comederis azyma, vſq; ad diem viceſimamprimã eiuſdẽ menſis ad veſperã.

¶Sane primus menſis apud Obſeruatio paſchalis temporis. Hebræos Niſan, apud nos dicitur Aprilis, quẽ ita ſecundũ legẽ propter rationẽ paſchæ obſeruamus, vt lunatio, cuius quartadecima dies in ipſo æquinoctio vel poſt æquinoctiũ euenerit, ipſa mẽſis primus habeatur. Ad veſperã illius diei, q̃ñ luna pleniſſima eſt, agnus myſtico ritu immolabat, & comedebatur cum azymis panibus & lactucis agreſtibus. Illa die cũ in cunctis domibus immolandus teneret agnus, à decima die ſeruatus, vt ad veſperã immolaret, quærebat Iudas opportunitatẽ, vt agnũ dei traderet, & opportunitas hoc modo quærebatur: Ite, ait dñs Ieſus, in ciuitatẽ ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tẽpus meũ prope eſt, &c. Nã in ciuitatẽ, hoc ẽ, in Hieruſalẽ à Bethania venit, & illuc veniẽdo ac diutius immorãdo, traditori opportunitatẽ fecit.

¶Sciẽdũ quippe, q̃a cæteris diebus cũ in tẽplo docuiſſet, ad veſperã egrediebat in Bethaniam, & ibi noctibus morabat, Cur eo veſpere diutiꝰ ſolito immoratus eſt Ieſus in Hieruſalem. adeo nulli vnquã adulatus, vt in tam magna & ampla ciuitate, nec ſaltẽ vnius noctis vnq̃ habuerit hoſpitiũ. Illa nocte, qua tradendus erat, diutius (vt iam dictũ eſt) immorari voluit, licet ſciens (vt euangeliſta Iohãnes ſcribit) omnia quæ ventura erant ſuper eum. Iohan. 18 Nõ enĩ deceret principẽ fortitudinis, quãuis noſtræ mortalitatis infirmitate circũdatũ, quãuis morte inſtante paueret & tæderet, refugere horã vel tẽpus ſuũ, redeundo more ſolito citius in Bethaniã.

¶Nũquid enĩ deberet, nunq̃d iuſtum aut legitimũ eſſet, aliàs q̃ Hieroſolymis illud vetus paſcha cõſummare, nõnunq̃ corporis & ſanguinis ſui ſacrificiũ, q̃d illa nocte fecit, offerre? Marc. 14 Caue (inq̃t lex) ne offeras holocauſta tua in omĩ loco quẽ videris, ſed in eo quem elegerit dñs, in vna tribuum tuarũ offeres hoſtias, & facies quæcunq; præ- Deute. 12

l cipio

cipio tibi. Factus ſub lege, obedientiã legi debebat, vt nõ in Bethania ſiue in alio quocũq; loco, ſed in loco quẽ elegerat dñs, ſcilicet in Hieroſolymis, ſacrificium ſuũ offerret. Quan-
3. Reg. 8 do putas locũ illum elegit dñs? Putas ne quãdo Salomon in ea ciuitate templũ condidit?
Gene. 22. Imo quãdo pater Abrahã filiũ ſuũ Iſaac ibi obtulit, tentante dño ac dicẽte, tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis Iſaac, & vade in terrã viſionis, atq; offer eũ ibi in holocauſtũ ſuper vnũ montium quẽ monſtrauero tibi. Iam tunc elegerat dñs locũ illum ſacrificio huic, cuius in typũ iuſſerat dñs Iſaac ibidem à patre ſuo ſibi offerri. Nam q́d legimus, in terrã viſionis, in Hebræo habet Moria. & eſt mons, in quo poſtea templũ conditum eſt in area
1. Para. 3 Ornan Iebuſæi, ſicut & in Paralipomenon ſcriptũ eſt: Et cœpit Salomon domũ dñi in Hieruſalẽ in monte Moria, q demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quẽ parauerat Dauid in area Ornan Iebuſęi. Hęc idcirco dixerim, ne ignorẽ cauſam, cur vitulus iſte
Galat. 4 ſiue agnus immolãdus accedere debuerit ad locũ immolatiõis, ſcilicet qa factus ſub lege,
Ingreſſus Ieſu in die palmarũ. debuit obedire legi. ¶ Itidẽ de ingreſſu eius in eandẽ ciuitatẽ, q̃ ingreſſus eſt decima die, ſentiendũ ac dicendũ eſt. Neq; eñ (vt nõnulli p..tãt & dicũt) idcirco cũ tanta gloria tunc
Exod. 23 in ciuitatẽ introiuit, vt eos prouocaret ad interfectionẽ ſui, ſed obediẽs legi dicẽti. Ter in anno apparebit omne maſculinũ tuũ corã dño deo tuo, tribus vicibus p annos ſingulos aſcendebat. ſ. in ſolẽnitate azymorũ, in ſolẽnitate mẽſis primitiuorũ, & in ſolennitate tabernaculorũ. Populorũ aũt turbæ, quæ cõuenerant ad diẽ feſtũ, idcirco cũ tanta gloria ob
Matth. 21. Iohan. 11. uiam ei venerunt, qa audierant eũ feciſſe recens illud miraculũ, ſcilicet vocaſſe de monumento Lazarũ mortuũ quatriduanũ. ⌊ Veſpere aũt facto, diſcumbebat cũ duodecim diſcipulis ſuis. Et edẽtibus illis, dixit: Amen dico vobis qa vnus veſtrũ me traditurus eſt. Et cõtriſtati valde, cœperũt ſinguli dicere: Nunq d ego ſum dñe? At ipſe reſpondẽs, ait: Qui intingit mecũ manũ in paropſide, hic me tradet. Filius quidẽ hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt de illo. Væ aũt homini illi, per quẽ filius hominis tradetur. Bonũ erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens aũt Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nũquid ego ſum rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Cœnantibus eũt eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ. Et accipiẽs calicẽ, gratias egit, & dit illis, dicẽs: Bibite ex hoc oẽs. Hic eſt eñ ſanguis meus noui teſtamenti, q pro multis effundeť in remiſſionẽ peccatorũ. Dico aũt vobis, non bibã amodo de hoc genimi
Marc. 14 ne vitis, vſq; in diẽ illũ, cũ illud bibam vobiſcũ nouũ in regno patris mei. ⌋ Hic idem narrationis ordo apud Marcũ habetur, ſcilicet inter manducandũ & bibendũ, dũ manducarent vetus paſcha, id eſt, agnũ aſſum cũ azymis panibus & lactucis agreſtibus, proditorẽ fuiſſe deſignatũ, dicẽdo: Amẽ dico vobis, qa vnus veſtrũ me traditurus eſt, &c. vſquequo ait illi, Tu dixiſti. Et tunc demũ ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui dñm tradidiſſe diſci
Luc. 22 pulis ſuis, vbi iam de traditore illo nulla mentio fit. Porro apud Lucã textus vel ordo literæ ſe aliter habet. Prius eñ vtrunq; paſcha, ſcilicet vetus & nouũ, continua narratione deſcribit. & tũc demũ hæc dñi verba ſubiungit, Veruntamẽ ecce manus tradẽtis me, me
Duplex doctorũ ſnia de Iuda in cœna dñi. cũ eſt in mẽſa &c. ¶ Hæc diuerſitas in ordine narrationis, diuerſas magnis atq; catholicis patrib⁹ de Iuda tradit ore ſentẽtias peperit: alijs dicẽtibus de illo, ꝙ interfuerit: alijs aſtruẽtibus, ꝙ iã exiſſet & non interfuerit, vbi dñs iã dictũ corporis & ſanguinis ſui ſacramentũ
Snĩa Auguſtini. diſcipulis ſuis tradidit. ¶ Præcipuus pr̃ Auguſtinus, attẽdẽs Lucæ euãgeliſtæ narrationẽ ſiue literæ eius ſeriẽ, hoc ſenſit, hoc in pleriſq; locis ſcripſit, ꝙ ille interfuerit, & cũ cæteris apoſtolis ſacramentũ hoc acceperit. Exẽpli gratia, In euãgelio ſecundũ Iohannẽ, vbi di
Iohã 13. ctũ eſt, Et poſt buccellã tunc introiuit in illũ ſatanas, non aũt ait, vt putant quidã negligenter legentes, tunc Iudas Chriſti corpus accepit. Intelligendũ eñ eſt, ꝙ iam omnibus eis diſtribuerat dñs corporis & ſanguinis ſui ſacramentũ, vbi & ipſe Iudas erat, ſicut ſanctus Lucas euidentiſſime narrat, ac deinde ad hoc ventũ eſt, vbi ſecundũ narrationẽ Io-
Sententia Hilarij. hannis apertiſſime dñs per buccellam tinctã atq; porrectam ſuum exprimit traditorem. fortaſſis per panis tinctionẽ, illius ſignificãs fictionẽ. ¶ Porro beatus Hilarius hanc Matthæi narrationẽ ſequẽs, in hoc ipſo euangelio dicit: Poſt q̃ Iudas proditor indicať, ſine q̃ paſcha accepto calice & fracto pane cõficitur. Dignus eñ æternorũ ſacramentorũ nõ fuerat cõmunione. Nã diſceſſiſſe ſtatim hic intelligiť, ꝙ cum turbis reuerſus oſtẽditur. Neq; ſane cũ deo bibere poterat, qui nõ erat bibiturus in regno, cũ vniuerſos iſtum bibentes, ex vitis iſtius fructu ſecũ poſtea bibituros polliceret. ¶ Si ergo cauſa poſtulauerit, vt in q̃ſtionẽ veniat, vtrũ Iudas adhuc in illa hora cũ diſcipulis fuerit, an ante iã exierit, quis horũ magis audiẽdus vel ſequẽdus erit? Is vtiq;, cui magis opitulať ratio ſumpta de textu euangelicæ narrationis. Soli nãq; ſunt prophetæ & apoſtoli, quorũ de ſcripturis in aliq̃ du-
Verba Hieronymi. bitare nefariũ fit. Quod quũ multis ipſorũ, q ſcripturas tractauerũt confirmari poſſit ſen-
Pſal. 86 tentijs, vna ſufficiat beati Hieronymi in verſiculo pſalmi. 86. Dominus narrabit in ſcripturis populorũ & principũ horũ qui fuerunt in ea. Videte (ait) quid dicat, Qui fuerunt, non

qui



qui ſunt, vt exceptis apoſtolis quodcũq; aliud poſt ea dicitur, abſcindať, non habeat autoritatẽ. Quamuis ergo ſanctus ſit aliquis poſt apoſtolos, quãuis diſertus ſit, non habeat autoritatem, quoniam dñs narrat in ſcripturis populorum & principum horum qui fuerũt Patet ex ſcripturis, Iudã non interfuiſſe ſacrecõioni poſt cœnã factę. Lucæ. 22
in ea. ¶ Si igitur ſcire opus eſt vel ſcire cupimus, cuiuſnam ratio firmior ſit, peruidẽdum eſt prius, quomodo Lucas à cæteris euãgeliſtis Matthæo & Marco in iſta narratione nõ diſcrepet, quia videlicet beatus Auguſtinus eorũ conſonantiã hic non requiſiuit, dum Lucæ narrationẽ ſequi viſus eſt. Quærentibus iſtud iam occurrit, quia videlicet quũ dixiſſet, Et accepto pane, gratias egit, & fregit & dedit eis, dicẽs. Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis datur, hoc facite in meã commemorationẽ: ſimiliter & calicẽ ita determinauit, vt diceret, Poſt quã cœnauit. Profecto ſi poſt quã cœnauit, ergo & poſt verba hæc, Veruntamen ecce manus tradentis me, mecũ eſt in menſa: quia (ſicut iam dictũ eſt) ſecundũ alios euãgeliſtas hæc verba dixit, nec poſtq̃ cœnauit, ſed quando cœnauit, & de cœna ipſa buccellã intinctã Iudæ porrexit, qui & (ſicut Iohannes refert) cõtinuo exiuit. ¶ Hic iam Iohan. 13 Recapitulatio, ſexta regula Ticonij.
quæritur, quid opus fuerit, vt hic euãgeliſta tali vteretur modo narratiõis. Eſt eñ hic modus, quẽ recapitulationẽ vocant. vnde Ticonius quidam, qui (vt ait beatus Auguſtinus) contra Donatiſtas inuictiſſime diſſeruit, ſextã regulam ſcripſit in libro, quẽ regularũ vocauit, quia in eo quaſdã ſeptem regulas executus eſt, quibus quaſi clauibus diuinarum ſcripturarũ aperientur occulta. Sextã regulam ille recapitulationem vocauit, in obſcuritate ſcripturarũ ſatis vigilanter inuentam. Sic eñ dicuntur quædam quaſi ſequantur in ordine temporis, vel rerũ continuatione narrentur: cũ ad priora, quæ prætermiſſa fuerant, latenter narratio reuocetur, q́d niſi ex hac regula intelligatur, erratur. Exẽpli gratia, In Ge Gene. 2.
neſi ſcriptũ eſt: Plantauerat autem dñs deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominẽ quem formauerat. Statimq; ſequitur: Produxitq; dominus deus oẽ lignũ pulchrũ viſu & ad veſcendũ ſuaue, lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumq; ſcientiæ boni & mali. Hoc igitur videtur dictũ, tanquã id factum ſit, poſtquam factum poſuit deus hominem in paradiſo, quũ breuiter vtroq; commemorato, ſcilicet & ꝙ plantauerat dñs deus paradiſum, & ꝙ in eo poſuit hominem quem formauerat, recapitulãdo redeat & dicat quod p̃termiſerat, videlicet quomodo plantatus fuiſſet paradiſus. Multa ſecundum hunc modũ in ſcripturis inueniuntur, quorũ ad obſcuritatem elucidandam regula Cur Lucas alio narratiõis modo vtiť hic, q̃ alij euangeliſtæ.
hæc, ſcilicet recapitulatio, valde vtilis eſt. ¶ Hoc ergo quæritur, vt iã dictũ eſt, cur Lucas euangeliſta ſcribendo illam dñi cœnam, tali narrationis modo vti voluerit. Iſtud quærẽtibus, illud in primis demonſtrandum eſt, quia ſolus ipſe, videlicet Lucas, hæc dñi verba p̃ſcripſit, dicta in illa priori cœna typici paſchę ſiue agni paſchalis, quẽ comedit cum ſuis diſcipulis ſecundũ morẽ veteris mandati. Deſiderio (ait) deſideraui hoc paſcha mandu- Lucæ. 22
care vobiſcũ antequã patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico eñ vobis, ꝙ non bibam de genimine vitis, donec regnũ dei veniat. Hoc ſolus (vt iam dictũ eſt) Lucas ſcribere curauit, dominũ dixiſſe, ꝙ deſiderio deſiderauerit cũ diſcipulis ſuis comedere paſcha illius anni, q annus erat triceſimuſtertius aſſumptæ humanitatis, ſuiq; deſiderij cauſam hanc ſubiunxiſſe, ꝙ paſcha illud manducaturus; & calicẽ eiuſdem typici paſchæ bibiturus non eſſet, donec impleret in regno dei. Congruũ ergo fuit, vt modũ adimpletionis illius cõtinuo perſcriberet: & idcirco dilatis, q̃ in eadem cœna dicta ſunt, Et accepto, inquit, pane, gr̃as egit, & fregit & dedit eis, dicẽs: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter & calicẽ poſtquã cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouũ teſtamentum in meo ſanguine, qui pro vobis funditur. Hoc itaq; modo impleť in regno dei illud, q́d illo priore paſcha & priore calice figurabať. Extunc eñ venit regnũ dei, cuius videlicet regni initiũ erat paſſio eius ad quam nocte illa tradebať, tertia die reſurrecturus. Itaq; cauſam nos arbitramur dixiſſe idoneã, propter quã ſolus Lucas vtriuſq;, ſcilicet veteris ac noui, paſchæ narrationẽ continuare voluerit, ac demũ per recapitulationẽ rediſſe ad verba, quæ ante ſacramẽtũ noui paſchæ dicta eſſe teſtanť euangeliſtæ cæteri. ¶ Nõ ignoro ꝙ pleriq; & fere omnes ſenſum ſequã Rõnes pro ſnia Auguſtini.
tur & magis amplectantur beati Auguſtini q̃ beati Hilarij, quem tamen aliter ſenſiſſe vel ſcripſiſſe hactenus nouerãt admodũ pauci. Aiunt nãq; multos hodieq; indignos (q́d verũ eſt) idem ſacramentũ accipere, & accipiendo iudiciũ ſibi manducare & bibere. Aiunt etiã, quod itidem verũ eſt, nemini niſi confeſſo vel conuicto de crimine ſacramentũ hoc denegari debere, & quũ alia ratione, imo multis rationibus illud cõprobeť, maxime huic rationi innituntur, quia dñs Iudæ traditori, ſicut & cæteris apoſtolis, ſicut nondum con An Iudas fuerit de crimine tũ cõ
feſſo aut conuicto cõmunionem eiuſdẽ ſacramenti non negauit. ¶ Sed videamus vtrũ Iudas ſecundũ præſcriptã conſiderationẽ confeſſus vel conuictus fuerit, an non, quãdo dominus hoc ſacramentũ tradidit: Nã quomodo vel quali ordine in occultis criminib⁹ ad

l 2 hoc

Feſſus & conuictus. hoc perueniendũ ſit, vt confeſſus vel conuictus quis habeatur dn̄s ipſe ꝓdocuit: Si, inquit,
Matth. 18 peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucra-
tus es fratrẽ tuũ. Si aũt te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorum
vel triũ teſtiũ ſtet omne verbũ. Quod ſi nõ audierit eos, dic eccleſiæ. Si aũt eccleſiam non
audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Videndũ ergo, vtrũ, ſicut in cæteris accipim⁹
Acto. 1. q̄a cœpit Ieſus facere & docere, ita & in iſto fecerit ipſe q̄d docuit. Vtiq; peccabat in eum
Iudas frater fictus, q̄a feſtinabat tradere eũ, nullo fratrũ. i. diſcipuloꝝ ſciente, p̄ter ipſum
qui oĩa nouerat, quem latere nõ poterat. Ait aũt ſuppreſſo noĩe traditoris, vnus ex vobis
me tradet. Ita dicẽdo, profecto corripuit eũ inter ſe & ipſum ſolũ, quia p̄ter ipſum, quem
ſua ipſius cõſcientia latere nõ poterat, nemo ſciuit de quo diceret. Nõ audiuit corripiẽtẽ,
quippe qui in intentione perſiſtẽs, manũ quoq; cũ dn̄o intingebat in catino, callidus vt
putabat ipſe. Tunc (vt plenius Iohãnes narrat) aſpiciẽtibus ad inuicẽ diſcipulis, & hæſitan
tibus de quo diceret, erat recũbens vnus ex diſcipulis Ieſu in ſinu eius, quẽ diligebat Ieſus
Iohan. 13 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis eſt de q̄ dicit? Itaq; cũ recubuiſſet ille ſu
pra pectus Ieſu, dicit ei: Dñe, quis eſt? Cui reſpõdit Ieſus: Ille eſt, cui ego intinctũ panem
porrexero. Et cũ intinxiſſet panẽ, dedit Iudæ Simonis Iſcariothis. Hoc agendo, nimirũ
adhibuit vnũ aliũ ſecũ, ſcilicet Iohannẽ, cui locutus fuerat, audiẽte ipſo Iuda, q̄a propius
aſſidebat, vt fieret q̄d dixerat, q̄a in ore duoꝝ vel trium teſtiũ ſtet omne verbũ. Non audi
uit eos, imo deterior factus eſt, ſicut ꝑ hæc verbã innuit euangeliſta, Et poſt buccellã tunc
introiuit in illũ ſatanas, & cũ indignatione dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? Et ait Ieſus il
li: Tu dixiſti. Et hoc nimiꝝ eccleſiæ dicere fuit, q̄a conuentus diſcipuloꝝ audire potuit.
Cõtinuo exiuit, eccleſiã non auditurus, imo quod faciebat, facturus citius, iã ethnicus &
publicanus, ethnicoꝝ & publicanoꝝ deterrimus. Hæc idcirco dixerim, vt ſi ſententiã bea
ti Hilarij ſupraſcriptã ſequamur, nihilominus conſtare ſciamus, ꝙ ſacra cõmunio nemi-
Cur in vltima cęna inſtituit dn̄s ſacr̄m corporis & ſanguinis. ni denegãda ſit, niſi de crimine cõfeſſus ſit aut cõuictus. ¶ Iam, vt ad propoſitũ ſermo re-
currat, conſiderandũ in iſto capitulo, quanta ſit faciei ꝑſcriptæ, faciei vitulinæ manſuetu-
do, quãta ratio, quãta veritatis & iuſtitiæ pulchritudo. Non antehac tradidit vel cõdidit
hoc ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui, ſed tunc primũ, quando in paſſione iam agoni
zabatur, ipſa nocte qua tradebatur, quãdo iam ſtrues lignoꝝ componebatur, ſuper quã
Leui. 4 ſecundũ ſpiritualẽ ritum ſacræ ac myſticæ legis mẽbra talis vituli cæſa ordinarentur, ſub
iecto in altari igne magnæ charitatis, ſiue ſpũs ſancti, per quẽ deſiderabat offerri, tũc adi-
pem ſuũ pro peccato ipſe obtulit, ſcilicet omnẽ neceſſariam nobis vtilitatem ſuæ paſſio-
nis, ſub iſtis ſpeciebus panis & vini, dicendo: Hic panis eſt corpus meũ, hic calix nouũ eſt
teſtamentũ in ſanguine meo, q̄ pro vobis fundetur. Et recte atq; rationabiliter. Etem̃ ſa
1. Coꝝ. 11. cramentũ hoc, quo mors eius annunciatur, quemadmodũ Apoſtolus dicit, Quotieſcũq;
em̃ manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem dñi annunciabitis donec ve-
niat: quãdo debuerat cõdi vel dari, niſi ſub ipſius articulo paſſionis? Hoc deniq; ratio vel
nr̄æ ſalutis ordo poſcebat, vt nõ niſi iam mundatis per paſſionẽ eius ab illa veteri macula
Gene. 3. peccati originalis, daretur iſte cibus vitæ cõtra illud eduliũ mortis, q̄d primus homo ma-
Roma. 5 ligna intẽtione comedit, volẽs eſſe deo ſimilis, in quo oẽs peccauimus, in quo oẽs ſuper-
Obiectio biæ veneno infecti fuimus. ¶ Sed dicit aliq̄s: Nondũ erat fuſus ille ſanguis, ſed fuſus ẽ die
ſequẽti, q̄ & ipſos apoſtolos oportebat emũdari, q̄bus primis illa nocte hãc eſcam & hunc
Solutio potũ dedit. Ad hæc inquã, Iam vẽditus erat iſte agnus dei, iam tradebatur iſte vitulus ſa
crificij veri, & idcirco iã recte mũdi habebant, iamq; veraciter vocabantur amici, ita vt di
Iohan. 15 ceret eis: Iã vos mũdi eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. Et ſubinde: Vos ami
Iã vos mũdi eſtis propter ſe &c. ci mei eſtis. ¶ Et notandũ ꝙ nõ dixit, propter paſſionẽ vel mortẽ meã iam vos mũdi eſtis
iã vos amici eſtis, ſed propter ſermonẽ, ait, quẽ locutus ſum vobis. Nõ em̃ paſſio vel mors
eius aliter eis profuiſſet, niſi ſermo quẽ locutus fuerat eis, credit⁹ vel admixtus fidei fuiſſet.
Quod aũt iſtis dixit, oĩbus quoq; ſanctis dixit, aut dicere potuit, q̄ eum expectabãt ab ori
gine mundi, iam vos mũdi eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. Nã reuera pro-
Ge. 15. 17. 22 pter eum, quẽ locutus eſt eis, ſermonẽ legis & prophetaꝝ, propter illud, quod primũ ad
Gala. 3 Abrahã locutus eſt, promiſſionis verbũ de ſemine eius, q̄d eſt ipſe Chr̄s: propter illũ (in-
quã) ſermonẽ quia crediderũt, iam ex eo mundi ſunt, & mũdauit eos ipſa paſſio eius, quæ
Remiſſionẽ pctõꝝ cõtulit caro Chr̄i, aliter antiq̄s, aliter nobis tunc agebatur: ipſe ſanguis eius, cuius effuſio nocte illa parabat. ¶ Vnde licet iam dictum
corporis & ſanguinis eius ſacramentũ, humana cõprehendi ratione nõ poſſit, quomodo
panis corpus eius, & vinũ quomodo ſanguis fiat, q̄uo dudum de iſto loquẽs myſterio, di-
xerit, Et panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita: hoc tñ rationabiliter dixeris,
ꝙ vel pro eo panis iſte recte dicatur & vere ſit caro Chriſti, q̄a nobis reſiduis, qui nondũ
Iohã. 6. eramus nati, nobis viuẽtibus, ſiue veniẽtibus ab ipſis apoſtolis, idẽ facit comeſus iſte panis
q̄d illis priorib⁹ ſanctis fecit in ſua ſpecie crucifixa, moriẽs & ſepulta caro Chr̄i. Remiſſio
nem



nem peccatoꝝ cõtulit prioribus illis caro Chriſti mortua, & eodẽ ventre recepta, quo ſe
pulta continebantur eoꝝ corpora: & ſanguis ille, quẽ & viuens illa nocte ſudando ema
nauit, & iam mortuus, cũ aqua de latere ſuo fudit, remiſſionẽ peccatorum operatur & no
bis ſacramentũ eiuſdẽ carnis & ſanguinis ſub iſtis ſpeciebus panis & vini. ¶ Igitur vt di- Q̄uo mortui an̄ paſſionem Chr̄i refecti ſunt hoc ſacr̄o noui teſt.
cere cœperã, nõ ante paſſionẽ, ſed ſub ipſo paſſionis vel mortis articulo ſacramentũ hoc
fieri vel dari debuit, quo ſimul omnes, tam mortui q̄ viui, credẽtes, ab illa macula veteris
cibi abluerent, & ſimul omnes iſto noui teſtamẽti ſacramẽto epularẽtur: mortui modo
ſibi congruo, & viui modo ſibi congruo. Deniq; mortui, q̃m in vita ſua de ſacrificijs hu-
ius ſacramenti ſignificantius initiati fuerãt, venturꝫ & moriturꝫ Chriſtum licet intellige-
rent, pauci ſignis illis annunciantes, idcirco recte refectionis perfectionẽ illam, quã dixi-
mus, aſſecuti ſunt, vt & mortui Chriſti anima vel ſpũs ad animas illoꝝ deſcenderet: per
quod factum eſt, vt ſtatim viderent & ſcirent, q̄ ſuauis eſt dn̄s deus, qui angelorum cibus
eſt, quos paſcit immortaliter: & corpus in eiuſdẽ terræ ventrẽ deueniret, quo cõdita erãt
eoꝝ corpora, per q̄d reſurrectio ad vitã daretur eis, ſicut ex multis qui cum eo iam tunc Matth. 27
reſurrexerunt, confirmatũ eſt. ¶ Porro viuis. i. nobis, quibus veraciter dicitur, & q̄ fideli
ter credimus, q̄a Chriſtus reſurgẽs à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra nõ domi- Roma. 6
nabitur, nõ iam figuræ proponunt, quæ Chriſti morte impleantur, ſed ipſa rei veritas, ve
rũ ſacrificiũ, quo ipſa Chriſti mors verbis manifeſtis cũ ſignaculo crucis eius annunciat,
vbi miro modo & viuimus & mortui ſumus. Quicunq; em̃ (ait Apoſtolus) baptizati ſu- Ibidem.
mus in Chr̄o Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: quo videlicet baptiſmo niſi mortui
fuiſſemus, nõ eſſet nobis in cibo & potu iſto annũciare mortẽ eius. ¶ Libet hic nota vti ſi-
militudine. In libro Numeroꝝ ſcriptũ eſt: Miſit Moſes exploratores ad cõſiderandã ter Numer. 13
rã, & cõfortamini, inquit, & afferte nobis de fructibus terræ. Cũq; aſcendiſſent, explora-
uerunt terrã, pergẽtes vſq; ad torrentẽ botri, abſciderũt palmitẽ cũ vua ſua, quẽ portaue-
runt in vecte duo viri. Secundũ illius rei geſtæ ſimilitudinẽ, nimirꝫ & illi qui tp̄e p̄ceſſerũt,
& nos q̄ ſubſequimur Chr̄i aduentũ, vtriq; portamus quaſi botrũ cũ palmite ſuo, magnũ
promiſſionis dulce experimentũ, ſcilicet dñicæ incarnationis, paſſionis, reſurrectiõis atq;
aſcẽſionis mirabile ſacramẽtũ. Illi portauerũt in ſacris ac myſticis ſacrificioꝝ cærimonijs
vmbraticis & ſignificatiuis, nos portamus in iſto vnico ſacrificio panis & vini. Quapro-
pter hic animaduertendũ, q̄a viroꝝ illoꝝ portantiũ botrũ illũ, alter qui p̄cedebat, q̄d por
tabat, ipſe nõ videbat: alter qui ſequebat, q̄d portabat ante ſe videbat. In hoc deniq; nos
atq; illi non minime diſcernimur, ꝙ nos manifeſtis (vt iam dictũ eſt) verbis cũ ſignaculo
viuificæ crucis veꝝ perficientes ſacrificium, mortem dñi annunciamus, mortẽ dñi ſequi
mur, & crucẽ baiulamus. Botrus quippe in vecte, Chriſtus eſt in cruce: & hoc aperta facie
contemplamur, illi aũt portabant quidẽ, ſed nõ videbant, legebant: ſed non intelligebant,
& q̄ optimi erant, qui intelligere digni erant, qui propheticis oculis videbãt, eis dicebat
ne propalarent. Exẽpli gratia: Tu aũt Daniel claude ſermones, & ſigna librũ vſq; ad tem Dani. 12
pus ſtatutũ. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Ad Eſaiam autẽ: Liga teſti- Eſa. 8
moniũ, ſigna legẽ in diſcipulis meis. ¶ Quamuis de hoc ſacramento à maioribus noſtris Duplex tẽtatio circa hoc ſacr̄m
multa ſufficienter dicta ſint, & faſtidiũ legentis vitandũ ſit, vnum tamen adhuc, q̄d mens
ſuggerit, libet eloqui. Iam em̃ forte quis animaduerterit, ꝙ hic maxima tẽtatio ſit. Et re
uera nõ fallitur, quiſquis hoc animaduerterit. Eſt em̃ hic tentatio dei, tẽtatio quærẽs fidẽ:
cui cõtraria eſt tentatio diaboli, tentatio quærens perfidiã. ¶ Cuius videlicet tentationis Tentatio dei.
dei, vt de ſimili cauſa proferamus teſtimonium, ecce in Exodo dicit dn̄s ad Moſen: Ecce
ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediat populus & colligat q̄ ſufficiant ꝑ ſingulos dies Exod. 16
vt tentem eũ, vtrũ ambulet in lege mea, an nõ. De ſimili cauſa ideo dixi, quia profecto ꝙ
tunc dn̄s manna de cœlo pluit, in figura ſacramenti huius contigit illis. Vt itidem tenta- 1. Coꝝ. 10
tionis diaboli de cauſa cõtraria proferamus exemplũ, ſerpens, imo in ſerpẽte diabolus, di
xit ad mulierem: Nequaq̄ morte moriemini. Scit enim deus, ꝙ in quacunq; die comede- Gene. 3.
ritis ex eo, aperientur oculi veſtri & eritis ſicut dij, ſcientes bonũ & malum. Comedit mu
lier, deditq; viro ſuo, & comedit. Ita tentati à diabolo, tẽtauerũt deũ, & aperti ſunt oculi
amboꝝ, non vt ſcirent bonũ & malum, ſed vt à bono caderẽt in malum: non ita vt ſe eſſe Adã & Eua prius tentauerũt deũ q̄ tentati fuerunt.
deos, ſed ita vt cognoſcerent ſe eſſe nudos. ¶ Non autem putandum, ꝙ tunc primum ten
tauerint deũ, quando vetitũ comedẽdo, experiri auſi ſunt vter verior exiſteret, deus ne
qui dixerat, In quocunq; die comederitis ex eo, morte moriemini, an ſerpens q̄ dicebat,
Nequaq̄ morte moriemini, ſed eritis ſicut dij &c. Iam ante tentare deũ inceperãt, iam an
tequã foris audiſſent malum ſerpentis conſiliũ, intus in corde ſuo tentabant deum, verſan
tes diuinitatis appetitũ. Nam (ſicut ante nos dictum eſt) niſi prius intus intumuiſſent, foris
tentati tã facile non cecidiſſent. Alioqui quomodo æquum fuiſſet, vt deus tentaret eos, po
nendo præceptũ quod nõ ignorabat eos fore præuaricaturos? Deus enim intentator ma Iaco. 1.
 lorũ.

lorũ eſt.¶Quod vt apertius dictũ ſit, deus non niſi male tentatus ab aliquo, nõ tentat ali-
Duplex tẽtatio dei, vna i ruinã
quẽ tentatione, in qua comprehendatur p̃uaricator. Exempli gratia: In tentatione ſupra
memorata, qua tentauit populũ, dicens: Egrediat populus, & colligãt quæ ſufficient per
Exod. 16
ſingulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an nõ: die aũt ſexta parent quod
inferant, & ſit duplum q̃ colligere ſolebãt, quia in die ſeptimo non inuenietur: præuarica
tores inueniendi erant. Venit em̃ dies ſeptima, & egreſſi de populo vt colligerent, nõ inue
nerunt. Dixit aũt dñs ad Moſen: Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legem
meã? Nunquid intentatus deus eos illa tentatione tentauit, quos p̃uaricaturos nõ ignora
uit? Non vtiq; intentatus, murmurauit em̃ omnis congregatio filiorũ Iſrael, murmurãdo
Pſal. 77
tentans, tentando murmurãs, ſicut habemus in pſalmo. Et tentauerunt deũ in cordibus
ſuis, vt peterẽt eſcas animabus ſuis. & male locuti ſunt de deo, dixerunt, Nunq̃d poterit
Altera in gloriam.
deus parare mẽſam in deſerto? Nunq̃d & panẽ poterit dare, aut parare menſam populo
ſuo? ¶Porro ſi quẽ tentat deus, à quo nõ ipſe eſt male tentatus, illi nimirũ omnis tentatio
in gloriã cooperatur. Vnde nõ ſolus Abrahã, quẽ deus tentauit in oblatione filij ſui, verũ
Sap. 3
etiã fere oẽs ſancti pro exemplo ſunt, de qualibus ſapiẽtia dicit: Et ſi corã hominibus tor
mẽta paſſi ſunt, deus tẽtauit illos, & inuenit eos dignos ſe. Omnibus his Moſes dicit illud
Deuter. 8
q̃d Iſraeli in Deuteronomio dicit: Adduxit te dñs deus tuus per deſertũ, vt affligeret te
atq; tentaret, & nota fierent q̃ in tuo animo verſabant̃, vtrũ cuſtodires mãdata illius an
nõ. Ac deinceps: Eduxit riuos de petra duriſſima, & cibauit te manna in ſolitudine, quod
Magna tẽtatio circa ſacrm̃ corporis & ſanguis Chr̃i.
neſcierũt patres tui. Et poſtq̃ afflixit ac probauit, ad extremũ miſertus eſt tui. ¶Igit̃, vt ad
propoſitũ redeã, magna in iſto ſacramẽto tentatio dei eſt, tẽtatio quærẽs fidẽ, ad euacu-
andã perfidiã, quã tentatio diaboli in primis hoĩbus inuenit, q̃bus vetitũ comedere per-
ſuaſit. Eſt aũt fides (ait Apoſtolus) ſperandarũ ſubſtãtia rerũ, argumentũ nõ apparentium.
Heb. 11.
Oportebat ergo nõ apparere res, vt locũ haberet ſubſtãtia hæc, res inquã. i. carnẽ & ſan-
guinẽ nõ apparere oportebat, nõ ſolũ ne ſenſus noſtros comedentiũ atq; bibentiũ natura
li offenſione offenderẽt, q̃bus humanã carnẽ manducare vel dẽtibus terere, ſanguinemq́;
humanũ bibere, neq; pium, neq; naturæ amicũ eſt: verumetiã, vt locum haberet hæc ſpe
randarũ ſubſtantia rerũ, hoc argumentũ rerũ nõ apparentiũ, ſcilicet fides, in qua teſtimo-
Ibidem.
nium (ait idẽ Apoſtolus) conſecuti ſunt ſenes. Deniq;, ſi oẽs reſpicias ſenes. i. antiquos pa
tres, q̃bus teſtimoniũ ſancta perhibet ſcriptura, ꝙ fuerint fideles, quosq́; Apoſtolus ibidẽ
enumerat ſentẽtiã hanc verã interſerẽs, Sine aũt (ait) fide impoſſibile eſt placere deo: om-
niũ illorũ fidem probatã inuenis circa res illas quæ non apparebant, quas ipſi iam non vi-
dere, ſed tantũ ſperare poterãt, quarũ etiam aliquæ nõ ſolum nõ apparebãt, ſed & ſupra
naturã erant. ¶In hoc itaq; ſacramẽto, cum ſit opus magnæ atq; ineffabilis miſericordię,
miro nihilominus iudicio, mirãda tentamur veritate, vt manifeſti fiant hi quorũ eſt fides,
q̃bus ſalua iudicij rectitudine, miſericordia cõdonare debeat morſus illos ligni vetiti, q̃s
momordit mulier & dedit viro ſuo, mala in deũ ſuſpitiõe, peruerſa & nimia circa ſerpen
tẽ credulitate. Nonne creditũ ibi fuit q̃d non apparebat, q̃d non videbatur? Nunq̃d ocu
lis videbant in illo fructu ligni virtutẽ tantæ rei effectiuã, quam ſerpens promiſit, dicens,
Eritis ſicut dij? Et quidẽ nec illa mors apparebat aut videri poterat oculis, quã intermi-
Gene. 2.
natus fuerat deus, dicẽs, In q̃cũq; die comederis ex eo, morte morieris: ſed credere opor
tuiſſet deo creatori fideli in oĩbus quæcunq; dixit: creditũ aũt fuit nõ creatori, ſed ſerpẽti,
non deo, ſed diabolo. Totũ illud ſacrilegiũ per iſtud emendatur ſacramẽtum, in illis qui
credunt, & credẽtes percipiũt, in fide humiles, in humilitate fideles: ac proinde illis parẽ-
tibus longe diſſimiles, cũ illi promiſſum illud audierint in pretiũ præuaricationis, Eritis
ſicut dij, ſuperbi & male creduli: ac proinde male creduli, quia ſuperbi: iſti aũt vocẽ humi
litatis audiũt in myſterio ſiue annũciatiõe mortis eius, Vos amici mei eſtis, manete in me
Iohã 15.
& ego in vobis. Quãto em̃ ſuauior eſt hæc vox, Qui mãducat carnẽ meã & bibit ſangui-
Iohã. 6
nẽ meũ, in me manet & ego in illo, *dilectiõe illa, quã ſerpẽs ſuſurrauit, Comedite, & eri-
forte, illectione
tis ſicut dij, qui vtiq; de ſuo nõ dabat, ſed rapinã facere ſuadebat: hic aũt non qualecunq;
ſuũ, ſed ſuã carnem & ſuũ ſanguinem dat. ¶In illis q non credunt, & nõ credentes ore ta
Hæretici circa hoc ſacrm̃ in lege præfigurati.
men ſacramentũ percipiunt, cibus & potus iſte operatur iudiciũ, q̃a tentati reprobi inuẽ
ti ſunt, eo ipſo ꝙ ſine fide ſunt, & male tentant deũ. De hmõi hæreticis in illo pſalmo pa
rabolarũ, q ſic incipit: Attẽdite popule meus legẽ meã, inclinate aurem veſtram in verba
oris mei, aperiã in parabolis os meũ, ita dictum eſt: Adhuc eſcæ eorũ erãt in ore ipſorũ, &
ira dei aſcẽdit ſup eos, & occidit pingues eorũ, & electos Iſrael impediuit. Eorũ nãq; pec
Pſal. 77
catũ eſt in eo, quod dicunt tentationes deũ: Quoniã percuſſit petrã & fluxerunt aquę, &
torrẽtes inundauerũt, nunquid & panẽ poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Eſt
em̃ hic ſenſus: Nunquid q̃a potuit deus facere, vt patefacto crucifixi Ieſu Chr̃i latere, q̃d
fuit percuti petrã, flueret aqua cũ ſanguine, & implerentur ſcripturæ, & intelligibiles fie-
rent



rent, ſufficerentq́; mentibus noſtris ad bibendũ, in modum torrentium inundantiũ: nun-
quid (inq̃nã) q̃a potuit illud facere, poterit etiam panẽ confectũ manibus hominum con- Cõuerſiõ panis in corpus Chriſti
uertere in corpus, & vinũ de palmitibus iſtis in ſanguinẽ ſuum? Alioquin niſi myſterium
attendas, ſenſus ſecundũ literã non conſtat: q̃m̃ percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, nũ-
quid & panẽ poterit dare. q̃a videlicet panis iſte. i. manna ſecundum hiſtoriam prius da-
tum eſt, q̃ percuſſa petra fluerent aquæ. Hactenus dilectio ſacramenti huius moroſius
nos detinuerit, nunc ad cætera pergamus. ⌊Et hymno dicto, exierunt in montẽ Oliueti.
Tunc illis dicit Ieſus: Omnes vos ſcandalũ patiemini in me, in iſta nocte. Scriptũ eſt em̃: Zach. 13
Percutiã paſtorẽ, & diſpergent̃ oues gregis. Poſtq̃ aũt ſurrexero, præcedã vos in Gali-
læam. Reſpondẽs aũt Petrus, ait illi: Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint in te, ego nunq̃ ſcandali
zabor. Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, q̃a in hac nocte, anteq̃ gallus cantet, ter me negabis.
Ait illi Petrus: Et ſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Sil̃r & oẽs diſcipuli dixerũt.⌋
Exitus iſte in montẽ Oliueti ille eſt, quẽ apud Iohannẽ habemus, cũ terribilibus ac reue-
rendis verbis iſtis: Surgite, eamus hinc. Quidnam erat dicere, ſurgite, eamus hinc, & ita Surgite, eamus hinc
exire in montẽ Oliueti, in ipſa hora ſuæ traditionis, q̃n Iudas loquebat̃ cum ſenioribus, Iohan. 14
ſtatim venturus cũ cohorte & miniſtris, niſi relinquere ciuitatẽ illam, quẽadmodum per
prophetam Hieremiã prędixit: Reliquit (ait) domũ meam dimiſi hæreditatẽ meam, facta Hiere. 12
eſt mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua, dedit contra me vocẽ ſuam, ideo odiui eam.
Ergo & prophetiã hanc & illud, quod per ſemetipſum dixerat ante biduũ, ecce relinquet̃
vobis domus veſtra deſerta, iam impleri ſignificans: ſurgite (inq̃t) eamus hinc. Et exierũt Matth. 23
in montẽ Oliueti. Factis em̃ non minus, q̃ verbis loqui, ſapĩæ dei familiare eſt. Ioſephus
q̃q; vocẽ ſil̃em teſtat̃ fuiſſe auditã: Nocte (inq̃t) ſacerdotes intimũ templum more ſuo ad Ioſe. de bello Iud. libr. 7. cap. 12
diuinas res celebrandas ingreſſi, primũ q̃dẽ motũ quẽdam ſtrepitumq́; ſenſerunt, poſt ea
vero ſubitam vocẽ audierunt, quæ diceret: Migremus hinc. Ita cum terribili ſignificatio-
ne vocum, omne præſidium ſalutis ſeſe ab illa ciuitate migrare demonſtrauit, iuxta quod
& ab ipſo templo exiens idem dñs prius ſignificauerat, dicente Euangeliſta: Ieſus autẽ Iohan. 8
abſcondit ſe, & exiuit de templo. Mala ſubſequentia probauerunt, vere & de templo illo
exiſſe, & de ciuitate illa abiſſe Ieſum, & ab vtroq; migraſſe omne angelorũ præſidium.
¶Et congrue non quouis, ſed iuxta conſuetudinẽ tunc quoq; exiuit in montem Oliueti. Actorũ. 1
Illinc em̃ aſcẽſurus erat in cœlum, quo facto reuerſi ſunt, ait Lucas: Hieroſolymã à mon
te, q dicit̃ Oliueti, q eſt iuxta Hieruſalem, ſabbati habens iter. Nec vero repugnat illud,
quod ſcripſit idem Lucas: Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus ſu-
is, benedixit eis, & factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebat̃ in cœlum. Luc. 24
Bethania nanq; in latere montis Oliueti ſita eſt. Ergo vbi per aſcenſionem conſumman-
da erat eius gloria, illuc recte exiuit, eandẽ gloriam ſuam oratione præuenire, & agonem
ſuæ paſſionis inchoare, quod idem Lucas euidentius narrat. Poſitis (inq̃t) genibus, ora- Lucę. 22
bat, factus in agonia, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terra.
¶Iã dicti exitus ſui cauſam, propter quã recte diceret, relinquet̃ vobis domus veſtra de-
ſerta, breuiter inſinuat, dicens: Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scri- Matth. 23
ptum eſt em̃: Percutiam paſtorẽ, & diſpergent̃ oues gregis. Scandalum illud om̃es noui-
mus, nec demonſtrare opus eſt, q̃uo ſcandalizati fuerint, q̃uo omnes relicto eo, fugerint,
q̃uo Petrus ſuæ, quam putabat, fortitudinis oblitus, ſcandalo noctis illius ſic offenſus ſit,
vt ter eum negaret, dicens: Neſcio quid dicis, non noui hoĩem, & tunc demũ gallo cantã
te, recordatus ſit verbi Ieſu dicentis: Prius q̃ gallus cantet, ter me negabis, & reſpicien-
te eum dño, egreſſus foras, amare fleuerit. Non (inquam) demonſtratione opus eſt, ſed
nos propoſito tenemur, nos faciem iſtam, faciem vituli in hac immolatione ipſius contẽ
plari delectamur. Si cui vacat, ſedeat nobiſcum, & contemplet̃ pariter in claritate faciei
huius pulchritudinẽ oculorũ ipſius. ¶Et hoc vt locupletius fiat, res anterius geſta ad me- Negatio Petri p̃ſignata prius in eius ſubmerſiõe
moriã eſt reducenda, valet em̃ myſteriũ eius in attentione iſta. Iuſſit aliquãdo hic dñs no
ſter diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimit
teret turbas. Cumq́; dimiſſa turba ſolus aſcendiſſet in montem, & veſpere facto ſolus eẽt
ibi, & oraret, nauicula in medio mari iactabat̃ fluctibus, erat em̃ ventus contrarius. Quar Matth. 14.
ta autẽ vigilia noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare. Cumq́; turbatis illis dixiſſet, ha-
bete fidutiam, ego ſum, nolite timere. Domine (inquit Petrus) ſi tu es, iube me venire ad
te ſuper aquas, & deſcendens de nauicula, ambulabat ſuper aquas. Videns ergo ventũ va
lidum, timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Dñe, ſaluum me fac. Et continuo Ie
ſus extẽdẽs manum, apprehẽdit eũ, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitaſti? Deniq; res il
la geſta, miro modo, & res geſta, & rei gerẽdæ quædam fuit parabola, ſiq̃dem placet pa
rabolam dici, non ſolum in verbis, verumetiam in factis, quoniam & Apoſtolus enume- Hebr. 9
ratis cõpoſitionibus primi & ſecundi tabernaculi, quæ (inq̃t) parabola eſt t̃pis inſtantis.

Ieſus ora- ¶Igit̃ dimiſſa turba ſolus Ieſus aſcendit in montem orare, q̃a ſic futuꝝ erat & ſic factũ eſt
uit ſolus & vt exiens de ciuitate iam non docturus turbam, exiret (vt iam dictũ eſt) in montem Oliue
ſeorſum ti ſolus orare. Exierunt q̃dem cum eo diſcipuli, ſed non vſq; ad locum orationis. Nam
Matth. 26 ſuſtinete hic (ait) ſiue ſedete hic, donec vadam illuc & orem. Et aſſumpſit q̃dem Petrum,
Luc. 22 & Iacobũ & Iohannẽ ſecũ, ſed & illis iteꝝ dixit: Suſtinete hic, & vigilate. Et progreſſus
puſillum ſiue auulſus ab illis, quantũ ẽ iactus lapidis, procidit in faciem ſuam, orans: Ita re
lictis illis, iteꝝ & tertio abijt, & orauit. Solus ergo erat orans nocte illa, ſiue veſpera pro-
Nauicula funda. Nauicula autẽ in medio mari iactabat̃ fluctibus. i. fides diſcipulorum nimis cõtri-
iactabatur ſtabat̃, ita vt oculi eoꝝ præ triſtitia grauarent̃. Sed venit dñs Ieſus ambulans ſuper aquas,
fluctibus quia tempeſtates illas quæ propter ipſum motæ erant, & mouebant̃, prompto ſpũ cõcul
cabat, licet caro eſſet infirma. Etẽi caro q̃dem infirma, dicebat in oratione, mi pater, ſi
poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: ſed ſpũs promptus, veruntñ (ait) non ſicut ego volo,
Marc. 14 ſed ſicut tu. Ibi confidẽtia Petri ſe quoq; promptam eſſe putauit: Dñe (inquiens) iube me
Iohã. 13 venire ad te ſup aquas. Dixit eñi: Etſi oĩes ſcandalizati fuerint in te, ego nunq̃ ſcãdaliza
bor. Animam meam pono pro te, tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire.
Cum iſta fidutia, quaſi iam fortis & bene cinctus, ambulabat & ipſe ſuper aquas, vt veni-
ret ad Ieſum. Cum eñi diſcipuli omnes relicto dño fugiſſent, ipſe ſequebat̃ longe vſq; in
atrium, & ingreſſus intro ſedebat cum miniſtris vt videret finẽ. Sed ecce vidit ventum va
lidum, & timuit, cœpitq; mergi. Cum eñi ſederet in atrio cum miniſtris (vt iam dictũ eſt)
acceſſit ad eũ vna ancilla oſtiaria, dicens: Et tu cũ Ieſu Galilæo eras. At ille negauit corã
oĩbus, dicens: Neſcio q̃d dicis. Iteꝝ ab alia ſimiliter ventilatus ancilla, dixit: Non noui
hoĩem. Tertio, ab his q̃ ſtabant, magno vento impulſus, cœpit deteſtari & iurare, q̃a nõ
Petr⁹ clama nouiſſet hoĩem. ¶Cum ita cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Dñe, ſaluum me fac. Gallo
uit, dñe, ſal quippe cantante, recordatus verbi Ieſu quod dixerat, priuſquã gallus cantet, ter me nega
uũ me fac. bis, egreſſus foras, fleuit amare. Deniq; ſic flere, hoc fuit clamare, & ſaluationẽ quærere.
Luc. 24 Vt ita clamaret, reſpectus fecit ſaluatoris, quẽ Lucas venerabiliter expreſſit, dicẽs: Et cõ
uerſus dñs, reſpexit Petrũ. Poſtq̃ reſurrexit (ſicut & hic prædixit, poſtq̃ autẽ reſurrexe-
ro p̃cedam vos in Galilæam) apparuit ei ſicut in euangelio eiuſdẽ Lucæ ſcriptum eſt, q̃a
Marc. 16 duo ex diſcipulis regreſſi in Hieruſalem inuenerunt congregatos vndecim, & eos q̃ cum
ipſis erant, dicentes, quod ſurrexit dñs vere, & apparuit Simoni. Sed & angelus loquens
mulieribus hunc in nomine conſolatum eſſe voluit dicendo, ſed ite dicite diſcipulis eius
& Petro, q̃a præcedet vos in Galilæam. Vere ergo Ieſus extendens manũ, apprehendit
Percotiã pa eum: reſeruauit eñi illi gradum ſuum, reſeruauit & ſtabiliuit principem Apoſtolorum.
ſtorẽ, & diſ ¶Libet nunc inſpicere illũ prophetiæ locũ, quẽ nobis illuſtrare debet ſcintilla hæc ex ore
p̃gent̃ oues eius dicentis, ſcriptum eſt eñi: Percutiam paſtorem, & diſpergent̃ oues gregis. Pauca ex
gregis præcedentibus & ſubſequentibus diligenter inſpecta, pulchrã intelligentiæ lucem refun-
Zach. 13 dent. Præcedentia ſunt hæc: Et erit in die illa, dicit dñs deus exercituum, diſperdam no-
mina idoloꝝ de terra, & non memorabunt̃ vltra, & prophetas & ſpm̃ immundũ aufe-
ram de terra. Et erit cum prophetauerit quiſpiam vltra, dicent ei pater eius & mater eius
genuerunt eũ. Non viues, quia mendacium locutus es nõ nomine dñi, & configent eũ pa
ter eius, & mater eius genitores eius, cũ prophetauerit. Et erit in die illa, confundent̃ pro
phetæ, vnuſq̃ſq; ex viſione ſua cũ prophetauerit, nec operient̃ pallio ſaccino vt mentian
tu, ſed dicet, non ſum propheta, homo agricola ego ſum, q̃m Adam exemplũ meum ab
adoleſcentia. Et dicet̃ ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuaꝝ? Et dicet: His pla
gatus ſum in medio eoꝝ q̃ diligebant me. His præmiſſis: Framea (inq̃t) ſuſcitare ſup pa-
ſtorem meum, & ſuper virum cohærentẽ mihi, dicit dñs exercituum: Percute paſtorẽ &
diſpergent̃ oues. Deinde ſubſequit̃: Et conuertam manũ meam ad paruulos, & erunt in
omni terra, dicit dñs, partes duæ, & diſperdent̃, & deficient, & tertia pars relinquet̃ in ea
& ducam tertiam partẽ per ignem, & vram eos, ſicut vrit̃ argentũ, & probabo eos ſicut
probat̃ auꝝ. Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eũ. Dicam populus meus es,
& ipſe dicet, dñs deus meus. Ecce venient dies dñi, & diuident̃ ſpolia in medio tui, &c.
¶Totum illud prophetiæ capitulum illuſtrat nobis (vt iam dictum eſt) breuis ſententia
hæc, ſcintillas de pectore & ore ipſius domini, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ &
Coloſſ. 2 ſcientiæ abſconditi, dum præmiſſo, omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte,
ſubiungit: Scriptũ eſt eñi: Percute paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Itaq; vt cõpetẽ
Mola infe- ter euangelica vtar ſimilitudine molentis. Ait enim ipſe dominus: Duæ erunt molentes
rior & mo in vnum, vna aſſumetur, & altera relinquet̃. Hæc prophetica quaſi mola inferior ponẽda
la ſuperior eſt, & cœpta iam euangelica narratio dominicæ paſſionis ſuperponenda quaſi mola ſupe
Matth. 24. rior, vt agente manu domini, circumacta volucri curſu, fructuoſum frumẽti granum ſa
lubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidiſſimum farris panem in vſum
vitæ



vitæ æternæ conficiamus. Tale frumenti granum Chriſtus eſt, q̃ de ſemetipſo dicit: Niſi Iohan. 12
granum frumenti cadens in terra, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuũ
fuerit, multum fructum affert, tale (inquam) granum eſt, vt molendo nunquam diſſipet̃,
eoq; integro permanente, diffundi aut diſſilire nunquam deſinet medulla eius. Nunc in-
terim finis hic ſit libelli huius, & ſequentem cum iam dicto prophetiæ capitulo, reparatis
poſt laſſitudinem viribus exordiamur.

FINIS LIBRI DECIMI.

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS OPERIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. XI.

TVam in ſcripturis ſanctis gloriam, tuum ô fili hoĩs quærere & in Sacra ſcrip
uenire honorem in propheticis & euangelicis præconijs, tale no tura colum
bis eſt inter tædia vitæ præſentis: quale feſſo viatori, remiſſis in- ba dr̃, cui⁹
terdum grauibus ſarcinis reſidere ſub vmbra odoriferæ arboris lr̃a argẽtũ,
prope riuulum aquæ iugiter ſalientis, gratoq; otio fugacẽ inſe- ſenſus my-
qui & cõprehenſam attrectare columbã, tactu blando, manibus ſtic⁹ aurũ ẽ
innocuis. Et reuera ſic eſt: Sancta quippe ſcriptura ipſa eſt colũ-
ba illa, de qua ipſius autor ſpũs ſanctus in pſalmo dicit: Pennæ Pſalm. 67
columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.
Ne ergo miret̃ quis dicens: q̃d vel ad q̃d iſte ſcribit, cum ſancti
patres ſufficientia ſcripſerint, quæ cuncta perlegere nemo noſtrũ ſufficit? Nam & ſi alij
nemini, at mihi ſcribenti hoc ipſum quod ſcribo iam proficit. Hoc dulce ſtudium iam in
præſenti nonnihil præmij, nonnullum habet ſuę exercitationis emolumentũ. Quàm ſua-
ue eſt (vt iam dixi) viatori, demiſſis interdũ ſarcinis, pennulas columbæ deargẽtatas & au
rea dorſi eius præ oculis habere, & manibus tractare poſteriora, tam ſuaue & iucundum
eſt inter medias curas, ſanctam tractare ſcripturam, cuius & exterior ſermo caſtus, abſq;
oĩni ſup̃fluitate, nitet quaſi argentũ, & interior ſenſus rutilat velut aurũ. Trahit ſua quẽq; Ver i Buc.
voluptas, & hoc habeo teſtimoniũ conſciæ, q̃ dixerim ego voluptati huic, trahe me poſt Cant. 1
te. Ecce argentũ, ecce aurũ, videlicet ſuſceptũ in fine præcedentis libelli, quod cũ euange
lica narratione dñicæ paſſionis tractare propoſui, prophetię cap̃lm. ¶Et erit (inq̃t) in die Zach. 13
illa dicit dñs exercituũ, diſperdã nõĩa idoloꝝ de terra, & non memorabunt̃ vltra, & pro- Dies illa, di
phetas & ſpm̃ immundũ auferã de terra. Præmiſerat autẽ: In die illa erit fons patens do- es dñicæ
mui Dauid, & habitantibus Hier̃lm in ablutionẽ pc̃tõris & mẽſtruatæ. Ergo diem illam, paſſionis
quã hic prophetiæ ſpũs intendit, diem dñicæ paſſionis neceſſe eſt intelligi, qua nimiꝝ lan
cea militis latus aperiendo ſaluatoris, fontẽ patefecit domui Dauid, & habitantibus Hie-
ruſalẽ fontẽ ſanguinis & aquæ, credẽtibus in Chr̃m q̃ propter hoc ip̃m dicunt̃, & ſunt do
mus Dauid, & habitatores Hier̃lm, q̃a credũt in Chr̃m filiũ Dauid, cuius æternæ ciuitatis
quoddã erat exẽplar illa Hier̃lm, ĩ qua regnauit Dauid. Et ille fons erit (inq̃t) in ablutionẽ
pc̃tõris & mẽſtruatæ, pc̃tõris (inquã) id eſt, gẽtilis populi, q̃ ſine lege peccauit: & mẽſtrua
tæ, quæ p̃ legẽ peccauit, quæ ne de iuſtitia p̃ſumeret factoꝝ, vnus ex optimis eius filijs cõ
feſſus eſt, & dixit: Et facti ſumus vt immũdus oẽs nos, & quaſi pãnus mẽſtruatæ, vniuerſæ Eſa. 64
iuſtitiæ noſtræ. ¶Quærendũ itaq;, q̃ vel quales in illa die fuerũt prophetæ, q̃m dixit, &
prophetas, & ſpm̃ immundũ auferã de terra. Hic citius euãgeliſtæ Iohãnis narratio oc- Iohan. 11
currit. Ait eñi: Collegerũt põtifices & phariſæi conciliũ, & dicebãt: Quid facimus, q̃a hic
hõ multa ſigna facit. Si dimittimus eũ ſic, oẽs credẽt in eũ. Et veniẽt Romani, & tollẽt no
ſtrũ & locũ & gentẽ. Vnus ex ipſis Caiphas, cũ eẽt põtifex anni illius, dixit eis: Vos neſci
tis q̃cq̃, nec cogitatis, q̃a expedit vobis vt vnus moriat̃ hõ pro pp̃lo, & nõ tota gẽs pereat.
Hoc autẽ à ſemetipſo nõ dixit, ſed cũ eẽt põtifex anni illius, prophetauit, q̃a moriturus
erat Ieſus pro gẽte & nõ tantũ pro gẽte, ſed etiã vt filios dei, q̃ erãt diſperſi, cõgregaret in
vnũ. Hmõi prophetas auferã (ait) de terra. ¶Nã ne prophetas bonos ſuſpiceris, ſpm̃ im-
mundũ illis copulauit. Ait eñi: & prophetas & ſpm̃ immundũ auferã de terra. Ergo pro-
phetæ mali, prophetæ immundo ſpũ pleni, in die illa fuerũt auferẽdi de terra, nõ ſolũ de
terra viuentiũ, verũetiã de terra ipſa & ciuitate, quã tunc mortales & deo mortui inhabi-
tauerũt, q̃ malã ſibi hãc prophetiã de corde ſuo prophetauerũt: Quid facimus, q̃a hic ho
mo multa ſigna facit &c. Nẽpe excepto quod præmiſerunt, ſi dimittimus eum ſic, totum
quod

quod dixerunt, in prophetiam reputatum eſt illis, vt omnes crederent in eum: illis autem non credentibus, venirẽt Romani, & tollerent eoꝝ, & locũ & gentẽ. Fuit inter illos vnus Caiphas talium prophetaꝝ maximus, q dixit: Vos neſcitis qcquã, neq; cogitatis, qa expedit vobis vt vnus moriat̃ homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autẽ (euangeliſta inqt) à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, qa Ieſus moriturus erat pro gente. Et non tm̃ pro gente, ſed vt filios dei, q erant diſperſi, congregaret in vnũ.

Quid eſt ꝓphetare vltra

¶ Cauſam eoꝝ propter quam auferendi eſſent de terra, ipſe propheta latenter, vt oportuit, continuo ſubiunxit: Ait eñ: Et erit cũ prophetauerit quiſpiã vltra dicent ei pater eius & mater eius q genuerunt eũ: Non viues, qa mẽdaciũ locutus es in nomine dñi. Et configent eũ pater eius & mater eius genitores eius, cũ prophetauerit. Propheta magnus de ſemetipſo vltra prophetauit, qa illi & præcipue Caiphas prophetauerunt, qđ expediret eũ mori, ipſe aũt prophetauit, qđ oporteret eũ reſurgere à mortuis.

Iohan. 2

Dicẽt ei pater eius, & mater eius

Hoc vltra fuit, videlicet vltra prophetiã illoꝝ, prophetiam mortis, qa prophetauit prophetiã reſurrectionis. Dixit eñ: Soluite tẽplum hoc, & poſt triduum excitabo illud. Hoc autẽ dicebat de tẽplo corporis ſui. ¶ Cum ergo prophetauerit quiſpiã vltra, quem nominare nolo, qa non expedit: dicẽt (inqt) ei pater eius & mater eius q genuerunt eũ: Nõ viues, qa mẽdacium locutus es in nomine dñi. Pater eius Iudaicus populus, & mater eius ſynagoga, q ſecundum carnem genuerunt eum, ita dixerunt ei: Cum eñ aliud non haberent, vnde accuſarent eum, nouiſſime ſubmiſſis duobus falſis teſtibus iſtud protulerunt.

Matth. 26.

Hic dixit: Poſſum deſtruere tẽplum dei, & in triduo reædificare illud, Cumq; principi ſacerdotum dicẽti, adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chr̃us filius dei, reſpõdit, tu dixiſti, & amodo videbitis filium hoĩs ſedentẽ à dextris virtutis, & venientẽ in nubibus cœli: clamauerunt, reus eſt mortis. Nonne hoc erat dicere, non viues, qa falſum locutus es in nomine dñi?

In illa die cõfundent̃ ꝓphetæ

¶ Ex illa viſione ſua qũo confuſi ſunt prophetæ illi? Ait eñ: Et erit in die illa, confundent̃ prophetæ, vnuſqſq; ex viſione ſua cũ prophetauerit. Aut qũo prophetantes illi operiebant̃ pallio ſaccino vt mentirẽtur? Nam & hoc ſequit̃: Nec operient̃ pallio ſaccino vt mentiant̃. Niſi ſe operuiſſent aliquando, fruſtra diceret, nec operientur pallio ſaccino. Quid ergo fuit operire ſe pallio ſaccino, vt mentirent̃, niſi per nequiſſimam hyppcriſim ſimulare dolorẽ, & fingere timorẽ, vt paueret populus? Hoc fecit ille propheta, ille prophetaꝝ impioꝝ impĳſſimus Caiphas. Deniq; vt mentiret̃, vt magnificaret, & confirmaret mendacium viſionis ſuæ, quã pariter in concilio ſuo dixerant, venturos eſſe Romanos, vt tollerent & locũ & gentẽ, niſi Ieſum interficerent, idcirco ſcidit veſtimenta ſua. Adiurauerat dñm Ieſum, dicens: Adiuro te per deũ viuũ, vt dicas nobis, ſi tu es Chr̃us filius dei benedicti. Et cur addiderit, benedicti, neſcias niſi qa ſtultiſſimus ipſi deo adulari præſumpſerit, in cauſa eiuſmodi, adulatione crudeli, Cum ille fidelis permanens q ſeipſum negari non poteſt, reſpondiſſet, tu dixiſti, ſubiungens. Veruntñ dico vobis, amodo videbitis filiũ hoĩs ſedetẽ à dextris virtutis, & venientẽ in nubibus cœli, tunc (vt iam dictũ eſt) ſcidit veſtimenta ſua, & dixit: Blaſphemat. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce, nunc audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videt̃? Atq; hoc modo ſaccinũ ſimulatæ triſtitiæ palliũ ſibimetipſi ſupduxit vt mẽtiret̃, vt mẽdaciũ corroboraret, vt vidẽs populus male credulus, magis paueret, vbi non erat pauor, ſicut in pſalmo dictum eſt: Ibi trepidauerunt vbi non erat timor.

Pſal. 32.

¶ Taliter ſaccino ſolebant operiri pallio patres eoꝝ fundendo ſanguinẽ prophetaꝝ, & iuſtoꝝ, quoꝝ iſti menſuram impleuerunt. Exempli gr̃a: Scripſit Iezabel ꝑ literas ex nomine Achab, & ſignauit eas anulo eius, & miſit ad maiores natu, & ad optimates q erãt in ciuitate eius, & habitabant cũ Naboth. Literaꝝ autẽ erat iſta ſententia: Prædicate ieiuniũ, & ſedere facite Naboth inter primos populi, & ſubmittite duos viros filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium dicant, benedixit deum & regem, & educite eum & lapidate, ſicq; moriat̃. Fecerunt ergo ciues eius, & maiores natu & optimates q erant cum eo, in vrbe ſicut præceperat Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in lr̃is quas miſerat ad eos. Prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerũt Naboth inter primos populi, & adductis duobus viris filĳ diaboli, fecerunt eos ſedere contra eum &c.

3. Regũ. 21.

Palliũ ſaccinum

Pſalm. 63

¶ Et illud ieiunium, & quicqd deinceps fecerunt imitatores illorum, vſq; ad hypocritas iſtos, qui, vt mẽtirent̃, vt firmarent ſibi ſermonem nequam, ſciderunt veſtimenta ſua. Recte nimiꝝ & pulchre appellauerit ſpiritus ſanctus breui appellatione pallium ſaccinum, quo non operient̃ (ait) vltra vt mentiant̃, Nam ipſa mentiendi autoritas eis auferet̃, & miro modo ex viſione ſua confundent̃, ex viſione mendaci quam prophetauerunt dicendo, venient Romani, ſi dimiſeritis eũ ſic.

Falſa eorũ ꝓphetia de Romanis

Roma. 9

¶ Et eñ econtra idcirco factũ eſt vt venirẽt Romani, qa non dimiſerunt eũ ſic, & ecce non tm̃modo ſecundũ viſionẽ illoꝝ, pro ſenſu ipſoꝝ mendaci, locum tulerunt & gentẽ, verumetiam id, quod plus eſt, quod ipſi videre aut neſciebant timere. Tulerunt quoque optima quæ illorum erant, ſcilicet adoptionẽ filioꝝ, & glo-



riam, & teſtamenta, & legiſlationem, & obſequium, & promiſſa, & totam hæreditatem patrũ, ex qbus Chriſtus ſecundum carnẽ, qui eſt ſuper oĩa deus benedictus in ſecula, Amen. Hæc eñ oĩa tulerunt eis, & cum cæteris nunc gentibus poſſident Romani, longe alĳ quàm Romani illi q tantũmodo locum & gentem tulerunt eis, ꝑ fuerunt & permanſerunt pagani, qa non curauerunt, neq; curare ſcierunt de ſpolĳs iſtis opimis, tm̃modo locum & gentẽ, ducibus Veſpaſiano & Tito, tuliſſe contẽti. ¶ Quapropter militauerint quidem huic dño & regi Ieſu Chr̃o, in vindictã ſanguinis eius cõtra ciuitatẽ Ariel (quod interpretat̃ leo dei) iuxta quod ipſe dixit, facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua, cõtra ciuitatẽ Hier̃lm, quam expugnauit per eos, iſte verus Dauid, filius ſecundũ carnẽ illius Dauid, ſecundũ prophetiã hmõi: Væ Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid. Additus eſt annus ad annũ, ſolennitates euolutæ ſunt. Et circũuallabo Ariel, & erit triſtis & mœrẽs & erit mihi quaſi Ariel. Et circũuallabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & iaciã contra te aggerẽ, & munimenta ponã in obſidionẽ tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audiet̃ eloquiũ tuũ. Et erit quaſi phytonis de terra vox tua, & de humo eloquiũ tuum muſſitabit. Militauerunt qdem in hoc, vt dixi, Chr̃o dño & regi, & hoc væ Ariel, ſed nihilominus væ & ipſis, ſicut væ Aſſur. Sequit̃ eñ: Et erit, ſicut puluis tenuis multitudo ventilantiũ te, & ſicut fauilla pertranſiens, multitudo eoꝝ q contra te præualuerunt. Eritq; repente confeſtim à dño exercituũ, viſitabit̃ in tonitruo, & cõmotione terræ, & voce magna turbinis, & tẽpeſtatis, & flãmæ ignis deuorantis. Et erit ſicut ſomniũ viſionis nocturnæ, multitudo oĩm gentiũ, quæ dimicauerunt cõtra Ariel, & omẽs q militauerunt & obſederunt, & ꝑualuerunt aduerſus eã, & ſicut ſomniat eſuriens, vt comedat, cum autẽ fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius, & ſicut ſomniat ſitiens, vt bibat: & poſtq̃ fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt, ſic erit multitudo omniũ gentium quæ dimicauerunt contra montẽ Sion. Ita miro modo puniendi ad puniendũ venerũt Romani, & dimicauerunt contra Ariel, materialibus armis, & ecce confuſi ſunt, nec iam licet eis operiri pallio ſaccino vt mentiant̃: imo captiui per omẽs gentes, nec locũ habent quo ad ſimiliter mentiendũ congregent̃.

Væ Ariel, quã expugnauit Dauid

Hiere. 12

Eſa. 29

¶ Sed econtra dicit eis qſpiã inſultabundus, q (vt iam dictũ eſt) prophetauit vltra, ſubaudit̃, q̃ fuiſſet ab adiurante principe ſacerdotum interrogatus: Non ſum propheta, homo agricola ego ſum, qm̃ Adam exemplũ meũ ab adoleſcentia mea. Grandis inſultatio, & ironia grauiſſima, quippe q negando acrius affirmat, & affirmando vehementius negat. Non ſum (inqt) propheta, ſubaudit̃, veſtro arbitratu, ſic eñ dixiſtis, propheta à Galilæa non ſurget, non hic à deo, & his ſimilia. Homo agricola ego ſum, itidẽ veſtro arbitratu dicentiũ: Qũo hic lr̃as ſcit, cũ non didicerit? Nõne hic eſt fabri filius? Attñ vera ſunt quæ prædixi, & vos captiui eſtis, nec iam pallio ſaccino licet vobis operiri, vt mentiamini, & quẽpiam veſtrũ interficiatis. Dixiſtis, qm̃ Adã exemplũ meũ ab adoleſcentia mea, calũniando quod ego gloriã meam quærerẽ, & dicendo, quẽ teipſum facis? Et alibi: Quia tu homo cũ ſis, facis teipſum deũ. Hæc fuit exprobratio veſtra, ſed aliter eſt. Longe ego diſſimilis Adam, & ille exemplũ meũ non fuit, q gloriam ſuam quæſiuit, imo & dicebam, & quod dicebam verum eſt: Ego gloriã meam non quæro, eſt q quærat & iudicet, Iudiciũ eius pro me ſuper vos manifeſtum eſt. Nam ecce quẽ confixiſtis, q mortuus fui, ecce loquor, & reſpondeo loquentibus mihi. Hoc eſt qđ ſequit̃.

Nõ ſum ꝓpheta, hõ agricola ego ſum ꝑ ironiã dicit̃.

Iohan. 7. 9

Matth. 13

Iohã. 8. 10

¶ Et dicet̃ ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuũ tuaꝝ. Et dicet: His plagatus ſum in domo eoꝝ q diligebant me. Perſpicuũ eſt, diligentibus, occultũ eſt negligentibus quod iſte, q hic reſpondet percontantibus, vnus & ſolus ſit filius hoĩs Ieſus Chr̃us. Quis eñ alius interrogatus eſt, aut reſpondit, ſiue interrogari & reſpondere potuit, poſtquã mortuus eſt, plagis acceptis in medio manuũ ſuaꝝ, niſi iſte ſolus, q mortuus reſurrexit, vt poſſet loqui, cuius videlicet locutionis hoc initiũ fuit, vt oſtenderet plagas ſuas, dicẽdo videte manus meas & pedes meos.

Quid ſunt plagæ iſtæ ĩ medio manuũ tuaꝝ

Luce. 24

¶ Hæc ergo glorioſa, ſicut cætera prophetaꝝ ꝑconia, dicta ſunt de te ô fili hoĩs, & veꝝ eſt quod de ſancto paracleto ſub ipſo tuæ paſſionis articulo promittens dixiſti: Ille me clarificabit, qa de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Tuum eſt, & vere tuũ eſt, quicqd ſancti prophetæ locuti ſunt. Etenĩ illi de te ſcripſerunt, de te qd ſcriberẽt, acceperunt, & de illo tuo ſpũs paracletus quantũ ſibi placet, accipiens, & nobis annuntians, i. intelligere faciens, clarificat te nobis, vt claritatẽ iam hic ex parte videamus, ſiue cognoſcamus, tantæ gloriæ tantiq; honoris tui, cuius hæc ſumma eſt, qa cum fueris mortuus plagis, quas in medio manuũ tuaꝝ accepiſti, adhuc loqueris, & ipſas oñdens plagis interrogãtibus iugiter rñdeas reſponſione mirabili.

Iohan. 16

¶ Quid eñ? Quãdiu, qmodo, à quo, vel à qbus interrogaberis, ſiue dicet̃ tibi, qd iſtæ plagæ ſint? Nimiꝝ in ſecula ſeculorum ſine ceſſatione, & cum ineffabili admiratione dicet̃ tibi: Et à deo patre, cui factus es obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis, dicetur tibi: & à ſanctis angelis, qui in te deſiderant proſpicere, dicet̃ tibi, & ab hominibus, quos morte tua redemiſti, dicetur

Philip. 2

1. Petri. 1

dicetur tibi,& iugiter interrogaberis,q̃d iſtæ plagæ ſint,& tu dices eis dictione quæ nul-
lum vnq̃ finẽ habet.His plagatus ſum in domo eoꝝ, qui diligebunt me.Et ô magnũ ſa-
His plagatus ſum in domo eoꝝ qui diligebant me. crilegium,ſacrilegum homicidium,plagas eiuſmodi tibi eſſe illatas in domo diligentium.
¶Non dices, his plagatus ſum ab his q diligebant me,ſed in domo eoꝝ q diligebant me.
Nam q plagas intulerunt,non dilexerunt te,erant aũt ſecundũ carnem domus Abraham
& Iſaac,& Iacob,& Dauid,& cæteroꝝ talium q diligebant te,q promiſſum ſibi expecta-
bant te. Veruntñ hoc dicere,non eſt rñdere,ad hanc interrogationem, quid ſunt plagæ
iſtæ.Aliud nanq; eſt percontãdo dicere,q̃d ſunt plagæ iſtæ,& aliud dicere vbi factæ ſunt
plagæ iſtæ.Illud quærit quid ſint plagæ iſtæ. Ergo ex abundanti dicet,his plagatus ſum
Iohan.18. in domo eorum q diligebant me. Et tunc demũ dicet, q̃d ſint plagæ,dicet, calix eſt,quẽ
Framea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum pater dedit mihi bibere. ¶Nam q̃d protinus ſequit,æquipollens eſt,vox em̃ eſt patris
eiuſdem q calicẽ dedit, & ex perſona eius ſonat hoc dictum in auribus noſtris: Framea
ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum,& ſuper virum cohærentẽ mihi.Percute paſtorẽ,& diſper
gent oues gregis.Memoriter tenendũ eſt, cur in hunc prophetiæ locum ſermo deuene-
rit,q̃a videlicet facies iſta,quam nunc contẽplamur, facies vituli ante & retro plena ocu-
lis,cum iam protinus ad victimam raperetur,huc reſpexit:Omnes(inquiẽs)vos ſcanda-
lum patiemini in me in iſta nocte,ſcriptũ eſt em̃:Percutiam paſtorẽ,& diſpergent oues
gregis.Idcirco & nos huc reſpeximus,& vidimus locum hunc ſiue cap̃m prophetiæ fi-
delis,illuſtratũ reſpectu ſcintillantis faciei huius, vidimus (inquã) prophetiæ ſenſum hoc
dicto elucidatũ,ſcriptũ eſt em̃:Percutiam paſtorẽ,& diſpergent oues gregis.Et em̃ lite-
ra licet non ſic ſe habeat, ſenſus proculdubio ſub iſta litera hoc habet, q̃a q̃d litera ſonat,
framea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum,percute paſtorẽ, dictũ eſt patris,frameam adhibẽ
tis,ſiue imperio ſuo ſuſcitantis,& q̃d hic dicit,percutiam paſtorẽ,& diſpent oues gregis,
Framea illa mors corporis eſt reſponſum frameæ,reſponſum eſt mortis. ¶Quid em̃ eſt framea hæc,niſi mors? Nõ di-
co,mors peccati,mors animæ,quæ peccantẽ aĩam à deo viuo ſeiungit:ſed mors corpo-
ris eſt framea hæc,qua oẽs ꝑcutimur,dum cuiuſq; noſtrũ anima à corpore ſeparat.Fra
Gene.3. meam hanc ſuper omne genus humanũ deus ſuſcitauit,& nos oẽs percuſſit,q̃n primo ho-
mini dixit:Donec reuertaris in terram de qua ſumptus es,q̃a puluis es,& in puluerẽ reuer
teris.Et nos q̃dem recte om̃es tali framea percutimur, inutiliter em̃,imo ꝑniciosiſſime in
æternũ viueremus ſecundũ corpus, q ſecundũ animam morte peccati mortui eramus:
hic autẽ paſtor dei patris,& vir cohærens illi,eſt em̃ vna eademq; perſona cum diuinita-
te verbi,q̃d fecit,vt hæc framea ſuper eum ſuſcitaret, vt diceret,pater,percute paſtorẽ?
Eſa.53 Nihil fecit,nullum in ſe habuit pc̃m̃,ſed hoc dicere fuit, ponere in eo iniq̃tates oĩm nr̃m.
Cõuertã manũ meã ad paruulos ¶Quid autẽ & de eo dicemus,q̃d in hac prophetia,cum dixiſſem:Percute paſtorẽ,& diſ
pergent oues gregis,ſtatim ſubiunctũ eſt,& conuertam manũ meam ad paruulos? Nõne
Matth.28 & hoc ipſum nobis illuſtrauit? Vbi em̃ dixit,ſcriptũ eſt em̃,percutiam paſtorẽ &c.proti-
nus addidit:Poſtq̃ autẽ reſurrexero,præcedam vos in Galilæam. Nonne hoc fuit,dño,
conuertere manum ſuã ad paruulos,poſt reſurrectionẽ ſuam apparere in Galilæa diſci-
pulis ſuis,& illic dicere eis,euntes docete oẽs gentes,baptizantes eos in noĩe patris & filij
& ſpũs ſancti? Eiuſmodi nanq; humiles auditores ſuos non ſolũ illic in prophetia,verum
etiam & hic in euangelio paruulos appellauit,confiteor(inquiens)tibi pater domine cœ
Matth.11. li & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.
Partes duæ diſperdent & tertia ps relinquet ¶Tres iſtæ partes,vna ſapientium.ſ.Græcoꝝ ſiue Gentilium, & alia prudentiũ videlicet
Iudæoꝝ non credentium,q̃bus ſacra hæc abſcondita ſunt,& tertia paruuloꝝ.i.humiliũ,
q̃bus credentibus hæc reuelata ſunt:tres illæ partes ſunt,de q̃bus,vbi præmiſit,& conuer
Zacha.13 tam manum meã ad paruulos ,ſtatim ſubiunxit: Et erunt in omni terra dicit dñs partes
duæ,& diſperdent,& deficient,& tertia pars relinquet in ea, & dicam tertiam partẽ per
ignem,& vram eos ſicut vrit argentum,& probabo eos ſicut probat aurum.Hoc ex par-
1.Cor.1. te maxima videmus iam factum.Nam duæ partes iam dictæ ſapientium atq; prudentiũ,
de q̃bus Apoſtolus:nos autẽ(inq̃t)prædicamus Ieſum Chr̃m, Iudæis q̃dem ſcandalum,
Gentibus autẽ ſtultitiam:ecce diſperditæ ſunt & defecerunt:partẽ autẽ tertiam , partem
paruuloꝝ.i.humilium,reſeruauit dñs,& duxit per ignẽ multaꝝ tribulationum,vt exami
naret eos,ſicut examinauit argentum,vt probaret eos ſicut probat auꝝ. ¶Superius iam
dictum eſt de beato Petro,q̃a dum ambularet ſuper aquas,vt veniret ad dñm Ieſum.Vi-
Matth. 14 dens ventum validum,timuit, & cœpit mergi.i. dum ſemetipſum fortem putaſſet,ita vt
diceret,quare non poſſum te modo ſequi,aĩam meam pono pro te,tecum paratus ſum,&
Iohã.13 in carcerem & in mortem ire,propter vocem vnius oſtiariæ mortem timuit,& vitam ne
Reſpexit dñs Petru. gauit,quod fuit incipere mergi . At ipſe non omnino merſus eſt,& vt non mergeret , vt
tempeſtatẽ illam euaderet, reſpectus dñi fecit,q̃a conuerſus dñs (ait Euangeliſta) reſpe-
Luce.22 xit Petrum,& recordatus verbi domini Petrus,egreſſus foras fleuit amare, fletu pœnitẽ





tiæ.Reſpectus venerabilis,reſpectus miſericordiæ & propitiationis,ille fuit,q pœniten-
tiam operatus eſt,pœnitentiã bonã,& ſalutẽ ſtabilẽ illi fecit.Ecce aũt alia,& longe diſſi-
milis pœnitentia.¶Tunc(inquit euangeliſta)videns Iudas,qui eum tradidit,ꝙ damna-
tus eſſet,pœnitentia ductus,retulit triginta argẽteos principibus ſacerdotũ & ſenioribus
dicens:Peccaui,tradens ſanguinẽ iuſtũ.At illi dixerũt:Quid ad nos? Tu videris. Et pro-
iectis argenteis in tẽplo,receſſit,& abiens,laqueo ſe ſuſpendit.¶Vere em̃ longe diſſimilis
& valde contraria huius pœnitentia fuit pœnitentiæ iã dictæ Petri apoſtoli,quia mortẽ
iſta:ſalutẽ aũt operata eſt illa pœnitentia. Venerari & honorare intendimus hic,vt ſæpe Alia pœnitẽtia Petri, alia Iudæ.
iam dictũ eſt,faciem huius vituli qui tunc ducebatur ad victimã,quãdo Petrum reſpexit,
& ad prædicandã claritatem oculorum eius hoc dicimus,quia facies eadem,quæ Petrum
reſpexit,ſuper Iudam quoq; reſpexit,ſed reſpectu diſſimili. Videlicet Petrũ reſpectu mi
ſericordiæ,Iudam reſpexit reſpectu iudicij.Nam ne quis exiſtimet reſpectũ dñi ſemper
fieri in bonũ,illius ſuper quẽ reſpicit:ecce ſcriptura manifeſte dicit:Iamq; aduenerat vi-
gilia matutina,& ecce reſpiciens dñs ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis & Exod.14
nubis,interfecit exercitũ eorum,& ſubuertit rotas curruum , ferebanturq; in profundũ.
¶Et de vtroq; pariter reſpectu,videlicet,& de reſpectu gratiæ ſiue miſericordiæ, & de Duplex reſpect⁹ dñi, vnus miæ, alius iræ.
reſpectu iræ ſiue iudicij,pſalmus dicit ſentẽtijs cõtinuatis:Oculi dñi ſuper iuſtos,& aures
eius in preces eoꝝ. Vultus autem dñi ſuper facientes mala,vt perdat de terra memoriam
eoꝝ.Igitur ipſa facies,quæ Petrũ reſpexit,vt ad pœnitentiã ſalutarẽ compungeret:Iu- Pſal.33.
dam quoq; reſpexit,vt ad pœnitentiã exitialem conturbaret.Et ad contemplandam talis
reſpectus iuſtitiã iam quidẽ trahimur,ſed prius eſt,vt de modis pœnitentiæ quippiam lo
quamur,quoniã de iſto perditionis filio ita dictũ eſt,quia pœnitentia ductus retulit tri-
ginta argenteos,& abiens laqueo ſe ſuſpẽdit.¶Vnus eſt pœnitẽtiæ modus,de quo iuſtus Pœnitẽtia
& miſericors deus curare dignetur,videlicet vbi cauſa pœnitentiã agendi eſt,fides futuri bona.
ſeculi,metus gehennæ,deſideriumq; regni dei.Huiuſmodi pœnitentiã non ſolũ per ſuos
nuncios,veꝝ & maxime per ſemetipſum deus de cœlo veniens ꝑdicare curauit , ſic inci-
piens euãgelium ſuũ:Pœnitentiã agite,appropinquabit em̃ regnum cœloꝝ. ¶Alius eſt
pœnitẽtiæ modus,vbi cauſa pœnitentiã agẽdi eſt,amor ꝑſentis ſeculi,pro qua videlicet Matth.4 Pœnitẽtia mala.
cauſa pœnitentiã egit impius Achab, de ſanguine Naboth,Ieſraelitæ,ſcindẽs veſtẽ ſuã,
ieiunanſq; ac dormiẽs in ſacco,& ambulãs demiſſo capite. Pro cauſa hac & Sodomitæ, 3.Reg.21.
Tyrij ac Sydonij pœnitentiã egiſſent,quemadmodũ dñs dicit:Quia ſi in Sodomis factæ Matth.11.
eſſent virtutes,q̃ factæ ſunt in vobis,o Chorozaim & Bethſaida,olim in cilicio & cinere
pœnitentiã egiſſent.De huiuſmodi pœnitẽtia,q̃m ſalutẽ non operatur,deus nunq̃ curaſ- 2.Coꝝ.7.
ſe legitur,vt vel per ſemetipſum vel ꝑ nuncios ſuos eam ꝑdicare dignaretur, ꝑter quod
ad Niniuen ciuitatẽ magnã miſit prophetã Ionã,licet ille nec pœnitentiã ibi ꝑdicauerit, Ionæ.3
aut ꝑdicare iuſſus fuerit,ſed hoc tantum, adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.
¶Cũ ergo duæ ſint iſtæ cauſæ pœnitentiã agendi,propter quam eaꝝ pœnitentia ductus Qualis pœnitẽtia Iudæ.
eſt iſte filius perditionis.Nunquid propter cauſam futuri ſeculi? Non vtiq; cũ diabolus eſ-
ſet,ſic ipſe dñs iam dudũ dixerat,nonne ergo vos duodecim elegi,& vnus ex vobis dia- Iohã.6.
bolus eſt? Non,inquã,de iſto ſeculo curauit aut quicq̃ ſpei habuit.Nũquid vero propter
cauſam ꝑſentis ſeculi? Nõ vtiq;,nã & vt hoc male relinqueret,abiens laqueo ſe ſuſpẽdit.
Qualis ergo cauſa eſſe potuit,quæ fecit illũ pœnitentia duci? Hanc em̃ non otioſe quæri-
mus.Et obſcura quidẽ & incerta nobis eſt,ſed ꝑ aliud ſimile fieri poteſt,vt nonnihil inue Achitofel.
niamus.Scriptũ eſt de Achitofel,q fuerat cõſiliarius Dauid,& verſus ad Abſalon conſiliũ 2.Regũ.17.
inutile dederat cõtra Dauid,quia videns ꝙ non fuiſſet factũ conſilium ſuum,ſtrauit aſinũ
ſuũ,& ſurrexit,& abijt in domũ ſuam & in ciuitatem ſuã,& diſpoſita domo ſua,ſuſpẽdio
interijt.Quã ob cauſam ſe ille ſuſpendit? Vidit em̃, quia non erat factum conſilium ſuũ.
Paꝝ dictũ eſt,niſi ſimul ſubintelligas,q̃a malignus coniector conijciebatur,decipiendum
fore Abſalon,& reuerſuꝝ eſſe Dauid in regnũ ſuũ,quod ſibi æſtimabat fore intolerabile
malũ:quippe qui inter cætera mala iam ante dederat cõſiliũ,vt Abſalon fœdaret patrem
ſuũ.¶Illud ſimile iſti recte dixerim.Quis em̃ neſciat illũ Dauid ſimilitudinẽ vel typũ præ
tuliſſe huius Ieſu Chriſti filij dei,& ſui quoq; ſecundũ carnem filij? Nam vt & ſecundum
præſens ſacramentum quatuor facieꝝ aliquid loquar. Propinquus ipſe fuit faciei homi-
nis,pro eo maxime quod ex ſemine eius Chriſtus ſecundũ carnẽ:Et faciei leonis,pro eo
ꝙ fortiſſimus ipſe cũ leonibus luſit, vt ſapientia meminit, quaſi cũ agnis,& in vrſis ſimili-
ter fecit.Nunquid nõ occidit gigantẽ,& abſtulit opprobriũ ab Iſrael? Contriuit inimicos Pſal.88.131
vndiq;,& cõtriuit cornu ipſoꝝ vſq; in æternũ in omni opere.De ſimilitudine q̊q; faciei vi Ecci.47.
tuli plurimũ habuit,q̃a videlicet multis laboribus eruditus fuit,& multis tribulationibus 1.Reg.17
paſſiones Chriſti ꝑſignauit.Vnde & ſicut itidẽ ſapientia teſtatur,Chriſtus purgauit pec Ecci.49
cata ipſius,& exaltauit in æternũ cornu eius.Nihilominus illud multũ attinet ad faciem

aquilæ volantis, ꝙ propheticæ gratiæ oculis mirabiliter & vidit & cecinit ſacramenta cœ
leſtia eiuſdẽ Chriſti ſeſſuri ad dexterã patris, vidit, inquam, & audiuit, vt inter cætera re-
Pſal.109 ferret nobis, dicens: Dixit dñs domino meo ſede à dextris meis. Suo quoq; nomine ad ſi
Similitudo Iudæ ad Achitofel. militudinẽ accedit, interpretatur enĩ Dauid manu fortis ſiue deſiderabilis. ¶Porro Achi-
tofel & nomine & re ſimilitudinẽ prætulit huius, de quo nũc ſermo eſt, Iudæ filij perditio
nis. Achitofel quippe interpretaẽ, frater meus cadens ſiue irruẽs. Et ſicut ille voluit & in
eo intendit, vt Dauid de regno eiectus, etiã funditus deleretur, id eſt, moreretẽ, & ita peri-
2.Regũ.17. ret nomẽ eius. Dixit enĩ ad Abſalon: Eligam mihi duodecim millia viroꝝ, & conſurgẽs
perſequar Dauid hac nocte, quippe q̃ laſſus eſt, & ſolutis manibus percutiã eũ: ſic & iſte
dñm noſtrum, non quomodocunq; mori, ſed ita mori voluit, vt periret nomẽ eius, teſtã
Pſal.40 te pſalmo ex perſona eiuſdẽ Chriſti, quo cũ dixiſſet: Inimici mei dixerũt mala mihi, quã-
do morieẽ & peribit nomẽ eius? protinus de iſto inſidiatore maximo & inſidiantiũ peſſi
mo, ita ſubiunxit: Et ingrediebaẽ vt videret, vana loquebaẽ cor eius, congregauit iniqui-
tatẽ ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. Et hoc idem iterũ repetens, cum
de vniuerſis dixiſſet: Aduerſum me ſubſurrabãt oẽs inimici mei, aduerſum me cogitabãt
mala mihi, & cætera, iſtũ manifeſtius expreſſit, dicẽs: Etenĩ hõ pacis meæ, in quo ſperaui
Voluit Iudas, vt nõ ſolum ipſe Chrũs, ſed & nomen ei9 periret. qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationẽ. ¶Hinc manifeſtũ eſt, q̊d
iſte, nec ſolus iſte, ſed maxime iſte, ſic dñm Chriſtum mori voluit, vt periret nomẽ eius,
id eſt, vt nulla fama vel memoria, & nulla ſupereſſet doctrina eius: ſicut ille videlicet Achi
tofel illud intendebat, vt Dauid, ſicut iam dictũ eſt, de regno eiectus, nequaq̃ vltra regna
re poſſet, morte p̃uentus. Eandem igitur vel ſimilẽ ob cauſam vterq; pœnitentia ductus
eſt, & vterq; laqueo ſe ſuſpendit, videlicet quia perſenſit tam iſte q̃ ille, quod res non pro-
cederet ſecundũ conſiliũ eius. Et inde pulcherrimam ſimilitudinis perfectionẽ. Quomo-
do ille perſenſit vel vnde ille percepit nõ fieri ſecundũ intentionẽ ſuã, vt funditus exter-
minareẽ Dauid. Nimiꝝ ex eo, ꝙ Chuſai amicus Dauid, quaſi relicto Dauid, venerat ad
Abſalon, quẽ vtiq; ſciebat, nequaq̃ animo receſſiſſe à Dauid, neq; corde eſſe cũ Abſalon.
Nõne iſte ſimiliter de dño Chriſto dicere poterat, ꝙ q̃uis eſſet damnatus & moreretẽ, nõ
tamẽ periret nomen eius, ex eo ꝙ ſuperſtites erant diſcipuli eius, p̃dicaturi nomen & re-
ſurrectionẽ eius. Deniq; hoc voluerat vt diſcipuli quoq; eius cũ eo comprehenderentur.
Iohã.18. Et manifeſtius euãgeliſta Iohãnes exprimẽs: Stabat aũt, inquit, & Iudas qui tradebat eũ,
cũ ipſis. Vt ergo dixit eis, ego ſum, abierũt retrorſum, & ceciderũt in terrã, & cætera vſq;,
Eſaiæ.8. ſi ergo me quęritis, ſinite hos abire, vt impleretẽ ſermo quẽ dixit: q̃a quos dediſti mihi nõ
perdidi ex eis quenq̃. ¶Hoꝝ videlicet diſcipuloꝝ q̃bus ipſe iã dixerat: Iam nõ dico vos
Iohã.15. ſeruos, ſed amicos meos, & noĩe & re ſimilitudinẽ geſſit ille Chuſai, Chuſai q̃ppe interpre
tatur ſilentiũ. Nã Chuſai aliud nomẽ eſt, q̊d ad iſtud nõ pertinet, & interpretaẽ Aethiops
ait beatus Hieronymus, alijſq; literis ſcribitur. Hoc ergo noĩe Chuſai, quod (vt iam dictũ
eſt) interpretaẽ pulchre præſignatũ eſt, ſilentiũ diſcipuloꝝ metuentiũ, qui relicto eo oẽs
fugerunt, & nõ ſolum ſiluerunt de illo, propter metũ Iudæoꝝ, verumetiã negauit eũ Pe
trus maximus illoꝝ. Qualis illa negatio fuit? Nonne ſolummodo linguæ, & non etiã cor
2.Reg.16 dis? Sicut enĩ ille Chuſai, non corde vel animo, ſed ore ſolũmodo negauit amicũ Dauid
dum dicente Abſalon, quare non iſti cũ amico tuo? reſpondit, nequaq̃, qui illius ero quẽ
elegit dñs, & hic omnis populus & vniuerſus Iſrael, & cũ eo manebo: ſic & Petrus apo-
ſtolus non corde, ſed ſolo ore Chriſtum negauit, dum dicente aliquo, & tu ex diſcipulis
eius es? reſpondit, nõ ſum. Et ſicut illud q̊d taliter Chuſai receſſit à Dauid, per voluntatẽ
factũ eſt ipſius Dauid, dicentis, ſi veneris mecũ, eris mihi oneri: ſin autem in ciuitatem re
uertaris, & dixeris Abſalon, ſeruus tuus ſum rex, ſicut fui ſeruus patris tui, ſic ero ſeruus tu
us, diſſipabis conſilium Achitofel: ſic & iſtud ꝙ omnes diſcipuli relicto dño fugerunt, &
inter Iudæos per ſilentium iam dictũ ſemetipſos reſeruauerunt, voluntate factũ eſt ipſi-
Iohã.13 Iohan.18 us dñi, dicentis: quo ego vado vos non poteſtis venire, quo ego vado non potes me mo
do ſequi, ſi ergo me q̃ritis, ſinite hos abire, vt videlicet, diſſiparetur conſiliũ Iudæ, fieretq;
illis reſeruatis, vt eo mortuo nomen eius non periret nobis, q̃bus annunciauerunt, q̃a re-
Confeſſio Iudæ, ſicut cõfeſſio dęmonum. ſurrexit. ¶Ex hac nota ſimilitudine documentũ ſumere libuit, ad demonſtrandũ, ꝙ pœ-
nitẽtia Iudæ dolor fuerit natus ex inuidia crudeli, & confeſſio eius dicentis: Peccaui, tra-
dens ſanguinẽ iuſtum, parũ aut nihil differre potuerit à confeſſione dæmonum, qui illum
non ſolum iuſtũ, verumetiã filium dei eſſe interdum confeſſi ſunt. ¶Et quia ſimilitudini-
bus huiuſmodi vti delectabile eſt in ſanctis ſcripturis, nõ tædeat nos cœptã hãc ſimilitu-
Dirũ portentũ in ſuſpẽdio eius dinẽ adhuc longius perſequi. Sicut enĩ illius deſertoris Achitofel ſuſpendiũ, quo interijt,
dirum fuit prodigiũ Abſalon & populo Iſrael egreſſo ad pugnã contra viros Dauid: ſic
ſuſpendiũ huius proditoris Iudæ, q̃ & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt oĩa viſce-
Actoꝝ.1. ra eius (ſicut in actibus apoſtolorum meminit Petrus apoſtolus) horribile fuit portentũ
populo



populo Iudæorum, non deſiſtenti perſequi diſcipulos Chriſti filij Dauid. ¶Deniq; & ibi
poſt ſuſpendiũ Achitofel, Abſalon quoq; ſuſpenſus pependit, ſicut ſcriptura dicit: quia cũ 2.Regũ.18.
ingreſſus fuiſſet mulus, cui ſedebat ſubter condenſam quercũ & magnam, adhæſit caput
eius quercui, & illo ſuſpenſo inter cœlũ & terrã, mulus, cui ſederat, pertranſijt, & ipſe Ab
ſalon cõfoſſus eſt lanceis, & populus Iſrael cæſus eſt à viris Dauid, multoq; plures erãt, q̊s
ſaltus cõſumpſerat de populo, q̃ hi quos vorauerat gladius in die illo. Et hic ſuſpenſo Iu
da, populus Iudæoꝝ totam damnationis eius ſuſcepit hæreditatem, pendens inter cœlũ Iudęi ſuſpẽſi, inter cœlũ & terrã.
& terram, id eſt, neq; ſpem habens in cœlo, quia vitæ æternæ indignum ſe iudicauit, neq;
terram habens ſuã, venerũt enim Romani, tuleruntq; locum & gentem, & multo plures,
q̃ vllo vnquam die voraſſet gladius, de populo illo conſumpſit in obſidione illa ſaltus Ro
mani exercitus poſt quadraginta annos, ducibus Veſpaſiano & Tito, iuxta quod prædi-
ctum fuerat per Pſalmiſtã: Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus Pſal.79
eſt eam. Nõne hoc eſt pendere inter cœlũ & terram, & crepuiſſe, & omnia pendentis vi
ſcera diffuſa eſſe, ſcilicet neq; in cœlo ſpem ſiue vllam partẽ, neq; in terra quã calcamus lo
cum vllum propriũ habere, & poſt ſeditionũ ingentem crepitum, quẽ hiſtoriographus
denarrat Ioſephus, reliquias concluſæ multitudinis, quæ gladio ſuperfuerũt, in oẽs gen-
tes captiuas ductas eſſe? ¶Et ille ſiquidẽ Achitofel feſtinans ad interitum, domũ ſuam di- Triginta maledictiones Iudę p triginta argenteis.
ſpoſuit, ſicut litera refert. Et diſpoſita domo ſua ſuſpendio interijt: huius autẽ domũ, ſcili
cet iam dictũ populũ Iudaicum, qui domus eius recte dicitur, ex quo dux ipſe fuit eorũ
qui comprehẽderunt dominũ Ieſum, iamdudũ diſpoſuerat ſpiritus propheticus in pſal-
mo centeſimooctauo ſub triginta maledictionibus, quas & nos p̃cedenti loco numeraui-
mus, quaꝝ prima eſt, cõſtitue ſuper eũ peccatorem. Triceſima, & induantur ſicut diploi 2.Regũ.17
de confuſione ſua: ſecundum numeꝝ triginta argenteorum, quos iſte venditor iuſti ſan
guinis ab illis emptoribus acceperat. Illius nimiꝝ prophetici ſpũs diſpoſitione illud quo-
q; diſpoſitũ fuit, vt eoſdem triginta argenteos Iudas referret principibus ſacerdotum & Matth.27.
ſenioribus, atq; proijceret in tẽpo, & illi acceptis argẽteis dicerẽt, non licet mittere eos in
Corbanan, quia pretiũ ſanguinis eſt, & concilio inito emerunt ex illis, agrũ figuli, in ſepul
turã peregrinoꝝ. Nã ne caſu hoc accidiſſe quis putet. ⌊Tunc (inquit euãgeliſta) impletũ Zach.11.
quod dictũ eſt per prophetã, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, pretiũ appre-
tiati, quẽ appretiauerunt à filijs Iſrael, & dederunt eos in agrũ figuli, ſicut conſtituit mihi
dñs.⌋ Propheta per quem hoc dictum fuerat, Zacharias eſt, ſed per incuriam ſcriptorũ
inoleuit, vt hic pro Zacharia nominareẽ Hieremias, & ipſa prophetia, quã hic abbreuia-
uit euãgeliſta, maxima quærela eſt paſtoris boni, iuxta illud q̊d alibi dicit: Retribuebãt mi Pſal.34
hi mala pro bonis. Narrat quippe gregẽ ſe pauiſſe paſtor bonus, ab eo quo ait, hæc dicit
dñs deus meus: Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſiderãt, occidebant, & non dolebãt, Zacha.11
vſq; ad id, & dixit dñs ad me, adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, quæ omnia hic perſcri
bere & explanare nimis longũ eſt. Teſtimoniũ, quod euangeliſta breuius poſuit, ſic ſe ha
bet inter cætera illius capituli. Et dixi ad eas: Si bonũ eſt corã vobis, afferte mercedẽ meã:
& ſi non, quieſcite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dñs ad
me: Proijce illud ad ſtatuarium, decoꝝ pretiũ, *quod appretiatus ſum ab eis, & tuli trigin aľs, quo
ta argenteos, & proieci illos in domũ dei ad ſtatuarium. ¶Deniq; hoc ſciendũ, quia ſub
conditione, & quaſi cõuentione facta, gregẽ paui, ſcilicet filios Iſrael, de q̃bus Pſalmiſta Pſal.76
dicit. Deduxiſti ſicut oues populũ tuum, in manu Moſi & Aaron. Et ſub cõditione legẽ Pſal.104
dedi eis in monte Sinai, & terrã Chanaan, cuius videlicet conditionis ſiue conuentionis,
ſummã Pſalmiſta breuiter exprimit his verbis: Et dedit illis regiões gentiũ, & labores po
puloꝝ poſſederũt, vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legẽ eius requirant. Quid ergo eſt
hic dicere: ſi bonũ eſt coram vobis, afferte mercedẽ meam, & ſi non, quieſcite: niſi in arbi
trio ipſoꝝ quid mallent ponere, & voluntarias debiti cultus & ſuſceptæ legis obſeruatio-
nes quærere? Nã voluntariũ ſeruitium ab eis quæſiſſe deũ, manifeſtum eſt. Exẽpli gra-
tiã: Teſtes (ait ipſe per Moſen) inuoco cœlum & terrã, quod propoſuerim vobis vitã &
bonũ, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas & ſemen tuũ. Et Deuter.30
Ioſue dixit ad eos: Sin autẽ malum vobis videtur vt dño ſeruiatis, optio vobis datur: Eli-
gite hodie quod placet, cui ſeruire potiſſimũ debeatis. ¶Igitur quod dicit: ſi bonũ eſt co- Ioſue.24
ram vobis, afferte mercedẽ meã, & ſi non, quieſcite: tale eſt, ac ſi dicat, ille filius patriſfami
lias & dñi vineæ, miſſus ad agricolas tẽpore fructuũ, vt acciperet vineæ fructus. Ecce pa Parabola de malis agricolis. Matth.21
ter meus, poſtquam ſeruos ſuos miſit, quorum alios cæcidiſtis, alios lapidaſtis, nouiſſime
miſit ad vos dicens: Verebuntur filium meum. Si ergo bonum eſt coram vobis, date fru
ctus vineæ, & ſi non, ſaltẽ quieſcite: vt nõ occidatis me, dicentes: Hic eſt hæres, venite oc-
cidamus eũ, & habebimus hæreditatẽ eius. At illi non ſolum fructus vineæ nõ dederunt,
verumetiã ab hoc malo non quieuerunt, quin eijcerent me extra vineam & occiderent.

Mala retri ¶Et vt hoc facere poſſent, appenderũt triginta argenteos, quos ironice dico mercedem
butio. meã, quia non mea vel mihi debita merces, ſed ſanguinis mei pretiũ erant. Miraculũ tam
malæ retributionis ſpectandũ erat oculis patris q̃ miſerat me, vt vineæ fructus exigerem
Zacha.11 ab eis. Dixit ergo dñs ad me: Proijce illud ad ſtatuarium, decorum pretium. Deniq; pre-
tium quod ſic appretiatus ſum ab eis, cũ grauiſſima ironia dixit decorũ, ille ſtatuarius, id
eſt, figulus, ſiue plaſmator hominis, deus pater meus. Tuli eñ triginta argenteos & proie
ci illos in domũ dei ad ſtatuarium, vt ſcilicet videns retributionẽ tam iniquã, daret iudi-
cium, & iudicaret eos ex ore ipſoꝝ dicentiũ: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit
Matth.21 alijs agricolis, qui reddant ei fructũ tẽporibus ſuis. ¶Ad hunc ſenſum valet quod conti-
Zach.11. nuo ſequitur: Et præcidi virgã meam ſecundã quæ appellabatur funiculus, vt diſſolue-
rem germanitatẽ inter Iudã & Iſrael. In iſto prophetiæ capitulo, quod totũ hic p̃ſcribe-
Duæ virge re piguit, ita p̃miſerat: Et aſſumpſi mihi duas virgas, vnã vocaui decorẽ, & alteram voca-
dñi, vna de ui funiculũ, & paui gregẽ. Ac deinceps: Et tuli virgã meam, quæ vocabatur decus, & ab-
cus, altera ſcidi eã, vt irritũ facerẽ fœdus meum, q̃d pepigi cum omnibus populis. Et eſt ſenſus: Re-
funiculus. gendas ſuſceperã oẽs gentes, & fœdus pepigerã cum eis, dicẽs ad Noe & ad filios eius, ec
Gene.9 ce ego ſtatuã pactum meũ vobiſcũ, & cũ ſemine veſtro poſt vos, & illius regiminis virgã
vocaui, inquit, decorẽ. Decus eñ ſiue decor quidã eſt nõ paruus inter oẽ genus humanũ
& deinde ſeorſum regendũ ſuſceperã gregem vnũ gentis Iſraeliticæ. Et huius regiminis
virgam alterã, inquit, vocaui funiculũ, iuxta illud: Pars autẽ dñi populus eius. Iacob funi
Deuter.32 culus hæreditatis eius. ¶Quomodo aũt abſcondi virgã illam priorẽ, quã vocaueram de-
Qũo abſcõ corẽ? Dimittendo ſcilicet gentes oẽs abire quo volebant, quemadmodũ & Paulus in acti
dit virgam bus apoſtoloꝝ dicit: Annunciamus vobis ab his vanis cõuerti ad deũ viuum, qui fecit cœ
priorem. lum & terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt, q̃ in præteritis generationibus dimiſit omnes
Acto.14 gentes ingredi vias ſuas. Porro virgam ſecundã, quã vocauerat funiculũ, præcidi, ait, vt
diſſoluerẽ germanitatẽ inter Iudã & Iſrael, faciendo ſcilicet, quod ipſemet iudicauerunt
ad quos & propter quos parabolã dixerat, malos male perdet, & vineam ſuã locabit alijs
agricolis. Sicut p̃dictũ, ita & factũ eſt. Præcidit virgam ſuam ſecundã, quæ appellabatur
Roma.11 funiculus, & hoc nõ quomodocunq;, nõ ita vt repelleret plebẽ ſuã, nunquid eñ, ait Apo
ſtolus, repulit deus populũ ſuũ? abſit, nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahã, de tri-
bu Beniamin: nõ repulit deus plebem ſuã quã præſciuit: ſed ita, vt diſſolueret germanitatẽ
Diſſoluta inter Iudã & Iſrael. Et eſt ſenſus: Sicut olim diſſoluta eſt germanitas inter Iudã & Iſrael,
germani- quãdo decẽ tribus ſciſſæ ſunt à domo Dauid, facientes ſibi regẽ Ieroboam, & colẽdo vitu
tas. los q̃s ille fecit: tribus aũt Iuda permãſit cũ domo Dauid, habẽs ciuitatẽ Hieruſalẽ, & vni-
3.Regũ.12 cũ tẽplũ nominis dñi, ita & nunc. Sicut eñ tunc in illa diſſolutiõe germanitatis tribus Iu
da, ex qua oportebat Chriſtũ naſci, adhæſit regi ſuo Dauid, cuius de domo natiuitas illa
ſperabat, quia dñs iurauerat illi, & ſicut in ipſo Iſrael, i. in decẽ tribubus, aliqui erãt reſidui
Pſal.88.131 dicẽte dño, reliqui mihi ſeptẽ millia viroꝝ, q̃ nõ curuauerũt genua ante Baal: ſic & in hoc
3.Regũ.19. tempore, ait idẽ Apoſtolus, reliquiæ ſecundũ electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. ¶Et in
Roma.11. his tanta eſt diſſolutio germanitatis, quãta ſignificari potuit ſignificatiõe gladij, cũ dñs di
cit: Nolite arbitrari quia venerim pacẽ mittere in terrã. Nõ veni pacem mittere, ſed gla-
Matth.10 dium. Veni eñ ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuũ, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, &
Pſal.47 inimici hominis domeſtici eius. Ibi dolores vt parturiẽtis, pro tãta diſſolutiõe germanita
Roma.9. tis. Exempli gratia, cũ Paulus apoſtolus dicit: Veritatẽ dico in Chriſto, nõ mentior, teſti
monium mihi perhibente conſcientia mea in ſpũ ſancto, q̃m triſtitia eſt mihi magna, &
continuus dolor cordi meo. Optabam eñ ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus
Diſſerẽtia meis, qui ſunt cognati mei ſecundũ carnẽ. ¶Intueri tandẽ libet, quia inter prophetiã &
verboꝝ in rem geſtã, ſecundũ qualitates verboꝝ nonnulla diſtantia eſt. Nã in re Iudas, ait euange
ter prophe liſta, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotũ & ſenioribus, & proiecit eos in tẽ-
tam & euã plũ: in prophetia aũt ipſe, qui mercedẽ ſuã quærebat, qui gregem pauerat, dñs dicit: Et tu
geliſtam. li triginta argenteos, & proieci illos in domũ dei. Itemq; & cũ futuꝝ eſſet, & ita factũ ſit,
Marc.27 vt dicerent illi emptores ſanguinis, nõ licet eos mittere in Corbanan, quia pretiũ ſangui
Zach.11. nis eſt, & hæc dicẽtes emerẽt ex illis agrũ figuli in ſepulturã peregrinoꝝ: ita prophetatũ
fuerat. Et dixit dñs ad me: Proijce illos argẽteos ſiue illud pretiũ ad ſtatuariũ, id eſt, figu-
lum. Itaq; q̃d fecit Iudas referẽs argẽteos, & q̃d fecerunt principes ſacerdotũ & ſeniores
emẽdo ex illis agrũ figuli, hoc ſecundũ verba prophetiæ ſemetip̃m feciſſe dicit ipſe cuius
ſanguinis pretium fuerũt illi argẽtei. Diligẽter animaduerte: Non q̃d talẽ appẽderũt mer
cedẽ diuites illi, negotiãtes in templo, & dicere ſoliti, q̃d in hoc ipſo capitulo p̃miſſum eſt,
benedictus dñs, diuites facti ſumus: non, inquam, quod conſtituerunt traditori dare tri-
Ibidem. ginta argenteos pro traditione dñi, hoc fecit dominus: ſed q̃d traditor eoſdẽ retulit argẽ
teos, & quod illi cõſilio inito emerunt ex illis agrũ figuli in ſepulturam peregrinoꝝ, hoc
fecit



fecit dominus dei filius, & hoc, inquit, conſtituit mihi dñs. ¶Et quem non delectet iuſti-
tiæ cauſam cognoſcere, cur ita fecerit dñs, cur tantopere hoc facere voluerit dei filius, vt
ſuper faciendo, quaſi iam facto, tubã præmitteret propheticã perſonantem ſuo perflãte Quales illi
ſpũ? Deniq; per hoc excitati æſtimare debemus, argenteos illos grauiſſimos & maximi fu triginta ar
iſſe ponderis, magniq; ſignatos inſcriptione myſterij, quã ipſe nouerat q̃ omnia in ſapiẽ gentei.
tia fecit. Appendamus eos melius in ſtatera rationis q̃a male appenderunt ipſi q̃ dederũt
eos in pretium ſanguinis iuſti. ¶Primo ſciendum, quia argẽtum illud fuit dñi, ſicut & cæ Argentũ il
tera omnia quæcunq; poſſidebant illi, diuites facti, filij paupeꝝ, quoꝝ patres nihil habue- lud dñi fuit
runt, quippe q̃s de Aegyptia ſeruitute, qua propter venditionẽ fratris ſui Ioſeph diu ſer- Gene.37
uierant, dñs eduxit, nihil habentes, niſi quod dedit eis regiones gentium & labores popu Pſal.140
lorum poſſederunt, ſub iſta conditione, ſicut iam ſuperius dictũ eſt, vt cuſtodirent iuſtifi-
cationes eius, & legẽ eius requirãt. Et terra, inquit, mea eſt: vos aũt coloni mei eſtis. Tũc Leui.25
dedit & extunc multiplicauit eis aurũ & argentũ, videlicet de laboribus populorum iam
ſuis, de regionibus Chananæoꝝ in ſuũ ius redactis, quia per iuſtũ illis abſtulerat iudiciũ,
propter ſcelera ipſoꝝ. ¶Nihil ergo iuris iſti habuerũt in bonis illis, niſi hoc, vt ſeruientes Iudæi quid
dño, bonis domini vterentur, tanq̃ mercenarij. At illi vtentes bonis dñi perſæpe nimis iuris habue
fraudauerũt ſeruitiũ dñi, in tantũ vt hæc ipſa bona, q̃ pro mercede acceperãt ſeruitij dñi, runt ad bo
ſacrarẽt dijs alienis, & ſimulacra fabricarẽt dæmonijs. Hoc eſt q̃d per prophetã Oſee dñs na Chana-
idẽ conqueritur his verbis, ſub ſimilitudine mulieris fornicatricis. Et hæc neſciuit, q̃a ego næorum.
dedi ei frumentũ & vinũ & oleum, & argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Oſee. 2.
Baal. Idcirco cõuertar, & ſumã frumentũ meum in tempore ſuo, & vinũ meum in tempo
re ſuo, & liberabo lanã & linum meũ, quæ operiebant ignominiam eius. Parum illud fuit,
quod argentũ & aurũ dñi fecerunt Baal. Impleuerunt iſti filij menſurã patrũ ſuoꝝ, in eo
maxime, q̃ argentũ eiuſdem dñi pretium ſanguinis eius fecerũt. Igitur iam plane tẽpus
erat faciendi, q̃d in illa prophetia præſcriptũ fuit, tempus dño liberandi lanam ſuã & linũ
ſuũ, quæ operiebant ignominiã ſuam fornicatricis illius, liberandi frumentũ & vinũ ſuũ, Qũo abla-
aurũ ſuũ & argentũ ſuum. ¶Huiuſce liberationis initiũ quale eſſe potuiſſet conuenientius, ta ſunt ab
iuſtius aut venerabilius, q̃ vt reuocaret, & de manu traditoris abſtraheret, atq; in templo eis bona
proijceret illud ad ſtatuariũ iam dictũ, ſcilicet deũ patrẽ ſuũ illos triginta argẽteos ſangui illa.
nis ſui pretiũ? Nam vere ipſa relatio argenteoꝝ, liberationis iam dictæ fuit initiũ, libera-
tionis omniũ bonoꝝ, quibus ſibi collatis illi nimis ſacrilege & crudeliter abuſi ſunt: Finis
aũt vel cõſummatio, quando venerunt Romani, totumq; aurũ & argentũ ſiue in templo
ſiue extra templũ, lanamq; & linũ, quod incẽdio ſuperfuit, abſtulerunt: Et factũ eſt quod Ibidem.
in eodem propheta comminatus fuerat dñs, ne forte, inquiens, expoliem eam nudam, &
ſtatuam eã ſecũdum diem natiuitatis ſuæ, & ponã eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eam
velut terram inuiam, & interficiam eam ſiti. ¶Quoniam autẽ & hoc fecit dñs, ſicut iam ſu Nos nũc ali
pra dictũ eſt, non licet eos mittere in Corbanan, quia pretium ſanguinis eſt, emerunt ex ter p̃egrini
illis agrũ figuli in ſepulturam peregrinoꝝ: in iſto quoq; facto quis dubitet ſcitu dignum ſumus q̃ fu
ſubeſſe myſteriũ? Nos eñ eramus peregrini, quippe & q̃bus dicit Ap̃lus: Qui eratis illo in imus ante
tẽpore ſine Chr̃o, alienati à conuerſatione Iſrael, Hoſpites teſtamẽtoꝝ, promiſſiõis ſpem fidem ſuſ-
nõ habẽtes, & ſine deo in hoc mũdo: Et nunc quidẽ, ait idem, iam nõ hoſpites & aduenæ ceptam.
ſed eſtis ciues ſanctoꝝ & domeſtici dei: veruntamẽ mutata peregrinatione peregrini ſu Ephe.2
mus, profitẽtes cũ eodem, quia nõ habemus hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirimus, Hebræo.13
& facientes, quod idẽ dicit: exeamus igitur ad eũ extra caſtra improperium eius portan-
tes. ¶Igitur illi emendo agrũ figuli in ſepulturam peregrinorũ, ſicut conſtituit mihi dñs, Ager figuli.
dñi dei filius, myſterium nobis operati ſunt, & licet ignorantes, iuſtitiæ dei ſeruierunt. In
eo videlicet, q̃ ſicut illi argentei non remanſerunt traditori, qui vendiderat non ſuum, ſic
nec ſibi pretium illud remanere paſſi ſunt, qui bonum operarium & vineæ dñm nõ de ſuo
ſed de bonis eiuſdem domini, de mercede eiuſdem operarij, emerant ad interficiendum.
Erat aũt Corbanan Gazophylaciũ, & interpretatur Corbanan oblatio, & proinde ſic ap Corbana.
pellabatur, q̃a de oblationibus implebatur, quæ nimiꝝ oblationes ad ipſos perueniebant.
Ne igitur ad illos illi argentei redirẽt, quibus & ipſum Gazophylaciũ & cætera om̃ia iu
ſte tollenda erant, hoc prouidit dñs, hoc conſtituit dominus, vt emerent ex illis agrum
iam dictũ, qui vocaretur ager ſanguinis in præſagium, malum ipſis, bonũ nobis. ¶Ager Ager ſan-
quippe ſanguinis tota eſt illis eccleſia Chriſti, quæ ſanguinẽ illum vſq; hodie fideliter bi- guinis ec-
bit, clamantem ad deũ aduerſus maledictos illos ſecundũ ſimilitudinẽ ſanguinis Abeliu- cleſia eſt.
ſti, de quo dñs loquitur ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc Gene.4
igitur maledictus eris ſuper terrã, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui
de manu tua. Quomodo aũt in huiuſmodi agro ſepelimur aut ſepulti ſumus nos peregri
ni? Quis hoc neſciat? Quicũq; baptizati ſumus, ait apoſtolus, in Chr̃o Ieſu, in morte ipſius Roma.6

baptizati ſumus. Conſepulti em̃ ſumus cum ipſo per baptiſmum in mortem, &c. ¶Inte-
Facies vituli a ſiniſtris ꝓpter aduerſa paſſionis eius. Ezechi. 1
rea iugũ obedientiæ trahit ipſa, cuius ad honorẽ hæc loquimur, facies vituli, & aduerſa
obueniunt ei, iuxta quod in propheta dictũ fuerat: Facies autẽ bouis ſiue vituli à ſiniſtris.
Et facies leonis à dextris, de qua dicendũ poſt hæc erit. Siniſtra hæc ſunt, ꝙ illuditur, fla-
gellatur, & crucifigitur. Illuſus em̃ eſt prius ab ipſis Iudæis & pontificibus, ſiue pontificũ
miniſtris, expuendo in faciẽ eius, velando faciem eius, colaphis eũ cædendo & palmas ei
in faciẽ dando, cũ cachinno crudeli, vt dicerẽt: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te
Lege, præſidis
percuſſit. Deinde illuſus eſt à gẽtilibus, q̄bus eum tradiderunt, militibus * præſulis. Con-
gregata quippe ad eũ omni cohorte, exuentes eum, chlamydem coccineam circundede
runt ei, & plectentes coronã de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & harundinem in dex
tera eius, & genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæoꝝ. Et expuentes in
eũ acceperunt harundinem, & percutibant caput eius: deinde flagellatum, tunc demum
Duplex illuſio, vna vituloꝝ, altera canũ. Pſal. 21
crucifixerũt eũ. ¶Fuit ergo duplex illuſio, altera canum, alia vituloꝝ: canum, id eſt, genti-
lium: vituloꝝ laſciuientium, id eſt, Iudæorum, ſicut ipſe in pſalmo clamauit, & adhuc cla-
mans, dicit: Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me, aperuerũt ſu
per me os ſuũ, ſicut leo rapiens & rugiens, &c. Ac deinceps: Quoniam circundederũt me
canes multi, concilium malignantium obſedit me, foderunt manus meas & pedes meos.
Miro modo prophetia hæc ordinẽ tenuit hiſtoriæ ſiue rei gerendæ, vt ſicut futurũ erat,
& ſicut factũ eſt, quod prius à Iudæis: & deinde à gentilibus illuſus & male tractatus eſt:
ita prius de Iudæis & Iudæoꝝ pontificibus querelam depromeret, ſub nominibus vitu-
lorũ & tauroꝝ pinguium, qui quaſi munda erant animalia, quia putabant vel dicebãt ſe
cognoſcere deũ: deinde de gentilibus ſub nomine canũ, quia ſine deo viuentes, nec ſaltem
nomen ſcientes eius, palã immundi erãt. ¶Cuncta hæc ſiniſtra fuerũt, vnde & facies hæc
recte (vt iam dictũ eſt) à ſiniſtris fuiſſe perhibetur. Facies inglоria & deſpecta, ſicut gemi-
tuoſus propheta loquitur: Et aſcendit ſicut virgultũ corã eo, & ſicut radix de terra ſitiẽti.
Eſaiæ. 53.
Non eſt ei ſpecies neq; decor. Et vidimus eũ & non erat aſpectus, & cõſiderauimus eũ de
ſpectũ & nouiſſimũ viroꝝ, virum doloꝝ & ſcientem infirmitatẽ & quaſi abſcõditus vul-
Paſſio chri nobis glorioſa. 1. Coꝝ. 1.
tus eius, &c. ¶Siniſtra inquã, id eſt, aduerſa hæc fuerunt, ſed per hæc ſiniſtra, cũcta nobis
dextera ꝑ hæc aduerſa, cũcta nobis proſpera venerũt. Et illis quidẽ vitulis ſiue tauris ſini-
ſtra hæc ignominioſa, & canibus illis cõtemptibilia fuerũt. Vnde & Apoſtolus loquit: Iu-
dæis quidẽ ſcandalũ, gentibus aũt ſtultitiã: ſed nobis, id eſt, noſtro ſenſui, illud ſtultum dei
ſapientius eſt hominibus Iudæis, & infirmũ illud dei fortius eſt hoĩbus ethnicis: quos cũ
Matth. 11.
autoritate ſupraſcripta vitulos & canes dicere audemus potius q̃ hoĩes. Beatus eſt, ait ip-
ſe, q nõ fuerit ſcandalizatus in me, & hoc ſcientes nõ ſcandalizamur, ſed gloriamur, & fa
ciem hãc in iſta quaſi ſtultitia & infirmitate maxime glorioſam ꝑdicamus, quippe q ipſas
eius cõtumelias ſacramentis & maieſtate iudicij plenas eſſe intelligimus. ¶Primũ, illud ꝙ
Vindicta de velatione faciei. Marc. 14 Lucæ. 22. Exod. 34 2. Coꝝ. 3 Pſal. 68 Eſa. 8.
illudentes faciẽ quoq; eius (quod Marci & Lucæ narratio nõ præteriuit) velauerũt, quan
tũ vſq; hodie ſuper illos exercet iudiciũ? Nam q͂a ſic faciẽ eius velauerũt, idcirco velamẽ
poſitũ eſt ſuper cor eoꝝ, ſecundũ illud portentũ, quod Moſes ponebat velamen ſuper fa
ciem ſuã, & vſq; in hodiernũ diem, ait Apoſtolus, cũ legitur Moſes velamen poſitũ eſt ſu
per cor eoꝝ. Et quia ſic velata facie incuruabãt eũ ad colaphizandũ, recta imprecatione,
ſiue iuſta cõceſſione in pſalmo ſpũs propheticus: Obſcurentur, inquit, oculi eoꝝ, ne vide-
ant, & dorſum eoꝝ ſemꝑ incurua. Sibimet ergo faciem eius abſconderunt, q̃uis ipſe illis
abſcondiſſe dicatur, dicẽte Eſaia: Et expectabo dñm, qui abſcondit faciem ſuam à domo
Iacob, & præſtolabor eũ, ſubauditur, donec oſtendat eis faciem ſuã, ſicut loco memora-
2. Coꝝ. 3
to proſequitur Apoſtolus, dicens: Cum aũt Iſrael conuerſus fuerit ad dominũ auferetur
velamen. ¶Interim abſconditus eſt ab eis pro reatu velationis, & reprobationis, illius, q̃
reprobauerunt eũ, lapidem ſummũ, lapidem angularẽ, non qualicunq; modo, ſed ita pro
caciter, vt inter reprobandũ in faciem quoq; eius expuerent. Quo enim modo quippiam
magis q̃ conſpuendo reprobamus? Eius nanq; rei, quam conſpuimus, odorem nobis fœ
tere ſignificamus. Nimis ergo illi reprobauerunt ædificantes iſtũ lapidem, ſed fruſtra: fa-
Pſal. 117
ctus eſt em̃ in caput anguli. Et principium eſt fortitudinis, vnde plenius dicendũ erit in
cõtemplatione faciei leonis. ¶Præter hæc & vocẽ cachinni non ſine iuſta indignatione
deus audierit, dũ velata facie quaſi non videntem colaphizantes, & alapis cædentes, dice-
rent: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? Stulti & cæci, nos pro illo vobis
Synagoga Chrm̃ percutiẽs, filia latronis dicitur. Matth. 5.
prophetizamus, id eſt, ſecundũ veram prophetiam reſpondemus, quia percuſſit eum fi-
lia latronis. Quæ percuſſit eũ, tota ſynagoga veſtra vocatur & eſt filia latronis. Sic enim
habet prophetia, quam ipſe velata tibi facie nobis videt, nobis oſtendit. Nunc vaſtabe-
ris filia latronis. Quam ob cauſam? Obſidionem, ait, poſuerunt ſuper nos, in virga percu-
tienti maxillam iudicis Iſrael. Quem iudicẽ Iſraelſi quæras, quis nam ſit, ecce dicimus,
quia



quia ipſe eſt qui natus eſt in Bethleem de virgine Maria, ab initio aũt ſiue ab æterno deus
erat. Nam protinus ſequit, & ait: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in milibus Iuda, ex
te mihi egrediet, q ſit dñator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Ergo
filia latronis tu es ô ſynagoga ſatanæ, quæ tanti iudicis maxillam ꝑcuſſiſti, & hoc prophe Matth. 27
tizat tibi, loquẽs in prophetis, loquẽs etiã in nobis. Cuius filia latronis? Nonne Barabbæ Leui. 25
Erat em̃ Barabbas latro, & propter ſeditionẽ & homicidiũ miſſus fuerat in carcerem, illũ
tu tibi donari petiſti, autorem ſeditionis, occidiſti autẽ hunc, principem pacis. Vere ergo
filia latronis, & patris eiuſmodi, ſeditiones & latrocinia iuſta in hæreditate poſſediſti. Et
idcirco vaſtata es, q͂a obſidionem poſuiſti, eos prohibens loqui, & ꝑſequens & occidens
eos, q prænuntiabant de aduentu iuſti, ſ. iam dicti iudicis, & eiuſdem cum ꝑſens eſſet, ma- Illuſio Chri a gentilib9
xillam ꝑcuſſiſti. ¶Et q͂dem Gentiles quoque, q͂bus eum tradidiſti, non minus illuſerunt,
imo & amplius illuſerunt, q͂a præter hoc, ꝙ ſimiliter (vt tu) expuerunt in eum, & alapas ei
dederunt, ſimul etiã ad deriſionẽ regij nominis, ſuꝑ quo accuſaueras eum chlamydẽ coc-
cineã circundederunt ei. Et plectentes coronã de ſpinis, poſuerunt ſuꝑ caput eius, & arun
dinem in dextera eius, & genuflexo regem ſalutantes, arundine ꝑcutiebant caput eius.
¶Sed in oĩbus his tu filia latronis maius pctm̃ habes, q͂a legem & prophetas Meſſiam tibi Mai9 pctm̃ Iudæoꝝ
promittentes acceperas, ita vt excuſationem non habeas de pctõ tuo, quin ſciens & per
inuidiam dñm & regem tuum illuſeris, illudendumq; & flagellandũ & crucifigendum tra
dideris. Illi autẽ eiuſmodi nihil habentes aut ſcientes, hæc omnia fecerunt, multo excuſa-
biliores cõparatione tui. Nam de tuis aliqui à te ꝑſuaſi, per ignorantiã fecerunt, illi autẽ
omnino neſcierunt. ¶Exeamus tandem ad eum, vel cũ eo in locum q dr̃ Golgatha, q͂d Mirabile tribunal chri in cruce.
eſt caluariæ locus, vbi crucifigentes eũ, diuiſerunt ſibi veſtimenta eius, & videamus in hu
militate vel pœna iudicati, glorioſum & terribile myſteriũ iudicaturi. Illic em̃ ipſe duoꝝ
latronum medius, alteꝝ à dextris pœnitentẽ ſuſcepit, & amen (inq͂t) dico tibi, hodie me-
cum eris in paradiſo: alteꝝ à ſiniſtris, in neq͂tia ꝑſeuerantẽ, in damnatione reliq͂t. Illic & Lucæ. 23
Iohannes ex amicis amiciſſimus cũ Maria matre ipſius, ſtans iuxta crucẽ eius, vnde abie- Iohan. 19
rant, non voluntate, ſed metu cæteri diſcipuli eius, & Barabbas latro neſcio quo abierat à
Iudæis dimiſſus. In his quatuor tam diuerſis hoĩbus q̃ magnũ ſubluceat myſteriũ iudica-
turi huius, q (vt iam dictũ eſt) duoꝝ latronũ medius pẽdebat iudicatus: tũc demũ rite ꝑ-
pendis, ſi ſimul proſpicias, q͂a cum ſederit, vt iudicet omnes gentes, ſuꝑ ſedẽ maieſtatis
ſuæ, tunc om̃e genus humanũ in quatuor partes diuidet. ¶Illic erunt à dextris, q iudicẽ Quadruplex genus hoim in extremo iudicio.
tur & condemnent, atq; illic erunt, q non iudicent, ſed iudicent. Nimiꝝ apoſtolicæ per-
fectionis hoĩes, iudicabunt ſancti nationes, videlicet cum illis principibus q͂bus ſpeciali-
ter dictũ eſt: Sedebitis & vos ſuꝑ ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Quar
ta pars erit illoꝝ q nec iudicabunt, q͂a iam iudicati ſunt, iuxta illud Apoſtoli dictũ: Qui-
cunq; em̃ ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. ¶Iam ergo crux ipſa Chri iudicati, Sap. 3 Matth. 19 Roma. 2
quoddã erat tribunal eiuſdẽ tremendi iudicis, q͂a circa ipm̃ alter latronũ iudicatus, i. pu-
nitus, & ſaluatus eſt: alter iudicatus, de illo iudicio vel pœna tranſiuit ad pœnã ęternã, im
pœnitẽs & vſq; in fine ſuo blaſphemus: & dilectus Iohãnes, neq; tũc, neq; deinceps crucifi Quatuor ꝑſonæ circa crucem
xus, vel alia vi peremptus eſt. Quartus Barabbas, à deo q͂dem dãnatus erat, ſed ab hoĩbus
nõ iudicatus, imo dimiſſus, vt iam dictũ eſt. ¶Splẽdidius myſteriũ hoc nobis faciet ſancta
& myſtica lex, capl'o q͂d hmõi eſt: Locutus eſt dñs ad Moyſen, dicẽs: Poſt mortẽ duoꝝ Verba legis de ritu offerendi Leui. 16
filioꝝ Aaron, q͂ñ offerentes ignẽ alienũ interfecti ſunt, & præcepit ei, dicens: Loquere ad
Aaron frẽm tuum, ne omni tꝑe ingrediat ſanctuariũ, quod eſt intra velum, corã propi-
tiatorio quo tegit arca, & non moriat, q͂a in nube apparebo ſuꝑ oraculum, niſi ante hæc
fecerit. Vittulũ offeret pro peccato, & arietẽ in holocauſtũ. Tunica linea veſtiet, fęmina-
libus lineis verẽda cęlabit, accinget zona linea, & cydarim lineã imponet capiti. Hæc em̃
veſtimẽta ſunt ſancta, q͂bus cunctis, cũ lotus fuerit, induet, ſuſcipietq; ab vniuerſa multitu
dine filioꝝ Iſrael duos hircos pro pctõ, & arietẽ in holocauſtũ. Cumq; obtulerit vitulũ,
& orauerit ꝓ ſe & ꝓ domo ſua, duos hircos ſtare faciet corã dño in oſtio tabernaculi teſti
monij, mittẽs ſuꝑ vtrũq; ſortẽ, vnã dño, & alterã capro emiſſario, Cuius ſors exierit dño,
offeret illũ pro pctõ. Cuius aũt in caprũ emiſſariũ, ſtatuet eũ viuũ corã dño, vt fundat pre
ces ſuꝑ eum, & emittat illum in ſolitudinem. His rite celebratis, offeret vitulum, & rogans
pro ſe & pro domo ſua, immolabit eũ, aſſumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris im-
pleuerit, & hauriens manu cõpoſitũ thymiama in incenſum, vltra velum intrabit in ſan-
cta, & poſitis ſuꝑ ignem aromatibus, nebula eoꝝ vt vapor operiat oraculũ, quod eſt ſuꝑ
teſtimoniũ, & non moriat. Tollet quoq; de ſanguine vituli, & aſperget ſepties digito con
tra propitiatoriũ ad orientẽ. Cumq; mactauerit hircũ pro peccato populi, inferet ſangui
nem eius intra velũ, ſicut præceptũ eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat e regione oraculi, &
expiet ſanctuarium ab immunditijs filioꝝ Iſrael, & à præuaricationibus eoꝝ cunctiſq;

peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſtimonij, q̊d fixum eſt inter eos, in medio
ſordiũ habitationis eorũ. Nullus hoĩm ſit in tabernaculo, qñ pontifex ingrediť ſanctuari-
um, vt roget pro ſe & pro domo ſua, & vniuerſo cœtu Iſrael, donec egrediať. Cum autẽ
exierit ad altare, quod corã dño eſt, oret pro ſe, & ſumptũ ſaanguinẽ vituli atq; hirci fun-
dat ſup cornua eius p gyrum, aſpergensq́ digito ſepties expiet, & ſanctificet illud ab im-
munditijs filiorũ Iſrael. Poſtq̃ aũt emundauerit ſanctuarium, & tabernaculum, & altare,
tunc offerat hircum viuentẽ, & poſita vtraq; manu ſup caput eius. Confiteanť omnes ini
quitates filiorũ Iſrael, & vniuerſa delicta atq; peccata eorũ, quæ imprecans capiti eius emit
tat illum per hoĩem paratum in deſertum. Cumq́ portauerit hircus oẽs iniquitates eorũ
in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſerto, reuertať Aaron in tabernaculum teſti
monij, & poſitis veſtibus, qbus prius indutus erat, cũ intraret ſanctuarium, relictisq́ ibi,
leuabit carnẽ ſuam in loco ſancto, indueturq́ veſtimentis ſuis. Et poſtq̃ egreſſus, obtulit
holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam pro ſe q̃ pro populo, & adipem qui oblatus eſt
pro peccatis, adolebit ſup altare. Ille vero q dimiſerit caprum emiſſarium, lauabit veſti-
menta & corpus aqua, & ſic ingredieť in caſtra. Vitulum autem & hircum, q pro pecca-
to fuerant immolati, & quorũ ſanguis illatus eſt, vt in ſanctuario expiatio cõpleretť, aſpor-
Lex illa ex tabunt foris extra caſtra, & comburent igni, tam pelles q̃ carnes eorũ & fimũ. Et quicunq;
emplar fu- combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua, & carnem aqua, & ſic ingredietur in caſtra, eritq́
it cœleſtiũ. hoc vobis legitimũ ſempiternum. ¶Aſſertione noſtra non indiget, demonſtratione no-
Heb. 9 ſtra non opus eſt, q̄ hæc & cætera legalia inſtituta fuerint exemplaria cœleſtiũ, de quorũ
quibuſdam præſcriptis apoſtolus, dicit: Neceſſe eſt ergo exemplaria cœleſtiũ his mũdari
ipſa autẽ cœleſtia melioribus hoſtijs q̃ iſtis. Deniq; & Moyſi, cum hæc ordinarenť, deus
Exod. 25. dixit: Inſpice, & fac ſecunndum exemplar quod tibi in monte monſtratũ eſt. Ergo exem
plaria cœleſtium iſta fuerunt, immolatio vituli pro peccato, & oblatio arietis in holocau
ſtum & ab vniuerſa multitudine filiorũ Iſrael ſuſceptio duorũ hircorũ pro peccato cũ arie
te iam dicto in holocauſtũ, & cætera quæ præſcripta ſunt, exemplaria fuere cœleſtium.
Ipſa autẽ cœleſtia ſunt iſta, de qbus eſt iam dictum, immolatio Chr̃i crucifixi, & ſortes
diuiſæ latronum, q cum eo crucifixi ſunt, dimiſſo Barraba p petitionem Iudæorũ. Dica-
Chr̃s ſacer mus ergo. ¶Non (inqt) omni tp̃e ingrediať ſacerdos in ſanctuarium, quod eſt intra ve-
dos ẽ, & vi- lum, coram propitiatorio quo tegiť arca &c. Sacerdos & hoſtia ipſe Chr̃s eſt, ipſe vitu-
tul⁹ & aries lus, ipſe aries, ip̃e & hircus, ſed diuerſo reſpectu. Sacerdos nanq; ẽ, qa ſicut Apoſtolus di-
& hirc⁹ my cit, ipſe aſſiſtens pontifex futurorũ bonorũ, peramplius & p̃fectius tabernaculum non ma
ſticus
Hebræ. 9 nufactum. i. non huius creationis, neq; p ſanguinem hircorũ, aut vitulorũ, ſed p proprium
ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta, ſacrificium præferens
Pſal. 109 panis & vini, ſecundum ordinem Melchiſedech, in ſacro corporis & ſanguinis ſui. Vitu-
Chr̃s vitul⁹ lus, qa ſicut pro nobis, ita pro illis quoq; oportuit eum pati, q vſq; ad aduentum eius por-
tantes iugũ legis, iuſte vixerunt, & mundi fuerunt p iuſtitiã fidei. Aries ipſe, videlicet im-
molatus & pro arietibus quoq;. i. pro apoſtolis ſuis, de qbus pſalmus dicit: Afferte dño fi-
lij dei, afferte dño filios arietum. Ipſi nanq; duplici de cauſa recte arietes dicti ſunt, vel qa
Chr̃s aries duces ſunt totius eccleſiæ, ſicut arietes duces ſunt totius gregis, vł qa ſicut arietes duobus
Arietes ap̃li cornibus, ſic ipſi duobus teſtamentis oppugnantia ſibi impugnant, hoc à vitulis, id eſt,
Pſal. 28 ab anterioribus ſanctis, differenteš, quod iugum legis non portant, quod neq; nos (vt ait
Petrus apoſtolus) neq; patres noſtri portare potuimus. Hircus, ipſe nimirũ pro illis, quo-
Actorũ. 15. rum grauiora peccata tulit, ſiue q ante aduentum eius ſub lege fuerunt, ſiue quos in aduẽ-
Chr̃s hirc⁹ tu ſuo ip̃e, finis legis, p pœnĩam ſuſcepit, vel ſuſcipit, qualium nouiſſimus latro ille eſt, quẽ
(vt ſupra diximus) in cruce pœnitentẽ ſuſcepit. ¶Igiť cum vitulo & ariete & duobus hir
cis, tunc acceſſit ſacerdos coram dño, in oſtio tabernaculi teſtimonij, quando redemptor
noſter ad paſſionem venit, obediens patri vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Oſti-
Philip. 2 um quippe tabernaculi ſancti & veri, ipſa eſt paſſio eiuſdem redemptoris. Et illud ma-
Oſtiũ taber xime vulnus eiuſdẽ paſſionis, quo latus eius vnus ex militibus lancea p̄cutiẽs aperuit, aper
naculi, lat⁹ tio eſt illius oſtij, quo ingredimur, & p̃ter quod oſtium non eſt aliud, p quod poſſimus in-
Chr̃i vulne gredi in gloriã illius cœleſtis ſanctuarij. Nos autẽ extunc regale ſacerdotium, gens ſancta
ratũ in cru populus acquiſitionis effecti: Suſcipiet (inqt) ab vniuerſa multitudine filiorũ Iſrahel duos
ce
1. Petri. 2 hircos pro peccato, & vnum arietem in holocauſtũ. Cumq́ obtulerit vitulum &c. Vnus
vitulus & vni⁹ aries, qa videlicet iuſtorũ atq; ſanctorũ hoĩm, propter quorum imperfectã
iuſtitiam ſiue ſanctitatem, Chriſtum tanquam vitulum, & velut arietem pati ſiue immola
ri oportuit, quoniam & ſi proprijs vel actualibus criminibus non erant impliciti, peccato
Duo hirci, tamen originali tenebantur obnoxij: nulla dualitas, nulla diuiſio eſt, ſed omnes vnũ ſunt.
Chriſtus & ¶Porro, hirci duo ſunt, ſorte ſeparandi, qa pc̃tores ſiue impij diuiſi ſunt diuiſione hmõi,
Barabbas vt alij per pœnitentiam conuerſi, remiſſionem peccatorum accipiant in ſanguine Chri-
ſti



ſti: alij impœnitentes in ſuis morianť peccatis, & non prodeſt illis ſanguis Chr̃i, imo in iu
diciũ venit ſuper eos, ſicut qdam eorũ ſibibimetipſis imprecati ſunt, dicẽtes: Sanguis eius Matth. 27
ſuper nos, & ſup filios noſtros. ¶Ait ergo: Cumq́ obtulerit ſacerdos vitulũ, & orauerit Leui. 16
pro ſe & pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet corã dño in oſtio tabernaculi teſtimonij,
mittens ſup vtrũq; ſortẽ, vnam dño, & alterã capro emiſſario. Hoc ita factũ eſt. Volun-
tati patri obediens ſacerdos, verus dñs Ieſus Chriſtus, ſemetip̃m tanq̃ vitulum obtulit, &
pro ſe ac pro domo ſua, quæ eſt eccleſia, orauit, quãdo procidens in faciẽ ſuam: Mi pater Luce. 22
(inqt) ſi poſſibile ẽ, trãſeat à me calix iſte: veruntñ nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu, factusq́
in agonia, prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in
terram. Tunc vbi comprehenſus eſt, & præſidi Pilato traditus, quem (inqt ille) vultis di-
mittam vobis, Barrabã an Ieſum q dicit Chriſtus? Hoc plane fuit ſortẽ mitti ſuper duos
hircos. Hircus em̃ ipſe, qui aries & vitulus diuerſo reſpectu, vt ſupra meminimus. Cuius
ſors exierit à dño, illum (ait) offeret pro peccato. Cuius autẽ in caprum emiſſariũ, ſtatuet
eum viuũ corã dño, vt fundat preces ſup eum, & emittat illũ in ſolitudinẽ, & hoc ita fa-
ctum eſt. Quẽ illi ſibi petierunt dimitti, dimiſſus eſt illis. ſ. Barrabas latro. Ieſum aũt fla-
gellatum tradidit eis Pilatus vt crucifigereť, quod fuit hircum ſortis dñi offerri pro pc̃tõ.
¶Quæ autẽ fuit ſolitudo vel deſertũ, quo dimiſſus abijt ille Barrabas latro? Sic em̃ dictũ Solitudo vł
eſt de hirco emiſſario: Statuit eum viuum corã dño, vt fundat preces ſup eum, & emittat deſertũ hir
illum in ſolitudinẽ. Quod dicit, vt fundat ſup eum p̃ces, id intelligi oportet imp̃cationes ci, Hierſm
Nam rurſus ita dictũ eſt: Tunc offerat hircum viuentẽ, & poſita vtraq; manu ſup caput fuit myſtice
eius, confiteanť omnes iniquitates filiorũ Iſrael, & vniuerſa delicta atq; peccata eorũ, quæ
imprecans capiti eius, emittet illum p hoĩem paratũ in deſertũ. Quod ergo deſertum, vł
vel quæ fuit ſolitudo, in quam emiſſus eſt ille Barrabas, hircus reprobus, malis p̃cibus diris
ſup caput ſuum coopertus imp̃cationibus? Nimirũ illa ſolitudo illud eſt deſertũ, q̊d intelli
gi oportet in verbis iſtis, q̃ ſacerdos ille p̃dixerat, ecce relinqueť vobis domus vr̃a deſerta
præmiſſis imp̃cationibus hmõi. ¶Vt veniat ſup vos omnis ſanguis iuſtus, q effuſus eſt Matth. 23
ſup terram à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidiſtis
inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc oĩa ſup generationẽ iſtam. Vere
deſerta domus, quã deſeruit ſalus, quã deſeruit deus & dñs Ieſus Chriſtus, foras ductus,
ſpũ dei. Et vere audeo ſcire & fateri,qa donũ eſt altiſſimi pro cõſolatiõe doloris mei,quẽ
dixi,q̊ accepto,iã non inuenit aĩa mea in ſe,vt interpellaret eũ pro eiuſmodi re, aut ita fe
ſtinaret,vt prius,veſperã rapere diei huius,finẽ vitæ huius,ratione admiſſa,ꝙ prius aliq̃d
ſit operandũ q̃ exigẽda merces,qm̃ nobis q̊q; puſillis talis opeꝝ materia data eſt.¶Ita cõ-
ſolatus ſum,& ita ſpes,quã dedit mihi in verbo ſuo,me cõſolata eſt in humilitate mea,vt
Iohan.7 illud q̊d dixit dator eiuſdẽ ſpei Chr̃s filius dei,nõ dubitẽ mihi accidiſſe. Qui credit in me
Prouer.5 ſicut dicit ſcriptura,flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Quæ videlicet ſcriptura,cũ
ita dixiſſet,Bibe aquã de ciſterna tua & fluẽta putei tui,deriuent foras fontes tui,& in pla
teis aquas tuas diuide,habeto eas ſolus,nec ſint alieni participes tui. Quo dicto docet nos
& diſcere & docere in vnitate fidei,nihilq́; in ſctĩs ſcripturis ſentire cũ hęreticis, ita ſubiũ
xit:Sit vena tua bñdicta,& lætare cũ muliere adoleſcẽtiæ tuæ. Deniq; hoc mihi ẽ lætari cũ
muliere adoleſcẽtiæ meæ,in hmõi ſtudio ſiue exercitio ſanctæ ſcripturæ cõſolationẽ ha-
bere. Hæc nãq; eſt iſta mulier ſapiẽtia,cui dixit ſapiẽs:Soror mea es:& prudẽtia,quã vo
Qualis mu cauit amicã ſuã. Hæc ẽ illa mulier,quã tu in ſomnis(ſi meminiſti)vxorẽ me duxiſſe vidiſti
lier ſacra natoſq́; ex ea mihi filios cõplectebaris,q̊d vtiq; facis,dũ ſcripta mea libẽter legis,& libris
ſcriptura. meis nuſq̃ carere vis. Accipe nũc qualibus verbis ibidẽ cõtinuo ſapĩa deliciet, & cõgratu
Prou.7 letur collætãtibus tali mulieri,tali adoleſcẽti. Cerua,inq̃t,chariſſima & gratiſſimus hinnu
Prouer.5 lus. Vbera eius inebriẽt te omni tp̃e,& in amore illius delectare iugiter.¶Iã quale initiũ fe
cerim,qualẽ vocẽ primã ediderim poſt illã,quã præſcripſi,inundationẽ fluminis, ſcriben
Hymn⁹ Sa do libellum hymnoꝝ in laudibus ſpũs ſancti,nõ præteribo:tu more ſolito ſedulus audi.
pphicus de
ſancto ſpũ.

Flumini magno,ſitientibus quod
Petra deſerta crucifixa fudi,
Gratias Chriſto,quia ciuitatem
Lætificauit.

Qui nec argentum,nec habebat aurum
Pauper hic vinum bibit,atq; lactis
Copiam,cuncti properate,gratis
Gratia fundit.

Huic libens offert pia gaudij vox
Hoſtiam laudis,melius quod optem
Quàm ſalutaris calicem tenere,
Reddere vota.

Tu modo mentem rege pneuma ſanctum,
De tuo reple cor & os apertum,
Qui iubes feſtum dare tympanum,vel
Sumere pſalmum.

Sancte ſanctorum, deitas deorum,
Gaudium,lumen,medicina, vita:
Sic tibi laus cum patre, cumq́; nato
Spiritus alme. Am̃.

¶Sic



¶Sic incipiens magnã intus verſabam materiã,per anguſtum foramen vbertim prodire
non valentẽ,dum metricis pedibus verba ligando,vt in ſcholaribus aſſuetus erã,longũ in Rupt⁹ añ p̃ſ
paucis ſermonibus laborẽ inſumerẽ. Nondũ em̃ plene mihi acciderat id,quod ſupra me- byteratum
moraui,dictũ à ſapĩa,ſit vena tua benedicta.i.nondum,cum ſuſcipere potuiſſem,ordinẽ carmĩa ſcri
presbyterij ſuſceperã. Scriptũ eſt autẽ: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciam , & legẽ requi- pſit
runt ex ore eius. Ad hoc ergo(vt reor,& ſicut poſtmodũ expertus ſum) interim differe- Malachi.2
bar,vt prius in iſto gradu cõſiſterẽ,& tunc demũ ad tractandas eccleſiaſtico more ſacras
ſcripturas,legitimã acciperẽ oris apertionẽ. ¶Eatenus diutina Chr̃i eccleſiã vexauerat
diſcordia,propter ſedis apoſtolicæ ſchiſma,quæ tñ mortuis autoribus paululũ cõquieue- Cur p̃ſbyte
rat:propter illã & propter alias quoq; cauſas multi,& q magis videbanẽ religioſi,& eccle ratum ſero
ſiaſticã puritatẽ diligebant ,ep̃os ſuos in ſuſcipiẽdis ordinibus deuitabant,ſimplici q̃dem ſuſcepit
oculo,ſed in oĩbus diſcretione opus eſt. Nam quãdiu palmes manet in vite, p̃t fructũ fer-
re,poſtq̃ autẽ abſciſus,& foras miſſus fuerit,iam fructũ ferre non poterit. Sic nimiꝝ quiſli Iohan.15
bet eccleſiæ ſacramentoꝝ Chriſti miniſter,quãdiu in cõione vniuerſitatis manet,quicq̃d
adminiſtrat,ratum eſt:vbi autẽ à legitimo iudicio denuntiatũ fuerat,pręciſum illum eſſe
vel dãnatũ, qcq̃d deinceps opari vid̃t,ſpẽm q̃dẽ pietatis habere poteſt,ſed virtutẽ eius Titũ.1.
habere non poteſt. Et ego quoq; ſimplici illos ordinatores, q infames fuerant, deuitabã.
Et idcirco(vt dixi)ordinem presbyterij iam præordinatis q̃buſdam iunioribus nondum
ſuſceperam,& fortaſſis præter illam quam dixi cauſam, illud quoq; mihi † inierat,qa di- lege,inerat
gnum me non exiſtimabam. ¶Venit autẽ,& illud quoq; non prætẽribo,quomodo ve-
nerit,dñs & pater nuptiaꝝ,q vocauit nos ad nuptias,& dixit mihi,quod diceret recum- Lucæ.14
benti in nouiſſimo loco, amice aſcende ſuperius. Plenus eram & plenus ieram ad lectulũ
diuturnis cogitationibus,qualibus nonnunq̃ delectabar, imo & ſæpe excitabar,& in qui-
bus deficiebat ſpũs meus, cogitans dies antiquos, & in mente habens annos æternos,ꝙ is Pſal.76
qui creauit & redemit nos,tremendo tandẽ iudicio iudicaturus eſſet nos. Optabat anima
pauida,ſi quo modo daret facultas illum iudicis aduentum anticipare,& meditabar cum
corde meo,q̃uo poſſem præuenire,& aliqua cũ ip̃o ſecretius verba facere. Summã cogita
tionum illaꝝ,vt nemini,ſonant hæc verba B. Iob: Nunc quoq; in amaritudine eſt ſermo
meus,& manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitũ meum:Quis mihi tribuat,vt co- Iob.23
gnoſcam & inueniam illum,& veniam vſq; ad ſolium eius? Ponã coram eo iudiciũ,& os
meũ replebo increpationibus,vt ſciã verba quæ mihi reſpondeat,& intelligã , q̃d loquatẽ
mihi: Cum hmõi cogitationibus ierã ad lectulũ(vt iam dixi)& dormienti ſomnus meus
hoc modo ſuauis extitit mihi. ¶Videbã ſtans corã altari,ſup ipſum in medio ſtantẽ dñi- Viſio noctur
cam crucẽ,& in ipſa dñi ſaluatoris imaginẽ. Quẽ cum diligentius intuitus eſſem , agnoui na,ſup vene
ipſum dñm Ieſum ibidẽ,crucifixum & viuentẽ, oculos in me apertos habentẽ. Quod vbi ratiõe ima
perſpexi,confeſtim inclinans faciẽ,aio ad eum:Benedictus q venit in noĩe dñi. Quã ſalu ginis cruci
tationẽ quanta cum humilitate, cum qua reuerenda capitis ſui deflexione ſuſceperit,nul- fixi
latenus edicere poſſim,niſi hoc tm̃,qa potuit homo interior hoc intuens aliquatenus ſen
tire,q̃ veraciter de ſemetip̃o dicat,& diſcite à me qa mitis ſum,& humilis corde. Non ſa Matth.11.
tis hoc mihi erat,niſi in manibus app̃henderẽ,amplexumq́; deoſcularer.¶Sed q̃d agerẽ?
Altius erat altare ip̃m,q̃ vt eum attingere poſſem. Vt ergo eiuſmodi cogitationẽ ſeu vo-
luntatẽ meam,voluit & ipſe:Senſi em̃ ego, qa voluit & nutu voluntatis eius ip̃m altare,p
mediũ ſeſe aperuit,meq́; introrſus currentẽ ſuſcepit. Quod cũ feſtinus introiſſem,appre-
hendi quẽ diligit anima mea,tenui illum,amplexatus ſum eũ,diutius oſculatus ſum eum.
Senſi q̃ grauiter hunc geſtũ dilectionis admitteret,cũ inter oſculandũ ſuũ ipſe os aperiret
vt profundius oſcularer. Plane hoc agebat,hoc illa ſignificatione parabat,vt fieret illud, Canti.8
quod in Canticis dilecta exoptãs,dicit: Quis mihi det te frẽm meum ſugentẽ vbera ma-
tris meæ,vt inueniã te foris,& deoſculer & iam me nemo deſpiciet. App̃hendã te,& ducã
in domũ matris meæ,& in cubiculũ genetricis meæ,ibi me docebis,& dabo tibi poculũ ex
vino condito,& muſtũ maloꝝ Granatoꝝ meoꝝ.¶Deniq; extunc mihi nõnihil prouenit
ſecundũ ſenſum dictoꝝ huiuſcemodi, qa cum ad me reuerſus fuiſſem, & infra vigilias no
cturnas viſum hmõi ſuauiſſime retractarẽ, ſicq́; interp̃tarer illam altaris & ipſius oris dñi
Ieſu apertionẽ,ꝙ ſacramentoꝝ eius profunda deinceps clarius intelligere deberẽ: inter-
ea paulatim amor illius ſacerdotalis officij mẽti ſeſe infudit,tãtumq́; excreuit,vt mox die
facto dicerẽ patri meo ſpũali,me nõ velle amplius reniti , imo velle ire cũ primũ iuberet,
& ſuſcipere iugũ dñi,cauſa tñ tacita quæ acciderat,vt iam dixi. Gratulatus eſt,& vt primũ
affuit tp̃s ordinationis,hunc ſacrũ,licet indignus,ordinẽ ſuſcepi. ¶Nec vero minore ſi- Sũma vo-
gno,q̃ præuenerat deus meus miſericordia mea , me in hoc officio ſubſecuta eſt. Nõ em̃ luptas in il
plus q̃ triginta dies tranſierãt,cũ ecce iacẽte me in lectulo,fere clauſo iam die,cũ vix ocu lapſu diui-
los in ſomno clauſiſſem venit deſup quaſi ſimilitudo viri,proni,& æqualiter extẽſi,ſolam no.

quàm maxime faciem ſuam occultãs,&in me demiſſa,totam cõpleuit animæ meæ ſubſtã
tiã,eo modo mihi impſſa, quẽ verbis exprimere nullatenus poſſim,multo citius atq; pro
fundius,q̃ cera q̃uis molliſſima,ſigillũ fortiter impſſum admittere poſſit.Protinus ſomno
q vix obrepſerat,excuſſus ſum,& vigilãs ſenſi dulce põdus, vigilans delectatus ſum,& qd
Canti.5.2. dicam?Anima mea liquefacta eſt,aĩa mea dñe pene defecit,pene de corpe effuſa eſt.O q̃
Eccſ.12 vera cõcionatoris noſtri ſnia.Adoleſcentia em̃(inqt)& voluptas vana ſunt.Porro,ibi nõ
1.Cor. 6 vanitas,ſed veritas,ibi vera &viua voluptas, vbi vſq; in finẽ cõplet,quod ſcriptũ eſt:Qui
Pſal.35 adhæret dño vnus ſpũs eſt.Hinc eſt quod canimus in pſalmo:Inebriabunt ab vbertate do
mus tuæ & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos.Eiuſmodi voluptatẽ viuẽti in corpe ſaltẽ
guſtaſſe iucundũ eſt,iucunditatis,& exaltatiõis theſaurus eſt.Verũ dicere liceat,qa niſi il-
la repentina ſanctæ voluptatis mundatio cito ſe cõtinuiſſet,aĩam velociter in ſua de cor-
pore in modũ torrẽtis abſtraxiſſe,ſecumq; detuliſſe poterat,vnde & melius iam ſcio,qũo
Exod.33 ſentiendũ ſit,q deᵘ ad hoĩem locutus ẽ.Nõ em̃ videbit me hõ,& viuere pt.Sed(vt dixi)ci
to ſubſtitit inundãs illa vis amoris, paulatimq; deceſſit:ego aũt extunc os meũ aperui,&
Bona repe ceſſare qn ſcriberẽ nequaq̃ potui,& vſq; nunc, etiã ſi velim,tacere nõ poſſum. ¶Sit hoc
titio Rupti mihi facere illud,q̃d ſupra memoraui de Canticis.ſ.inuenire dilectũ foris, & deoſculari,
Canti.8 vt iam me nemo deſpiciat apprehẽdere eũ,& inducere in domũ matris meæ,& in cubicu
lum genitricis meæ, vt aliqs filiorum eius ex hoc proficiat, meq; doceri à ſpũ veritatis,
& dare illi poculũ ex vino condito.i.ſermonẽ bonũ ſiue rectũ & bene ſonantẽ ex ſpũ ſan
cto,& muſtũ malorũ Granatorũ meorũ,ſ.delectamentũ ſciæ cum fructu bonorũ operum.
Si veritatẽ dixi,ſi nihil horũ de corde meo finxi, turrris fortiſſima ſit mihi nomen dñi, p
quod adiuraſti me pater & dñe mi,& fiat mihi ſecundũ quod dixit filius dei,idemq; filius
hoĩs.Qui autẽ diligit me,diliget à patre meo,& ego diligã eũ,& manifeſtabo ei meipm,
& luceat mihi iuſtitiæ ſol, ſitq; illuminatio mea dñs, & miſericordia mea deus meus,&
ſubleuet me de corruptione & egeſtate,quemadmodũ in propheta dicit: Et ſuſtollam te
Eſa. 58. ſuper altitudinem terræ,& cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Et condonet mihi quic
quid de timore,quem timebam,euenit mihi,quicqd eorum,quæ verebar,accidit, toto tẽ
pore huius peregrinationis ſiue incolatus prolongati , numerusq; dierũ meorũ prima &
octaua beatitudine compleat,quæ eſt poſſidere regnum cœlorũ fiatq; mihi,quod ei dici-
Pſal.9 mus in Pſalmo:Tibi em̃ derelictus eſt pauper,pupillo tu eris adiutor. Et ad me q̃q; illud
Eſa.33 ptineat,quod in Eſaia dictũ eſt,iſte in excelſis habitabit,munimẽta ſaxorũ ſublimitas eius
panis ei datus eſt,aquæ eius fideles ſunt,& introeam ad altare dei, ad altare cœleſtis ſan-
Cant.1 ctuarij,& vbi contingat aĩæ meæ,q̃d verus amor dicit:Oſculet me oſculo oris ſui,& ipſe
ſponſus immortalis in illo contineat me corpe ſponſæ ſuæ eccleſiæ, cui amore æterno &
Propter æ- ſempiternis copulabit nuptijs.¶Nõ em̃ ſine cauſa ſic inſipiẽs factus ſum,neq; tu ſine cauſa
mulos iſta ſic inſtãter me adiuraſti,vt de meipo ſcriberẽ,res huiuſcemodi . De cauſa libet hic aliqua
ſcribi opor breuiter eloqui.Nonnulli putantes ſe probe illud facere q̃d in Iob dictũ eſt:Sapiẽtes confi
tuit tent & non abſcondũt patres ſuos,qbus ſolis data eſt terra,& non trãſibit alienus per eos,
Iob.15. quondã(vt verbis loquar eiuſdẽ B.Iob)afflixerunt animã meã,& attriuerunt me ſermo-
Iob.19 nibus,& non minus q̃ decies confoderunt me,& non erubeſcant opprimentes me,refra-
gantem qbuſdã ſententijs quas proferebant,à vero & recto ſenſu diſcrepantes quas tamẽ
à magnis & valde nominatis patribus ſuis,i.magiſtris ſuis,accepiſſe videbant,quos videli
cet patres ſuos cõfiteri,& nõ abſcõdere,glorioſum arbitrabant.Quorũ videlicet pm̃ ipo
rum autoritati,vtpote hoĩm,q̃uis ſapientũ,cum ego nõ crederẽ,meliusq; & ſanius loqui
Iob 15. auderẽ, ſecundũ ſcripturarũ autoritatẽ. O quanta indignatio,quanta exprobratio iuxta
hunc modũ:Intellige prius,& ſic loquamur:Quid tumet contra deũ ſpũs tuus,vt profe-
ras de ore tuo huiuſcemodi ſermones? Sapientes confitent,& non abſcondunt pres ſuos
Tui patres vbi ſunt?Qui vel quales magiſtri te docuerunt?Secundũ hæc & his ſimilia non
ſemel,nec paucis diebus,ſed multoties,& aliquot annis me cõfoderũt,& ſermonibus op-
preſſerunt,donec pſeuerantiæ virtute,& ſcripturarũ autoritate ſubnixus, obtinui victo-
riæ palmã,te quoq; plurimũ adiuuante,& teſtimoniũ perhibẽte,q nõ ex timore ſpũs, nõ
ex pſumptione proprij cordis, ſed ex dono mihi accidiſſet grã dñi, ex dignatione ſpũs
ſancti,fiduciã talẽ habere tractãdi ſanctarũ ſcripturarũ ſacrã,& q nullo modo facultatem
hãc aſſequi potuiſſem,niſi p ſpm̃ bonum,de quo vel à quo bona cuncta procedunt. Cõfi
teant ergo ſapiẽtes illi quantũ volunt,nec abſcondãt patres ſuos,qbus ſolis (vt aiũt)data
Viſitatio ab eſt terra.i.ſcripturarũ artiumq; liberaliũ ſcĩa. ¶Ego q̃uis & ipſe nonnullos in diſcipulis
altiſſimo me ſcholaribus patres habuerim, & in libris artiũ liberaliũ non ſegniter ſtudioſus extiterim,
lior cunctis hoc profiteor qa viſitatio ab altiſſimo melior mihi eſt,q̃ decẽ patres eiuſmodi, cuius ſub
magiſtris virga ſępe in labijs pcuſſus,nõnunq̃ etiã toto corpe cõcuſſus ſicut auribus tuis fidelibus ali
quoties intimaui,loquor ad ſcribendũ quicqd ille monitor ſuggerit,ſpem habens iſtam,
quam



quam Sapĩa dicit:De fructu oris viri replebit venter eius, & genimina labiorũ eius ſatura Prouerb.18
bunt illum. Nunc ad te ſermo meus liberior dirigit diſcipule veritatis,deſiderator ſancti Laudatio
tatis,amator filij dei,eiuſdemq; filij hoĩs epiſcope,bonis oĩbus amabilis.Iam dudũ in hoc Cunonis
gaudeo,& pro hoc tibi iure gratulor , qa præclare in te quoq; lucet experimentũ verita- epiſcopi.
tis,quæ in euãgelio ſcd̃m Marcũ dicit:Amẽ dico vobis,nemo eſt q reliquerit domũ,aut Marc.10
frẽs,aut ſorores,aut patrẽ,aut matrẽ,aut filios,aut agros propter me & euangeliũ,q non Quæſtio
accipiat centies tm̃, nũc in tpe hoc domos,& frẽs,& ſorores,& patrẽ, & matrẽ,& filios,
& agros,cum pſecutionibus,& in ſeculo futuro vitã æternã. ¶Anteq̃ veri huius ſermo-
nis in te habitũ collaudẽ experimentũ,dicere libet aliqd,propter eos,q hic hęrere vel mi
rari & dicere poſſunt. Nunqd oẽs q ſua qualicũq; ſiue quantulũcunq; propter Chrm̃ reli Reſponſio
querunt,centies tm̃ in hoc tpe,vel in hoc ſeculo receperũt?Vt de cæteris taceamus,nun-
qd eremitæ ſiue anachoretæ centies tm̃,q̃tũ reliquerãt propter Chrm̃,in iſto ſeculo rece
perunt? Propter eos qbus hmõi cogitationes occurrere poſſunt, notandũ eſt,qa non di
xit,q reliquerit propter me tm̃,ſed addidit & propter euãgeliũ.Deniq; ſi tantundẽ & nõ
plus ẽ propter euãgeliũ,q̃ propter Chrm̃,ſupfluũ erit,pmiſſo pter me, addidiſſe, & pro Propter mẽ
pter euãgeliũ.Quærẽdũ ergo v ſciendũ ẽ,qd addiderit in ſenſu addẽdo verbis,& pter &euãgeliũ
euangeliũ.Illud nimirũ in ſenſu addidit per hoc dictũ, vt ſentias eum dixiſſe,in hoc eſſe p-
fectionẽ etiã præſenti remuneratione dignã, cum qs non contentus propria ſalute, reli-
ctis oĩbus ſequendo Chrm̃ diſcurrit,feſtinat,ſuſcitat amicũ.i.prædicat euangelium,vt au
dientes filij ſequant Chrm̃,quod videlicet miniſteriũ in primis eſt Apoſtolorũ,q tunc in-
ſtruebant,cum hæc diceret eis, quorũ primus Petrus dixerat ei:Ecce nos reliquimus oĩa,
& ſecuti ſumus te:Quid ergo erit nobis?De hmõi oñdat qſpiã aliquẽ, q nõ receperit vel Matth.19
recipiat in ſuo tpe,& domos,& frẽs,& ſorores, & patrẽ, & matrẽ & filios,& agros, cum
perſecutionibus,i.in medio etiã perſecutionum, quæ volentibus pie viuere in Chro non
deſunt,centuplum q̃ reliquerat,idcirco expeditus prædicare poſſet euangeliũ,& tunc de- 1.Timot.2.
mum dubitet de promiſſione hac,vtrũ vera ſit,an non. ¶Exempli grã:Petrus q piſcator Petrᵘ,q oĩa
erãt,q diues non fuerat,q cibos manu & arte quærebat. Hic vbi miſſo ſpũ ſancto de cœlo reliqrat,etiã
prædicare cœpit euangeliũ,nonne centies tm̃ recepit,quantũ reliquerat,vocantẽ de na- in hoc ſecu
uicula ſequens Chrm̃? Vt taceam,quod & primũ in Antiochia,& deinde in vrbe Roma lo cẽtupliũ
magna reſidens pontifex,& domos habuit, imo & eccleſias conſtruxit,& frẽs,& ſorores recepit.
ſpũales,& patres,& matres,& filios multo plures ſcd̃m ſpm̃ habuit, q̃ ſcd̃m carnẽ quis ha
bere poſſit, vt(inquam)illa oĩa taceam,ſolum illud iuspoſſeſſionũ ſiue facultatũ cõmuniũ
in initio euangelij,vbi multitudinis credentiũ erat cor vnũ,& anima vna,nec quiſq̃ eorũ, Acto.2.4
quæ poſſidebant aliqd ſuũ eſſe dicebat,ſed erant illis oĩa cõia, valuit illi plus q̃ centũ retia,
centumq; nauiculas,qualiũ vnam reliquerat. His animaduerſis,illud quoq; quod in Mat Matth.19
thæo taliter ſcriptũ ẽ,& oĩs q reliqrit hæc propter nomẽ meũ,liquet plᵘ eſſe,q̃ ſi dixiſſet,
propter me , videlicet vt propter nomen meũ id eſſe intelligas, propter me notificandũ, Exaltatio
quod ſit pdicando euangeliũ. ¶Igit vt dicere cœperã,congratulamur tibi epiſcope,ve- Cunõis ad
nerabilis,qa magnũ in te experimentum lucet huius veritatis. Domũ quippe vnã neſcio epiſcopatũ
quantulã,& propinquos aliquos,vt pcepi,non infimos , nonnihil agrorũ habẽtes,in vna
ciuitate reliquiſti.Et ecce dñs factus eſt in hoc tpe eiuſdẽ ciuitatis. Nunqd non cẽties tm̃
eſt? Præter hoc autẽ hæc ſpes in ſinu tuo repoſita eſt,q̃d in futuro ſeculo vitam æternam, Roma.9
habebis.Laudi eius,q quos ante tẽpora ſecularia præſciuit,& præ deſtinauit ſanctos oẽs,
ipſos & ſuo quẽq; tẽpore vocauit , iuſtificauit, & magnificauit. Illud adſcribendum eſt. Cuno ĩ ado
¶Quod te non qualicũq; tpe,ſed in ipo ingreſſu feruẽtis adoleſcẽtiæ vocauit cita vocatio leſcẽtia fa
ne,vt eum,quẽ quaſi in ingreſſu mundi poſueras,retraheres pedẽ,& relictis oĩbus, patria ctus mona
quoq; ſiue prouincia natiuitatis tuæ longe poſt tergum dimiſſa,peregrinus ad monachi- chus in Si
cam vitam confugeres,in montẽ ſpũalis victoriæ ſuo nomine præſagum,vocat em̃ Sige geberch
berch.Quis em̃ hoc fecit,niſi aſpiratio grã vocantis? A fructibus cognoſci põt, qa plan- Matth.15
tatio tuæ cõuerſionis,plãtatio fuit patris cœleſtis,quæ nunq̃ poſſit eradicari.Nunqd puer
ſiue adoleſcentulus tunc eras,qñ vidiſti inter deum & hoſtẽ antiquum, de te certamẽ ha-
beri,quaſi dubium eſſet vter eorũ.ſ.deus creator,an ſatan corruptor,te habere deberet,ita
rudis fuiſti,vt putares de te ſolo inter partes tam contrarias eiuſmodi certamen haberi?
Imo & de toto genere humano certamẽ hoc fuit ab initio.Vtrum deus q creauit,an dia
bolus q primũ hoĩem decepit,deberet poſſidere nos. ¶De hoc certamine ego tibi efflã Opuſculũ
gitanti nuper ſcripſi opuſculum libellorũ duodecim,intitulatum de victoria verbi dei,q̃d de victoria
admirationi eſſe multis etiam ſapientibus,& ab ipſis libentiſſime legi(fateor)ipſe gaudens verbi dei.
audiui.Certamen iſtud vetus eſt,& pro omnibus certatum eſt,& adhuc pro ſingulis cer
tatur, & in omnibus, vel pro omnibus electis ſuis vincit deus.Nemo enim(ais filius dei) Iohan.10
poteſt rapere de manu patris mei:ſiue,& non rapiet(inqt)oues meas qſquã de manu mea
Tibi

Tibi aũt de teipſo idcirco demonſtrata eſt illa ſingularis viſio, vt eſſes ſolicitior, & territus
fugiſti non pſpecto neq; pmonſtrato tibi, quænam pars vincere, & quę haberet vinci, for
Profectus Cunonis. te ne te cõprehendiſſe arbitrareris. ¶ Et tunc qdem ſciens reliqueras oĩa propter Chrm
ſed nondũ ſciebas ꝙ ea reliquiſſes propter euangeliũ.i.idcirco vt alijs multis euangeliza-
res Chrm. Ipſe aũt ſciebat q te vocauerat in opus prædeſtinatũ. Illud quoq; neſciebas
futuri huius miniſterij quoddã eſſe initiũ, qđ acceptũ deſup datum optimũ.ſ.boni ingenij
vel pſpicacis intelligẽtiæ talentũ, factus iuuenis ſub obedientia patris ſpũalis impendebas
non ſolũ ſunioribus, verumetiã coæuis tuis, non magis pceptor ſciæ, q̃ exẽplar diſciplinæ
Marc. 4 Luc. 8 monaſticæ. Vnde & ipm talentũ ſiue donum acceptũ merito in te creuit, iuxta illud: Qui
Cuno factũs abbas Sigebergenſis habet, dabit ei, & abundauit. ¶ Quid multa? Tunc ſup clariſſimũ candelabrũ non contẽ
nendæ altitudinis, poſita eſt lucernula dei, qñ tu, quẽ illuminabat lux vera, & verus accen
debat ignis, regimen ſuſcepiſti eccleſiæ Sigebergẽſis. O q̃ multi iam extunc in lumine gau
dere cœperũt. Oĩs ſimplex oculus lõge lateq; manentiũ, maximeq; in domo magna quæ
eſt Agrippinẽſis ſiue Coloniẽſis eccleſia, flammã tui luminis libẽter aſpiciebat: & ſi qs erat
Eſa. 5. nequã oculus, q tibi aduerſaret, hoc ipm qđ ſibi grauis eſſes etiã ad videndũ, fateri non au
Humilitas Cunonis debat. Tãta erat tui luminis autoritas, vt ſtatim cõtra ſe dictum putare poſſet illud pro-
pheticũ: Væ q dicitis malũ bonũ, & bonũ malũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras.
Interea dũ familia dñi, ſup quã tu fidelis ſeruus, & prudẽs cõſtitutus eras, cui corde flãma
to & ore lucido vitã æternã euãgelizabas, merito & nũero augeret ſiue multiplicaret, tu
tñ in oculis tuis puulus & fere nullus eras, qđ maxĩe pcipiebãt hi, q familiares tibi erãt, q́q;
Eſaiæ. 40 tecũ de ſalute aĩæ familiarius colloquiũ habebãt, qđ ipe ego pſentiẽs, aĩaduerti nonnihil,
imo multũ ad te attinere illud propheticũ: Quare dicis Iacob & loqueris Iſrael, abſcõdita
eſt via mea à dño & iudiciũ meũ à deo meo trãſiit. Nunqd neſcis, aut nõ audiſti? Deus ſem
Eſa. 41 piternus, dñs, q creauit terminos terræ, nõ deficiet neq; laborabit, nec ẽ inueſtigatio ſapię
eius, q dat laſſo virturẽ, & his q nõ ſunt, fortitudinẽ & robur multiplicat. Itemq; illud: Ego
deus tuus apphẽdẽs manũ tuã, dicẽsq; tibi: Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis
Iacob, q mortui eſtis ex Iſrael. Ego auxiliatus ſum tui. Hmõi reſpõſa tuæ humilitati eſſe
congruẽtia, ſi hactenus nõ aduertiſti, at ſaltẽ nũc attẽde, cõmonitus augmẽto grãe ſeu ma
gnitudine beneficij, quod altiſſimo nonnulla de te cura ſit. In primis hæc appellatio noli
Matth. 11 timere vermis Iacob, q mortui eſtis, dicam qũo congruat tibi & ſimilibus tui, imo cunctis
Hũilis plat⁹ & vmis, & humilibus corde, q didicerũt à bono magiſtro dicẽre: diſcite à me, qa mitis ſum & humi
Iacob dicit̃ lis corde. ¶ Humilis qſq; ſpũalium pater filioꝝ, & vermis eſt, & Iacob: vermis qdẽ ſuo:
Gene. 34 Iacob antẽ, dei iudicio. Iacob deniq; magnus homo fuit, & multos habẽs mares filios, p
cauſa vnius fœminæ, quam ſolam filiã genuit, afflictus eſt, & triſtitiã habuit. Sic nimiꝝ vi
ri apud deum magni, qualium oĩm viuentium tu mihi notiſſimus es, cum multas habeant
virtutes, multosq; (vt & tu habebas) filios ſpũales, aliquã habent quaſi filiam.i.infirmitatẽ
occultã, pro qua dum qs humiliat corã dño, & vermis eſt, & Iacob: vermis (vt dixi) ſuo.
Cuno cure fuit deo Iacob autẽ, dei iudicio: & mortuus eſt ſibi.i.timet ſe illa infirmitate mori, ſed viuit deo.
¶ Noli ergo timere, dicit tibi, ego auxiliator ſum tui, & ab effectis probas, qa nõ fuit, nec
eſt à me abſcõdita via tua, nec à me iudiciũ tuũ tranſiit, ſed hoc potius dicito: Tu deus q
vidiſti me, & iudiciũ meũ, hoc qđ iudicaſti, & q ſe humiliat, exaltabit, nõ tranſiit à te. Ego
quoq; cum ipſo deo interrogante, verbis ipſius interrogo te, q cum de hmõi ſecretam ali-
quoties haberemus collocutionẽ, volebã conſolatum te eſſe. Nunqd neſcis, aut non audi-
ſti? Videlicet iſtud quod ſequit: Deus ſempiternus, dñs q creauit terminos terræ, non de-
ficiet, neq; laborabit.ſ.vbicunq; vel quotieſcunq; infirmũ curare, vel pauperẽ honeſtare
voluerit. Cuncta em̃ poſſibilia, cuncta facilia ſunt ei. Nec eſt (inqt) inueſtigatio ſapiæ eius
In quo? Nimirum, vt ſecundum cauſam præſentem loquar, in eo quod dat laſſo virturẽ,
& his q non ſunt fortitudinem & robur multiplicat.i.q electum ſuum prius dimittit laſſa
Qui ſibi fortes videntur deficient ri, & laſſitudinem ſuam agnoſcere, ita vt penitus ſibi videat non eſſe, ſiue nihil eſſe, & tunc
demũ virtutem dat, tunc demũ fortitudinẽ & robur multiplicat. ¶ Non ita eſt cũ fortibus
non ſic agitur cum ſanis.i.cum illis q ſibi iuſti vident, & in ſuis confidunt viribus. Sed qd?
Eſa 40 Continuo ſubiungens, deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.
Pueri nanq; recte dicuntur, q ſunt inexperti, quiq; in tentationibus non militauerunt, iu
Electio Cunonis in epiſcopum. uenes autem q ſibi videntur fortes, & quaſi de ſuis virtutibus ſuperbiunt. ¶ Manifeſtum
iam te habere nõ dubitamus iudiciũ ſiue experimentũ, qđ via tua dño abſcondita nõ fue-
rit, & iudiciũ tuũ à deo tuo non tranſierit, qa cum neſcires, cum præſens non adeſſes, imo
longe remotus abeſſes, Ratiſponenſis eccleſia paſtore ſuo viduata, paſtorem te.i.pontificẽ
ſibi elegit, quæ magna eſt gratia, donumq; pontificis magni, q cœlos penetrauit, quẽad
Hebræo. 4 modũ Apoſtolus dicit, & ipſe dedit quoſdã quidẽ apoſtolos, quoſdã autẽ prophetas, ali-
1. Cor. 12 os autẽ euangeliſtas, alios aũt paſtores & doctores. Cum clerus & populus in partes pro
eligẽ



eligendo ſibi paſtore diuideret, fieretq; periculoſa partiũ contentio, alijs hunc, alijs illum
clamantibus, iamq; prope eſſet in ſeditione inualeſcẽte ad arma cõcurreret, vnus ſapiẽti-
or cæteris, cuius cor deus tetigit, repente tuũ nomen in mediũ protulit, teq; eligi cõſuluit,
& protinus totus ille partiũ motus conquieuit, & in te vnũ, quæ diuiſa fuerat, vnitas eccle
ſiæ conceſſit. Cuius nutu, cuius intuitu taliter credamus actũ, niſi illius, de quo Apoſtolus, Ephe. 2
ipſe eſt (inqt) pax noſtra, q fecit vtraq; vnum? Gaudeas igit, qa (ſicut iam dixi) non ita fuit
via tua abſcondita à dño, qn videret te, q̃uis paruulũ inter multos, quos habet ipſe regẽ
dos, ſiue diſponendos ¶ Ergo ne (ait aliqs) gaudendũ eſt in re huiuſcemodi? Nonne po Quæſtio.
tius renitendũ eſt, ſecundũ exemplũ Moyſi, cũ mitteret ad tm̃ miniſteriũ, vt fieret popu- Exod. 3
lo Iſrael dux & princeps liberationis, educendo eos de terra Aegypti? Ad hæc, inquam:
Nonne & illius exemplũ ſequendũ eſt, q cũ audiſſet vocẽ dñi dicentis, quẽ mittã, & qs ibit Reſponſio.
nobis, dixit, ecce ego, mitto me. Nimiꝝ Moyſi qdem humilitas laudanda, & in exemplũ Eſa. 6
pro tpe & reaſſumenda eſt: ſed pter humilitatẽ, aliam quoq; rõnem habuit, quæ ex verbis
iſtis intelligit, quæ dixit, poſtq̃ ſemel & iteꝝ, ac tertio recuſauit: Obſecro (inqt) dñe, mitte
quẽ miſſurus es. Quiſnã erat ille, niſi de quo patriarcha Iacob pdixerat, donec veniat q Exod. 4
mittendus eſt? Chrm ergo iam ad ſalutẽ populi ſui nimiũ feſtinus mitti volebat, & idcir- Gene. 49
co recuſabat. Ac ſi diceret: Non ego vicarius eam, ſed ille obſecro iam veniat. ¶ Itaq; p- Nõ licet recuſare miniſteriũ euangelij
ter iſtum q eiuſmodi cauſam intendebat, oſtende mihi aliquẽ, q iuſſus inire officiũ ſiue mi
niſteriũ eiuſmodi, laudabiliter recuſauerit, niſi forte recuſantis eſſe putes, ꝙ Hieremias di
xit, ah, ah, ah: Dñe deus, ecce neſcio loqui, qa puer ego ſum. At ille hoc dicere potuit non Hiere. 1
recuſando miniſteriũ, ſed potius optando ſibi augeri donũ, quod & protinus factũ eſt, qa
miſit dñs (ait) manum ſuã, & tetigit os meum &c. Illi ergo maxime laudabiles ſunt, q dile
ctionis inſtinctu, ob ſalutem proximoꝝ ſemetipſos offerunt, ſicut & Heliſæus ſe offerẽs: 4. Regũ. 2
oro (inqt) ad Heliam, vt fiat ſpũs tuus duplex in me.ſ.ſpũs operationis virtutum, vt dupli-
cia, q̃ tu feciſti ſigna poſſim facere, per quæ commoueat populus, & non obliuiſcat dicere
illud, quod te agente dixit: Dñs ipſe eſt deus, dñs ipſe eſt deus, contra quem Iezabel im- 3. Regũ. 18.
pia nititur. ¶ Congratulantis aĩo cũcta hæc tuæ ſanctæ loquor paternitati, & inter hæc Cuno ſiĩa b. Martio i epiſcopatu
non præteribo illud, quod valde placet oculis noſtris, quia nonnihil habes de imitatione
beati Martini. Iam vero ſumpto epiſcopatu, ait ſcriptor vitæ eius, qualem ſe quantumq;
præſtiterit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Idem em̃ conſtantiſſime perſeuerabat, q
prius fuerat, eadem in corde humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas erat, atq; ita plenus au
toritatis & gratiæ, implebat epi dignitatem, vt non tamen propoſitum monachi virtu-
temq; deſereret. Vidimus te præclaræ ciuitatis epm, verne cum pellibus & pulla deſuper
cappa coopertum, ſiue affibulatum præcedentem, & euntes poſt te præclaros vtriuſque
tam clericalis q̃ laicalis ordinis ſpectabiles viros, peregrinoꝝ murium pelliculis ſecundũ
morem vel honorem ſuum coloratos ſiue defloratos, in eo ſapientes, quod epm ſe habe-
re vel ſequi gauderent, talium contemptorem, cenſu diuitem, affectu vel habitu paupe-
rem, in corde humilem, in veſtitu vilem, in menſa ſibi communi, cum dignitate epi propo
ſitum monachi virtutemq; non deſerentem. Hoc eſſe dixi, de imitatione B. Martini.
¶ Vnde non vanam fuiſſe conſtat illius ſanctimonialis viſionem, quam audiſti. Referebat Viſio cuiuſdam Monialis
dictũ ſibi per viſum, occurrendum eſſe B. Martino, feſto die ſuo, in ipſis rogationum die
bus tunc imminentibus, quæ ante aſcenſionem dñi ex more celebrant. Mirabat illa pro
nuntio huiuſcemodi, ſciens & in ſomnis quoq; memoria tenens, feſtum B. Martini non
agi diebus illis, ſed longe alio tpe anni vndecimo die menſis Nouembris. Non ergo mul-
tum attendens viſum velut otioſum reticuit, donec tu, quem venturꝝ eſſe non ante viſum
illum ſciebat, electus aduenisti, die rogationũ. ¶ O quanta cũ lætitia cleri & populi, quã- Chrũs honoratus in Cunonis ſuſceptione
to cũ tripudio non ſolius ciuitatis, verumetiam totius patriæ, quantis cũ laudibus Chri ci
uitatem introiſti? Cuius laus, cuius erat ille honor? Nunqd tuus, aut tibi debitus? Ergo ti
bi verbis congruentibus vicẽ repẽdere volo. Nam qa ſolitus eras, vel mihi, vel de me alijs Numer. 22
dicere, quod ea, quæ ſcriberem ego, mihi non magis imputares, q̃ aſino, ego ſimiliter di-
co, qa tantam illius ſuſceptionis gloriam, fere non magis tibi aſcribo, q̃ illam gloriam ſi-
ue honorem, laudesq; turbaꝝ cum palmaꝝ ramis occurrentium dño aſcribere velim il-
li, cui ſedebat aſello. Non em̃ propter ſe, ſed propter ſeſſorem ſuum dignus erat aſellus Matth. 21
ambulare viam ſtratam veſtimentis hominum, tantisq; circundari floribus & ramis pal-
maꝝ. Sic nec tu taliter ſuſcipi dignus fuiſti propter temetipſum, ſed propter habitantem
in corde tuo per fidem Ieſum Chriſtũ. Hæc videns illa iam dicta ſanctimonialis, viſum, Ephe. 3
quem viderat, ad te pertinere, recognouit, & extunc quibusq; fidutialius enarrauit. ¶ De Epo tenẽda eſt, exẽplo Chriſti, humilitas.
humilitatis tuæ inſignibus ſermonem repetam, ſperans & ſpem meam firmiſſimã eſſe de-
fide rans, quod in ipſa perſeuerabis, & perſeuerando gloriã tibi in futurꝝ theſaurizabis, qa
non gloria humilitatem, ſed humilitas (ait Sapiẽtia) gloriam præcedit. Hoc tibi vel cordi
tuo

Prouer.15 Matth.20 Luc.22

tuo recte ꝑſuaſiſti, propter humilitatē filij hoīs, cuius gloriam & honorē beata dilectione diligis. Ipſe eñ dixit: Non, ita erit inter vos, ſicut inter principes gentiū, q dñant eoꝝ. Sed qcunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & q voluerit inter vos primus eſſe, erit vr̃ ſeruus. Sicut filius hoīs nō venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare aīam ſuam redēptionē pro multis. Nonne quotidie hic filius hoīs miniſtrat nobis in ſancto altari miniſteriū eiuſdē redēptionis. ſ. ſacr̃m corꝑis & ſanguinis ſui? Quare ergo nō erubeſcimus miniſtrari, tali miniſtro miniſtrāte nobis, & audemus cuiquā dñari, niſi ſolis vitijs?

Viſio de miniſtratione Chr̃i ī miſſa

¶Audi me, adhuc vnū quod narrabo tibi de eiuſmodi, qualia ſuperius narraui, qa ſic voluiſti. Cum adhuc eſſem recētior, & proinde etiā attentior in ordine huius miniſterij. ſ. in officio p̃ſbyterij, vidi in viſu pleno iucūditatis, miniſtrantē nobis iſtū filiū hoīs. Quid dicā, vel qualibus verbis eloquar habitū geſtumq; miniſtrātis? Deniq; quaſi in magna domo ad menſam decorā & magnā reſidētibus multis, ip̃e aſpectu reuerēdus & amabilis, diſſibulato ac depoſito, q̊ ſuꝑ tunicā amictus erat, pallio, manibus decētiſſimis, & inceſſu q̃ ſpectabili miniſtrabat, hinc & inde miniſtrationē panis & vini. Erāt aūt quaſi cruſtula panis cādidiſſimi cōcaua, vinumq; fuſum in ſe recipiētia, & ferculum hmōi oībus miniſtrabat.

Cant.5.

Amplius dicere non poſſum, niſi qa q̊d exprimi non p̃t, ſalua maieſtate miniſtrabat, & ſic eū miniſtrare valde decebat, tali vel tāto affectu, ac ſi diceret illud de Cāticis: Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. ¶Et qdem vera eſt, & mihi tunc vera fuit ſnīa, multas curas ſomnia, ſed nihilominus veꝝ eſt, qa bonas curas plerūq; bona & vera ſequūtur ſomnia.

Eccſ.5. Ecci.34 Luc.22 Eccſ.9

Nō fuit hoc de ſomnijs eiuſmodi, quę multos errare fecerūt, imo ad veritatē ducit, in eo q̧ mihi dulciter & ſæpe cōmemorat, & tibi cupio vt cōmemoret illud dictū filij hoīs, ego aūt in medio vr̃m ſum ſicut q miniſtrat, & adiuuāte cōmemoratiōe hac, ab eo quod cœpiſti humilitatis gradu cōminiſter ſanctitatis nō deſiſtas. Quid multa, omni tp̃e (ait Sapīa) ſint veſtimenta tua candida, & oleū de capite tuo nō deficiat. Sciēti loq̊r, qa veſtimentū tuū hoībus qdem nigrū, ſed deo & ea q̃ dei ſapiētibus candida ſunt, & oleū in capite tuo charitatis ē in corde tuo, quæ nunq̃ deficiat.

Præſagiū viſionis de Cunone

¶Ego qdē diſpendiū timere potui pro abſentia tui, ſecundū præſagiū quod vidi prius q̃ progredereris. Mancū me eſſe videbā, dextera de cubito ſuo manu auulſa, quæ res illud ſine dubio, quod de te actū eſt p̃ſignabat. Veruntñ bene vtrūq; erat, qa dexterā ipſam, q̃uis auulſam, non oīno amiſerā, ſed altera. i. ſiniſtra manu deportabā, ſimulq; quaſi miraculū factū eſt, vt alia loco illius tenella manus dextera ſuccreſceret. Secūdū hæc reuera, te manū dexteram meā non oīno amiſi, ſed adhuc in ſiniſtra. i. in præſentis vitæ cura tu mihi auxiliū qualecūq; ferre poteris.

Dñs ꝓtectio tua, ſuꝑ manum dexteram tuam. Pſal. 120 Canti.5

¶Certiorem autē habemus, & habere debemus paracletū. i. conſolatorē, videlicet eum, q dicit ꝑ Pſalmiſtam: Dñs cuſtodit te, dñs protectio tua, ſuper manum dexteram tuam. Quāmuis ergo præſentia tui careā, quem ſic habebā veluti cuſtodiā fidam, & dexterā manum meā, non ſim quaſi deſolatus, ſed ip̃e cuſtodiat ſperantē in ſe, q cuſtodire & protegere p̃t ſuꝑ omnē manum dexterā. Spem iſtam inter cætera nōnihil roborat recordatio miraculi, cuius ego in op̃e quod de Canticis Canticoꝝ ſcripſi, mentionē feci, vbi dilecta loquit: Dilectus meus miſit manū ſuam ꝑ foramen, & venter meus intremuit ad tactū eius. Fateor de me quoq; illā narrationē feci, ſed qa verebar inſipientiā meā, ne videret gloriari fruſtra, neceſſitatē nō hñs quā nūc habeo, qa ſicut ſæpe dixi, tu me adiuraſti: idcirco ſic ip̃am narrationē trāſfiguraui, vt & rē ip̃am veraciter dicerē, & tñ ꝑſona nō poſſet agnoſci.

Dep̃catio ad lectorē. Prou.31

¶Vltimo tādē libelli huius cap̃lo exoratū ſe eſſe nouerit, quiſqs iſta legerit, vt nō quaſi inſipientē ſubſannare, ſed quaſi mœſti paruuli cauſam cōpatiēs attēdere velit, illā videlicet, quā in initio hoꝝ dixi, ſcd̃m verba ſapię dicētis: Noli regibus o Lamuel, noli regibus dare vinum, qa nullū ſecretū eſt vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiſcant iudiciorum, & mutent cauſam filioꝝ pauperis. Date ſicerā morientibus, & vinū his q amaro ſunt animo. Bibāt & obliuiſcant egeſtatis ſuæ, & doloris non recordent amplius.

Lamuel. i. i q̃ de⁹. Chriſtus eſt 2. Coꝝ.5 Matth.11 Coloſſ.2

¶Verba ip̃a qm̃ recitaui, libet aliquantiſper aperire. Lamuel quod interpretatur in quo deus, ipſe eſt Chr̃us, de quo Ap̃ls dicit: Quoniamquidē de⁹ erat in Chr̃o, mundū reconcilians ſibi. Hic ſeſe gratū habere, & gratanter adimplere conſiliū iſtud ſpūs ſapīæ, dicemus: Noli Lamuel regibus dare vinū &c. Dicit in euāgelio: Cōfiteor tibi pater dñe cœli & terræ, qa abſcōdiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Deniq; & hic reges, & ibi prudētes & ſapiētes ijdem ſunt. ſ. ſuꝑbi, ſenſu ſuæ carnis inflati.

Nullū ſecretum vbi regnat ebrietas 1. Coꝝ.8 Prouerb.5

Iſtis ait: Noli dare vinū. i. noli aperire, imo claude diuinoꝝ profunda myſterioꝝ. Quam ob cauſam? Videlicet, qa nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. i. nulla oris cuſtodia, vbi ſcīa inflat. Secretum illud non eſt ibi, quod eadem ſapīa deſideraus alibi, cum dixiſſet: deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, ſubiunxit, atq; ait: Habeto eas ſolas, nec ſint alieni participes tui. Quia ergo ſecretum non eſt ibi, & alienis. i. hæreticis communes ſe faciunt. Noli (inq̊t) dare eis vinum, ne forte, quod ſæpe contigit, ita bibant vt obliuiſcant iudicioꝝ, & mu-



mutent cauſam filioꝝ pauperis. i. ne male iudicēt de ſcripturis, & aliter interpretent, q̃ expedit ſaluti auditoꝝ, q̊s tu pauper, tu ipſe mitis & humilis corde filios tibi ex aqua & ſpū ſancto regeneraſti. Mœrētes & amaro aīo ſiue egētes atq; dolētes ſunt iā dicti paruuli, id eſt, humiles, qualiū eſt ille gemitus: Heu mihi qa incolatus meus prolongatus eſt, qui in iſto ſeculo cōſolari renuunt, & idcirco lugēt, qa ſponſus ab eis ablatus eſt. Iſtis date ſicerā, iſtis date vinū. i. iſtis aperiat ſenſus, vt intelligāt ſcripturas, legentes legē & euangeliū, & ita bibētes, nūc interim conſolent ex parte, donec veniat q̊d perfectū eſt.

Date ſicerā mœrētibus Pſal.119 Matth.9 1. Coꝝ.13

Fateor taliū ego vnus erā, quondā tā ætate adoleſcētiæ, q̃ propria paruulus æſtimatione, ita nūc ſcienter lugēs, & cū beato Iob dicēs: Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictū eſt, conceptus eſt homo. Noctē illā tenebroſus turbo poſſideat, nō cōputetur in diebus anni, nec numeret in mēſibus. Sit nox illa ſolitaria nec laude digna. Sed bibi ſicerā, bibi vinū, eo modo vel ordine, quo fideliter denarraui, in quo qa, vt puto, ſatiſfeci tibi, iā nunc iſtoꝝ finē faciens, interruptū ſubnectā ſiue repetā, vt cōpleam q̊d ſupereſt operis de gloria & honore filij hoīs, ſperans q̧ in proximo te viſurus ſim.

Iob.3

Finis libri. XII.

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIENSIS IN OPVS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMI. LIB. XIII.

**B**Enedicta gloria dñi de loco ſancto ſuo, ait illa, quā audiuit ꝓpheta, vt longe ſuperius memorare iā cœperā, vox cōmotiōis magnæ, & vox alaꝝ animaliū percutientiū alterā ad alterā, & vox rotarū ſequentiū animalia, & iteꝝ vox cōmotionis magnæ. Ab illa cōmotione o glorioſum animal, q̊d nunc videmus ꝑ ſpeculū & in ænigmate, iuxta ſæpedictū flumē Chobar, animal quatuor facierū, quæ tua quatuor ſacramēta ſunt. ſ. incarnatio, paſſio, reſurrectio, atq; aſcēſio, illā faciem tuā iam iuxta propoſitū laudare cupimus, q̃ recte dicit facies leonis, videlicet fortiſſimā atq; inuictā virtutem tuæ reſurrectionis.

Ezech.3.

Eiuſdem cōmotionis veraciter magnæ, initium ſimul & p̃ſagium fuit illud, quod te clamāte voce magna & emittente ſpm̃, ecce velum tēpli ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſq; deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctoꝝ qui dormierant ſurrexerunt, non anteq̃ reſurgeres, ſed te primogenito mortuoꝝ reſurgente, ſurrexerunt. ¶Eatenus ſe continuerat facies leonis, agente vel patiente quod ſuum erat vituli facie, donec diceret, conſummatum eſt, & inclinato capite traderet ſpm̃, & patefacto latere per lanceā militis, exiret ſanguis & aqua redemptionis animaꝝ ſimul & corpoꝝ pretiū.

Facies leonis, ſacramentū reſurrectiōis domini. Matth.27 Coloſſ.1. Iohan.19

Statim & extunc, vt verbis ſapientiæ loquar, ſicut fremitus leonis, ita & ira regis, & ſicut ros ſuper herbā, ita & hilaritatis eius. Cui quæſo ſtatim ira regis, ſicut fremitus leonis? Nonne inferno & ſempiternæ morti, diabolo tenebraꝝ principi, antiquo peccatori, p̃poſito mortis? Et cui vel qbus hilaritas eius, ſicut ros ſuper herbā? Nonne oībus ſanctis ſiue electis q expectauerunt eū ab origine mundi. Talem fremitū tanti leonis qūo ſenſerunt ſpūs illi, quandoquidē terra inſenſibilis & inanimata ſenſit? Mota eſt eñ, & motu ſuo cū ſciſſura petraꝝ fremitū illū ſe ſuſtinere nō poſſe clamauit.

Prouer.19.

¶Econtra hilaritatē vultus eius quomodo ſenſerunt Abrahā, Iſaac & Iacob, & cæteri ſancti, quādoquidē & latro cōfitēs ſicut rorē ſenſit? Audierat eñ paulo ante ſibi dictū ab illo: Amē dico tibi, hodie mecū eris in paradiſo. ¶Pulchre igit dictū, & veraciter adimpletū eſt: Iuda te laudabūt fratres tui. Manus tua in ceruicibus inimicoꝝ tuoꝝ. Adorabūt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædā fili mi aſcendiſti. Requieſcēs accubuiſti vt leo, & quaſi leæna. Quis ſuſcitabit eū? Secūdū hæc & his ſimilia, quæ & vox alaꝝ animaliū percutientiū alterā ad alteram, & vox clare perſonat rotaꝝ animalia ſequentiū, id eſt, ſcripturaꝝ veteꝝ ſacramentis euangelicis cōſonantiū, recte dicta eſt hæc facies leonis eſſe à dextris.

Hilaritas regis, ſicut ros ſuꝑ herbā. Lucæ.23 Gene.49 Ezech.3.

¶Nā facies vituli à ſiniſtris, per quæ videlicet ſiniſtra ſignificata eſt aduerſitas paſſionis, & facies leonis, vt iam dictū eſt, à dextris, per quæ deſignatur proſperitas vel gloria reſurrectionis. Siniſtra aūt dixerim pro infirmitate aſſumptæ humanitatis, ſaluo eo q̧ ſicut reſurrectio carnis eius nr̃is corporibus, ita paſſio eius noſtris animabus dextera eſt. Nā per paſſionē eius primā, quæ eſt animaꝝ, reſurrectionē habemus, & per reſurrectionē eius, reſurrectionē ſecundā, quæ corpoꝝ eſt, in vitā æternā expectamus. Sibi ergo ſoli facies vituli, id eſt, ſua paſſio à ſiniſtris erat, ſecūdū quod triſtis erat aīa eius, & tædebat & pauebat. ¶Nā interim pro cauſa valde neceſſaria dexterā eius pater tenebat, id eſt, fortitudinē eius differri volebat, vt ea non iam tunc, ſed oppor-

Facies leonis a dexteris. Marc.14

Pſal.72 tuno vteret̃ tẽpore,iuxta q̊d in pſalmo cõpetit dicere:Tenuiſti manũ dexterã meã & vo
luntate tua deduxiſti me,& cũ gloria ſuſcepiſti me.Nã & ſi cuiuſlibet ſancti vel iuſti vox
iſta eſſe poteſt,nihilominus & multo magis ex ꝑſona huius eã intelligi decet.Nam reuera
Matth.26. iuxta q̊d ipſe orãs dixit:Veruntamẽ nõ mea volũtas ſed tua fiat,deus pr̃ manũ eius dexte
rã tenuit,deus pr̃ ſua volũtate illũ obedientis repreſſit ad tẽpus fremitũ leonis.Qui pau-
lo ante,ſcilicet poſtera die,q̃ paſſurus,ingreſſus eſt ciuitatẽ,leuiter ſe excutiens cũ paruo
Marc.11. flagello,quẽ fecit de reſticulis,tantã multitudinẽ vendentiũ & ementiũ de tẽplo eiecit,&
Iohan.18. mercimonia ſiue lucra eoꝝ cũ cathedris euertit.Et deinde cũ traderet̃,dicẽdo,quẽ quæ-
ritis,ego ſum,totã cohortẽ ꝑſidis & miniſtros pontificũ cũ traditore proſtrauit.Eo vſq;
tenuit dexterã illã,vt nõ ſaltẽ deſcẽderet de cruce,dicẽtibus Iudæis:Si rex Iſrael eſt,deſcẽ
Matth.27 dat nũc de cruce & credimus ei.Poſtq̃ ergo tenuit manũ dexterã eius,& in volũtate ſua
Pſal.72 deduxit eũ,fecit,& q̊d protinus ſequit̃,& cũ gloria ſuſcepiſti me.i.à mortuis glorioſe ſuſ
citaſti me.¶Nũc iã ſupra ſcripto prophetiæ capitulo ſermo attẽtius innitat̃,& ſecũdũ ver
ba ipſa,q̊d ad iã dictũ fremitũ leonis ꝑtineat,aliq d loquamur.Et audiui,inq̃t,poſt me vo
cẽ cõmotiõis magnæ,Benedicta gloria dñi de loco ſancto ſuo,&c.vt ſupra.Sicut hic in
prophetia ſemel & iteꝝ auditã habemus vocẽ cõmotiõis magnæ,ſic & in illo fremitu leo
nis.ſ.& in deſcẽſu ad inferos,& in reſurrectiõe Ieſu Chr̃i factũ eſſe terremotũ,iã ſupra di
Ioſe.de bel ximus,magnæ cõmotiõis initiũ fuiſſe ſimul & ꝑſagiũ.Intiũ,q̃a protinus cũ ipſo terræmo
In Iud. li.7 tu ablatũ eſt ab eis omne cœleſte ꝑſidiũ,clamãtibus(vt Ioſephus q̊q; teſtat̃)ꝑſidibus tẽpli
cap 12 virtutibus,trãſeamus ex his ſedibus.Præſagiũ,q̃a videlicet in eo ꝙ velũ tẽpli ſciſſum eſt,
nobis quidẽ reuelatio cœleſtiũ myſterioꝝ,ſed illis ſciſſura veli cũ ſciſſura petraꝝ ꝑſagium
fuit impacabiliũ ſeditionũ,quibus extũc inter ſe diſciſſi ſunt,excitantes etiã contra ſemet-
ipſos Romani imperij terremotũ.¶Hanc deniq; partẽ fremitus leonis ſimul memorare li
Amos.1 bet,q̃m & alius propheta,videlicet Amos,taliter incipit:Dñs de Sion rugiet & de Hieru
ſalẽ dabit vocẽ ſuã,& luxerũt ſpecioſa paſtoꝝ,& exiccatus eſt vertex Carmeli.Quænam
fuerũt illa ſpecioſa paſtoꝝ,niſi illa,de pulcherrimo tẽplo lucra pontificũ ſiue ſacerdotũ?
& quid vertex Carmeli(q̊d interpretat̃ ſcientia circuncisionis)niſi ſuperbia Iudaici popu
li,carne quidẽ circunciſi,ſed corde & auribus incircũciſi? Luxerunt ergo,ait,ſpecioſa pa
ſtoꝝ,& exiccatus eſt vertex Carmeli,id eſt,deſolata eſt ciuitas & templũ,ſup quo gloria
Hiere.7 bant̃ paſtores illi,dicẽtes:Templũ dñi,templũ dñi,templũ dñi eſt:& ablatus eſt à Iudæis
Eſa.5. omnis viror gratiæ ſpũalis,mandatũ quippe eſt nubibus,ne pluerent imbrẽ ſuper illũ ſu-
Matth.10 perbiæ verticẽ,mandatũ eſt apoſtolis,vt excuſſo puluere pedũ in eos,ipſi ad gentes tran
ſirent.Iſtæ ſunt quatuor partes illius cõmotionis magnæ,cuius vocẽ,vt ꝑmiſſum eſt,ſan-
ctus Ezechiel audiuit poſt ſe:Nã dñs de Sion rugiet:hoc recte intelligit̃,dñs tanq̃ leo ſiue
catulus leonis infernũ cõfringet,& ante faciẽ eius mors fugiet,iuxta illud,q̊d iã ſupra me-
Gene.49 mini,catulus leonis Iuda,ad ꝑdã aſcẽdiſti fili mi.Et de Hieruſalẽ dabit vocẽ ſuã,id eſt,in-
cipiendo ab Hieruſalẽ ꝑdicari faciet in nõie ſuo cunctis gentibus pœnitentiã.Eiuſmodi
aũt vox dñi,ſcilicet ꝑdicatio euangelij:nunquid nõ & ipſa rugitus leonis eſt? Iuſtitia eñi
Roma.1. dei in eo reuelat̃,ait Apoſtolus:Reuelat̃ eñi ira dei de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ,& iniu
Differunt ſtitiam hominũ,eoꝝ qui veritatẽ dei in iniuſtitia detinent.¶Differunt tñ præſenti loco
rugitus & rugitus dñi,& vox ipſius quã dedit.Rugitus nanq; ſolus infert timorẽ,vox aũt loquelam
vox dñi. exprimẽs,cũ terrore habet etiã doctrinę rationẽ.Et dñs nimiꝝ ſuper infernũ ſolũmodo
rugijt,& rugitu ſuo mortẽ exterruit atq; fugauit:mundo aũt,id eſt,cunctis gentibus vocẽ
ſuã dedit,doctrinæ rationẽ expreſſit,vocẽ,inquã,ſuam ſcilicet loquendo in euãgelio per
ſemetipſum,qui prius dederat voces Moſi & prophetaꝝ.Hinc eſt vel fuit illa ſupra dicta
Pſal.45. cõmotio magna.Cõturbatæ ſunt gẽtes,ait Pſalmiſta,& inclinata ſunt regna,dedit vocẽ
ſuã,mota eſt terra.Nec vero ſimplex cõmotio illa.Nã alij moti ſunt,ad ꝑſequẽdũ,alij ad
agendã pœnitentiã,credẽdo iudiciũ futuꝝ,ſecundũ vocẽ alaꝝ animaliũ,alterã ad alterã
percutientiũ,& ſecundũ vocẽ rotaꝝ animalia ſequentiũ.¶Altera nanq; ad alterã ala per-
cutitur:q̃a duo ſunt aduẽtus leonis huius,& alter de altero cõfirmatur:ſecũdus in quo iu-
dicaturus eſt de primo,in quo eſt iudicatus.Magna & fortis percuſſio alaꝝ huiuſmodi &
Matth.24. percuſſionis vox valde terribilis.Exempli gratia,cũ dicit:Amodo videbitis filiũ hominis
Acto.1 venientẽ in nubibus cœli.Et angeli dicũt,ſic veniet,quẽadmodũ vidiſtis eũ euntẽ in cœ
lũ:q̊d profecto teſtificat̃ vox rotaꝝ,vox legis,& prophetaꝝ,& pſalmoꝝ:Tũc erit & alia
Matth.24 cõmotio magna q̃ñ ſic veniet ille iudicaturus.Nam & virtutes cœloꝝ mouebũtur.Vnde
nõ otioſe repetiuit,q̊d iam ſemel dixerat,& vocem cõmotionis magnæ.Hæc pro illo ter
ræmotu dicta ſint,quia videlicet & quod eo moriente,& ꝙ eo reſurgẽte terræmotus fa-
ctus eſt,magnæ cõmotionis ſignũ fuit,de qua pro rerũ magnitudine nulla poteſt lingua
ſufficienter eloqui.¶Quæ tandẽ vel quid eſt gloria illa dñi,quã ꝑdicat & benedicit,tam
animaliũ q̃ ſequentiũ rotaꝝ oĩs vox,dicẽdo:Benedicta gloria dñi,de loco ſancto ſuo?
Quid



Quid,inquã,eſt gloria ipſa,cui maxime propoſitũ noſtrũ intendit,in ꝑſenti opere de glo
ria & honore filij hoĩs? Quo alio nõie,vt melius poſſit agnoſci,nũcupãda eſt gloria dñi?
Nẽpe iſto nõie,q̃d eſt veritas dñi,& ipſa veritas dñi,q̃d eſt niſi verbũ dñi? Veruntñ cauſa
poſtulat,& cauſam dicturi ſumus,cur ipm̃ verbũ dñi,in q̊ gloriat̃ dñs,libeat ꝑſenti loco
nũcupare veritatẽ dñi.Cũ ſtaret ſub iudicio ante ꝑſidẽ,ipm̃ incarnatũ verbũ dñi,& inter-
rogãti & dicẽti,ergo rex es tu,reſpõdiſſet,tu dicis,q̃a rex ſum ego:ſtatim cauſam ſuã,cau
ſam aduẽtus ſiue incarnatiõis ſuæ taliter edixit:Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in Iohan.18
mundũ,vt teſtimoniũ ꝑhibeã veritati:Oĩs q̃ eſt ex veritate,audit meã vocẽ.Magnũ val-
de capitulũ & in breui ſermone ſenſus pergrãdis,quẽ ſi aſſecutus es,tũc reuera dicas:Bñdi Veritas hic
cta gloria dñi.¶Vt ergo clareſcat ipſa veritas,q̃ta ſit gloria dñi,& q̃ glorioſum opus hu- opponitur
ius filij hoĩs,moriẽdo & reſurgẽdo teſtimoniũ perhibere vel ꝑhibuiſſe veritati,primo cõ vanitati
ſiderãda eſt ipſa facies veritatis qualis ſit.Nõ eñi hic vulgariter nomẽ veritatis debet ac-
cipi,id eſt,eo modo tantũ,q̃ nominari ſolet in noſtris q̊q; cõmunib⁹ verbis iuxta quẽ mo
dũ ethnicus q̊q; ſiue comicus ille veritatẽ nõiare potuit,dicẽs:Obſequiũ amicos,veritas Terentius
odium parit.Vnde ergo vel per q̃d iuuari melius poſſis ad cognoſcendã faciẽ veritatis,q̃ in Andria.
ex eo q̊d illi oppoſitũ eſt,ſcilicet ex inconſtãtia vanitatis? Cuius quæſo vanitatis? Eſt eñi
tam amplũ nomẽ vel ſignificatio vanitatis,vt non ſolũ phantaſmata diaboli,qualia fece-
runt Magi Aegyptioꝝ corã Pharaone,cõtra veritatẽ dei:verũetiã cuncta quæ fiunt ſub Exod.7.8.
ſole,vana dicant̃ & ſint.Vanitas vanitatũ dixit Eccleſiaſtes,vanitas vanitatũ,& oĩa vani- Eccſs.1.
tas.Et poſt enumeratiões multoꝝ,quæ ſub ſole fiunt,vidi,inq̃t,in oĩbus vanitatẽ & affli-
ctionẽ animi,& nihil permanere ſub ſole.¶Nimiꝝ cuncta q̃ non permanẽt,propter hoc Bona tpa-
ipm̃ quia nõ permanẽt,vana eſſe iudicauit:Veruntamẽ vt hæc vana eſſe iudicent̃,ſeu va- lia dicũtur
nitatis arguant̃,nõ tam tẽporalis cõditio ipſoꝝ,q̃ cupiditas meret̃ hoĩm:qui nimiꝝ vani vana, non
& falſi ſunt,dũ in eoꝝ vſu ſiue affluentia beatitudinẽ ſibi cõſtituere ꝑſumũt.Deniq; & ædi ex natura,
ficare domos,& plantare vineas,& facere hortos & pomeria,poſſidere ſeruos & ancillas ſed propter
multãq; familiã habere,armẽta q̊q;,& magnos ouiũ greges,aurũ & argentũ & ſubſtãtias male vtẽtes.
regũ ac prouinciaꝝ,& cætera huiuſmodi,ſancti q̊q; patres Abraham,Iſaac,& Iacob,& Eccſes.2
Iob & Dauid poſſidere potuerũt:nec tñ ea poſſidẽdo in vanitate ambulauerũt.Ad ſum- Gene.1.
mũ vidit deus,inquit ſcriptura,cuncta quæ fecerat,& erant valde bona.Et de cibis Apo-
ſtolus loquit̃,quia omnis creatura dei bona eſt,& nihil reijciendũ,q̊d cũ gratiaꝝ actione 1.Timo.4
percipitur.Ergo vt vana iudicentur,non ipſoꝝ natura,ſed male vtentiũ facit affectus,q̃ñ
nimiũ vel ſuperuacue diligunt̃,videlicet præ cõcupiſcentia carnis,& cõcupiſcentia ocu-
lorũ,& ſuperbia vitæ.A quibus nos reuocans Iohannes apoſtolus:q̃m,inquit,omne q̊d 1.Iohan.2
eſt in mũdo,cõcupiſcentia carnis eſt,& cõcupiſcentia oculoꝝ,& ſuperbia vitæ:q̃ non eſt
ex patre,ſed ex mũdo eſt,& mũdus tranſit & cõcupiſcẽtia eius.¶Semota igitur mediarũ Vanitas va
multitudine vanitatũ,ſummã vanitatẽ,& quæ recte dicatur vanitas vanitatũ,explorare nitatũ, eſt
libet,quatenus ex deprehẽſione illius victæ partis notior fiat hæc pars victrix,ſcilicet ve altitudo ſa
ritas dei,victoriæ laudẽ adepta ꝑ teſtimoniũ huius filij hoĩs,quẽadmodũ dixit,vt ſupra tanæ.
iã memini:Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni in mundũ,vt teſtimoniũ perhibeã veri
tati.Explorata eſt,& ipſa eſt altitudo ſatanæ,quẽadmodũ dicunt,ait Iohãnes apl̃us,ſub- Iohan.18
audit̃,hi qui eũ cognouerũt,vel ſtulte admirati ſunt.Explorata,inquã,eſt,maxime ſanctis Apoc.2
prophetis.Nã in Ezechiele deus exprobrat illi ſub nõie Pharaonis regis Aegypti.Ecce,
inq̃t,ego ad te Pharao rex Aegypti,draco magne,q̃ cubas in medio fluminũ tuoꝝ,& di Ezech.29
cis,meus fluuius,& ego feci memetipm̃,&c.vſq;,eo ꝙ dixeris,fluuius meus eſt,& ego fe
ci eũ.¶Quid rogo eſt dicere,iſtũ draconẽ magnũ,meus eſt fluuius,& ego feci eũ,niſi di-
cere,meũ eſt humanũ genus,& ego feci illud? Et vnde putas illi altitudini ſatanæ vt hoc
audeat dicere? Puta ꝙ proinde gloriet̃ ſic,tantũq; ſibi arroget,q̃a nequiſſimus venerator
per os ſerpẽtis ſibilans,radicẽ noſtræ originis in primis parẽtibus vitiauit,vt tã multiplex
vltra numeꝝ ſuccreſceret propago generis humani,ſupra numeꝝ,inquã,eoꝝ,quos deus Roma.8
ꝑſciuit,& ꝑdeſtinauit regni ſui cõſortes fieri,quoſq; in benedictiõe iuſſit naſci,benedicẽs
eñi dixit,creſcite & multiplicamini.Nam reuera niſi interceſſiſſet ꝑuaricatio,autore illo
ſerpẽte maligno,nõ dixiſſet deus ad mulierẽ:multiplicabo ærumnas tuas & cõceptus tu- Gene.3
os,nõ profluxiſſet ex carnis liquore tantus fluuius tanta ſuperfluitate abundãs,imo ſuper-
abundans humanũ genus.Sic vanus & mendax nebulo ille malignus,vt proinde auſus ſit
dicere factorẽ ſe humani generis,pro eo q̃a vitiator eſt humanæ originis.¶Qualis aũt,q̃
mala ſit intentio vel ſemp fuerit,in operatione tãti aduerſarij in omni virtute & ſignis &
prodigijs mẽdacibus,& in omni ſeductione iniquitatis,quoꝝ primum illud ex ſcripturis
agnouimus,ꝙ ſerpẽtẽ ingreſſus,& ꝑ os eius locutus,ſtultã mulieri admirationẽ fecit,eãq;
ſeduxit:vltimũ,ꝙ hominẽ peccati,ſcilicet Antichriſtũ ingreſſurus eſt,& ſeducet eos q̃ iu- 2.Theſſ.2
ſte pereant,eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperunt,credentes mendacio,iudicentur oẽs

qui nõ

qui nō crediderunt veritati,ſed conſenſerunt iniquitati:qualis,inquā,intentio eius ſit vel
fuerit,operæpretiū eſt,& ad præſens negotiū pertinet hic breuiter edicere,vt,ſicut pro-
poſitū eſt,per hoc oppoſitū bonam & vtilem intentionem dei clarius queamus agnoſce-
re.Hæc nimirū intentio eius fuit,quæ nūc fruſtrata eſt per Ieſum Chriſtū,vt creatura co
gnoſcere non poſſet creatorem ſuū.Quā ob cauſam? Videlicet,quia cognoſcere illum vi
Intētio dei ta æterna eſt,quā ille deo mortuus & mortis autor omnibus inuidet.¶Ecōtra intētio dei
in omni operatiōe ſuæ bonitatis,in omni virtute & ſignis & prodigijs veracibus,in oībus
quas cōdidit ſcripturis veritatis,hæc fuit & eſt,vt creatura creatorē ſuum in veritate co-
gnoſceret.Quàm itidem ob cauſam? Nimiꝝ quia cognoſcere illū,vita æterna eſt,quā il-
Iohan.17. le nobis cupit,quia bonus eſt:Nā hæc eſt vita æterna,inquit filius ad patrē,vt cognoſcāt
te ſolum verum deum,& quē miſiſti Ieſum Chriſtum.Cauſa iſta vere magna eſt,& di-
gna deo,propter quā voluerit cognoſci & glorificari,& admirabilis fieri,magnūq; certa
men ſuſcipere contra illā intentionē diaboli,quo poſſet,vincēdo illum,melius cognoſci,
1.Timo.3. eo ꝙ fructus cognitionis eius,vita æterna creaturæ ſit.Quemadmodū Iamnes & Mam-
bres reſtiterūt Moſi,ita hi reſiſtunt veritati:homines corrupti mente,reprobi circa fidē,
ſed vltra nō proficient.Inſipientia enim eoꝝ manifeſta erit omnibus,ſicut & illoꝝ fuit.
Igitur vt certamen peramplum atq; diutinū,diffuſum in vniuerſitate melius per compen
Allegoria in hiſtoria Exodi. dium perſpicias in parte:ſit tibi Pharao ille carneus,tanq̄ ſpiritualis Pharao diabolus:ſic
illa localis Aegyptus,tanq̄ totus mundus:ſic Iſraelitæ peregrinātes in illa Aegypto,tan-
quā omnes electi dei degētes captiui in hoc ſeculo:ſic omnis tēporis illius Aegyptij tan-
quam omnes homines reprobi,& à deo alieni:ſic illi duo magi,tanq̄ omnes miniſtri ſata
næ,quicunq; reſtiterūt veritati,maleficijs ſiue quibuſdā arcanis & incantationibus maxi-
me armati:ſic Moſes & Aaron,tanq̄ omnes ſancti & prophetæ vel iuſti,quicūq; doctrinā
vel miniſteriū veritatis aſſecuti,ad hoc miſſi ſunt & in hoc ſteterunt,vt teſtimoniū perhi-
berent veritati.¶Quo tendebat Pharao,vocās ſapientes & maleficos,vt facerēt etiā ipſi
Exod.7.8 per incantationes Aegyptias & arcana quædā,ſimiliter vt Moſes & Aaron,proijcientes
ſinguli virgas ſuas,quæ cōuerſæ ſunt in dracones:& conuertentes aquas in ſanguinē,&
educētes ranas ſuper terrā Aegypti,ſimiliter vt Moſes & Aaron,licet vltra proficere nō
potuerunt? Quo tendebat,niſi eo,vt dn̄s deus Hebræorum dicere non poſſet, quod dice
bat,tu ſcias ꝙ non ſit ſimilis mei in omni terra? At ille & magi ipſius reſtiterūt quidē ve-
ritati,ſed vltra non profecerunt,& inſipientia illoꝝ manifeſta fuit,dum per immolationē
agni tandē effectū eſt,vt cantare liceret Iſraeli:Quis ſimilis tui in fortibus domine? quis
ſimilis tui,magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis & faciens mirabilia? ¶Iuxta
Exod.15 Diaboli intentio hunc modū qui ſpectatus eſt in parte,ſpectandū eſt & in vniuerſitate.Quo em̄ tendebat
ſpiritualis Pharao diabolus,adhibens & ſubordinans ſibi per mundum vniuerſum tem-
pla & ſacerdotes arreptitios ſiue phanaticos,magos & aruſpices,poetas quoq; turpiū nu
minum declamatores,ſimiliter,vt putabat,ſicut deus,imo plures q̄ deus,qui tantū in vna
gente habebat prophetas & ſacerdotes.Quo tendebat niſi eo,vt neſciret mūdus,nebula
eius obtenebratus,illud quod ſcire vita æterna eſt,ſcilicet ꝙ non ſit deus,niſi vnus? Non
propoſitum nobis eſt demonſtrare,ſed neq; ſcire licet,quibus modis,quibus artibus ho-
mines corruptos mēte in ius ſuū deduxit,qui niſi corrupti ſua ſponte fuiſſent,& voluptatū
amatores,odiūq; veritatis habentes:non tam facile,nō tam curioſe,tantum admiſiſſent
creaturæ dei adulteriū:non ignorantes iniquum eſſe & impium,cum illo habere pactum,
ſed plane ſcientes,& tamen obſequentes,propter illū,quē nimis diligebant,temporalem
Numa Pō pilius. Lege,ſecundus huius mūdi ſucceſſum.¶Exēpli gratia,Numa Pompilius,* tertius à Romulo rex,ſacroꝝ
Romanorum conſtitutor,conſcriptas eorundem ſacrorum cauſas,ipſe quidem, quo ad
vixit,penes ſe habuit,ſed nec populo nec ſenatui,nec ſaltē ipſis ſacerdotibus eas innoteſ-
Vide Aug. de ciui.dei lib.3 ca.9. Item lib.7. ca.34 cere voluit.Conſtat quippe quia curioſitate illicita,ad ea dæmonū peruenerat ſecreta,q̄
ipſe quidē ſcriberet,vt haberet vnde legēdo commoueretur:ſed tamen quāuis rex eſſet,
qui minime quenquā metueret,ſcire neminem voluit,ne homines nefaria doceret:vio-
lare aūt timuit,ne dæmones iratos haberet.Obruit ergo vbi tutum putauit,ſcilicet in ſe-
pulchro ſuo,cui appropinquare aratrū poſſe non credidit,quod tamen factum eſt.Nam
cuiuſdā Terentij bubulcus,cum iuxta ſepulchrum eiuſdem Numæ aratrum traijceret,li-
bros illos ex terra eruit,& in vrbem ad prætorem pertulit.At ille cum reſpexiſſet princi
pia,rem tantā detulit ad ſenatum.Vbi cum primores quaſdam cauſas legiſſent, cur quid
que in ſacris fuerit inſtitutum,eoſdem libros,vt prætor,combureret,tanquā religioſi pa
tres cenſuerūt.Sed redeamus ad rem.¶Quàm vano tumore inflatus ille ſatanas,ſibimet
applaudebat,eo ꝙ effeciſſet,vt non ſolum cætera dei opera,quorum ſub ſole nil perma-
net,ait Eccleſiaſtes,verūetiā ipſe homo ad imaginē dei factus,vanitatis argui poſſet,ita
Pſal.143 vt ſcriptura q̄q; diceret:Homo vanitati ſimilis factus eſt,dies eius ſicut vmbra pt̄ereunt.
Item



Item:Veruntamen vniuerſa vanitas,omnis homo viuens.Et iteꝝ alia ſcriptura dicit:Ho Pſal.38
mo natus de muliere,breui viuēs tēpore,repletur multis miſerijs:qui quaſi flos egredit Iob.14
& conteritur,& fugit velut vmbra,& nunq̄ in eodem ſtatu permanet.Effecerat quippe
duas homini mortes,alterā animæ,alterā corporis:ſecundum illam myſticam ſimilitudi
nē in Aegypto,vel(ſicut iam ſupra dictū eſt)Magi corā Pharaone,cū duo eſſent,proiece
runt ſinguli virgas ſuas,quæ verſæ ſunt in dracones, neſcientes futuꝝ,ꝙ virga dei,virga Gene.3.
Aaron verſa in colubrum,deuoraret virgas eoꝝ.Vnam quippe ſolummodo,quæ carnis
eſt,mortem,deus homini bene prouidus intulit,dicendo,ne forte ſumat de ligno vitę &
viuat in æternū,emittens eū de paradiſo,& dicens ei,quia terra es,& in terrā ibis.Verun
tamen & ipſa mors carnis,non minus q̄ mors animæ autori diabolo aſcribenda eſt,quia
propter peccatū,cuius ille autor extitit,vtraq; mors in hunc mundū ſubintrauit.Itaq; va Roma.5
nus male gloriabatur,quod optimā dei creaturā,ſcilicet hominem,quaſi victor,vanitati
& morti ſubieciſſet:ignorās futuꝝ,ꝙ(ſicut iam dictū eſt)virga dei verſa in colubrum,vir
gas contrarias deuoraret,id eſt,mors carnis diuinitus prouiſa, vtranq; generis humani
mortē euacuaret.¶Quàm iuſto ecōtra dolore interim omnis creaturę angelicæ & huma Dolor em̄
næ pars electa dolebat,bene æmulans pro ſui creatoris honore,eo ꝙ opus eius nondum electoꝝ de
ita eſſet cōſummatū in veritate,vt obſtrueretur os nebulonis illius,gloriantis quaſi pro vi lapſu hoīs
ctoria,tanq̄ omnino & irrecuperabiliter auertiſſet propoſitū dei,parte angeloꝝ detra- nondū re
cta,& vitiata omni creatura humana.Hinc Iohānes in Apocalypſi cū præmiſiſſet,& ne- parato.
mo poterat in cœlo,neq; in terra,neq; ſubtus terrā,aperire librū,neq; reſpicere illum,& Apoc.5
ego,inquit,flebam multū,quia nemo dignus inuentus eſt aperire librū nec videre eum.
Deniq; in perſona flentis Iohannis vniuerſitatē intelligimus,& eoꝝ qui erant in cœlo,id
eſt,ſanctoꝝ angeloꝝ,& eorum qui erant in terra,ſcilicet hominum iuſtorum in quacūq;
generatione viuentium,& eorum qui erāt ſubtus terram,videlicet mortuorum fidelium
qui apud inferos longum videndi gloriam dei habebant deſiderium.Omnes itaq; dole-
bant tanto dolore,quantū ille Iohannis fletus debuit ſignificare,eo ꝙ nemo dignus inue
niretur aperire librū,& ſoluere ſignacula eius,id eſt,adimplere ſacramēta ſalutis noſtræ,
vel promiſſa quæ in ſcripturis veritatis clauſa cōtinebātur.¶Ab aliqua ſimilitudine capia Golias ex-
mus argumentū.Cū ille Philiſtæus Golias,ſtans clamaret aduerſus phalanges Iſrael, & probrans,
diceret,quare veniſtis parati in præliū? nunquid ego nō ſum Philiſtæus,& vos ſerui Saul? typus diaboli.
eligite ex vobis virū,& deſcendat ad ſingulare cetamen,& poſt hæc & cætera huiuſmo-
di,iactaret ſe dicens,ego exprobraui agminibus Iſraelis hodie:nimiꝝ dolebāt omnes vi 1.Reg.17
ri Iſraelitæ,quia nemo inueniebatur qui auferret hoc opprobriū ab Iſrael,cum p̄cederet
idē Philiſtæus mane & veſpere,& ſtaret quadraginta diebus.Fugiebāt omnes à facie eius
timentes eū valde,& dicentes,alter ad alterum:Ad exprobrandū Iſrael aſcendit, ad ex-
probrandas acies dei viuentis.¶Quid autē erat opprobriū ſiue exprobratio vnius homi
nis,pro cauſa eiuſmodi in cōparatione tantæ rei,tanti aduerſarij,dicētis:Deus ego ſum & Ezech.28.29
in cathedra dei ſedi,& meus eſt fluuius,& ego feci eū,ſcilicet genus humanū? Si ergo do-
lore iuſto dolebāt omnes Iſraelitæ propter vnū talem Philiſtæū,& propter illud tale op-
probriū Iſrael,quia non habebant virum qui deſcenderet ad ſingulare cetamen:quanto
magis iure dolebant omnes ſancti,& homines & angeli,pro gloria dei,eo ꝙ nō haberēt,
qui pugnaret contra talem tantumq; aduerſariū diabolum,ſecūdum iam dictam ſimilitu
dinem Iohannis multum flentis,eo ꝙ nemo eſſet inuentus,neq; in cœlo,neq; ſubtus ter-
ram dignus aperire librū vel reſpicere eum? ¶Igitur dn̄s pater verbi æterni,& deus totius
conſolationis,qui non ſtatim,ſed poſt quadraginta dies illius opprobrij, cum iam bene
experti eſſent omnes Iſraelitæ,ꝙ non deberent confidere in viribus ſuis,miſit eis paruu-
lum Dauid,quem prouiderat ſibi regem in filijs Iſai,in quo experimentum faceret virtu- 1.Regū.17.
tis nominis ſui,dicente,tu venis ad me cū gladio & haſta & clypeo,ego autē venio ad te
in nomine dn̄i,vt ſciat omnis terra,quia non in gladio nec in haſta ſaluat dn̄s:ipſe nō ſta
tim poſt verbū promiſſionis,ſed poſt generatiōes quadraginta,quaꝝ prima in ipſo Abra Galat.4
ham,quadrageſima reputatur in Ioſeph,miſit filium ſuū Chriſtum,ſicut ait Apoſtolus,
in plenitudine temporis,qui ſaluaret non in gladio,neq; in haſta,ſed in ſua humilitate &
patientia.Quis ita futurum crederet,ꝙ talis ille paruulus,de domo patris cuius paſcebat
oues aſſumptus,tale experimentum daret virtutis ſeu nominis dn̄i? Nunquam enim ſic
cōtigerat in Iſrael.Sed nec quiſq̄ eatenus prodierat ex cūctis hoſtibus Iſrael,q multi fue
rant,taliter,vt ad ſingulare certamē prouocaret,& talē cōditionē proponeret.Si quieue 1.Regū.17.
rit pugnare mecū,& percuſſerit me,erimus vobis ſerui:ſi aūt p̄ualuero, & percuſſero eū,
vos ſerui eritis,& ſeruietis nobis.¶Itaq; venerabilis in puero cauſa,propter quā ſe pericu
lo dedit,ſpem firmiſſimā habēs in noīe dn̄i,ꝙ auferret opprobriū ab Iſrael,ſcilicet vt vltra
nō dominarent,aut præualerēt eis Philiſtijm,venerabilis,inquā,cauſa quā dixit,vt ſciat
 omnis

omnis terra, quia eſt dñs deus Iſrael, & nouerit vniuerſa eccleſia hæc, quia non in gladio
nec in haſta ſaluat dñs, ipſius enim eſt bellum. Similiter quis, niſi cui deus reuelauerat per
ſpiritũ ſuum, exiſtimare vel ſperare poſſet, ꝙ mortalis homo per omnia noſtræ naturæ in
deũ in ipſa ſui cõceptione aſſumptus, in hoc naſciturus, & ad hoc eſſet in mundũ vẽturus,
Iohan. 18. Q̃uo teſti- moniũ phi- buit veri- tati Chrs. vt tale teſtimoniũ perhiberet veritati, quẽadmodũ dixit, q̃d iam ſuperius memini, ego in
hoc natus ſum, & hoc veni in mundũ, vt teſtimoniũ perhibeã veritati. ¶ Quale em̃ vel q̃-
modo, & cuius rei teſtimoniũ perhibuit veritati, ſ. verbo dei, verbo deo qui illũ aſſumpſit?
Nimiꝝ fidele teſtimoniũ perhibuit, id eſt, experimentũ in ſemetipſo dedit, ꝙ veritas quæ
non eſt aliud q̃ ipſum verbũ dei, nõ minus in humilitate ſeu infirmitate mortalis naturæ q̃
in maieſtate ſeu fortitudine diuinitatis ſuæ nõ minus in profundo inferni, q̃ in altitudine
cœli, eſſet inſuperabilis, infatigabilis, incõmutabilis. Huius rei teſtimoniũ ꝑhibuit veritati
moriẽdo, ad infernũ deſcendẽdo, à mortuis reſurgẽdo, & in cœlũ vnde venerat aſcendẽ
Eſa. 40 do, vt ſciret oĩs creatura angelica & humana, ꝑ hoc experimentũ, quia verbũ dñi manet
Iohan. 17 in æternũ: & hoc ſciẽdo ipſa quoq; creatura viueret in æternũ, nã hæc eſt, inq̃t, vita æter
na, vt cognoſcant te ſolum veꝝ deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. ¶ Cuius vnquã oculus
hoc vidit? Cuius auris audiuit? Cuius in cor hoĩs aſcẽdit, q̃d taliter deberet fieri, niſi pro-
Ephe. 3 phetaꝝ paucoꝝ, quibus deus per ſpiritũ ſuum reuelauit? Vt de hominibus taceam, nun-
quid vel ſancti totũ hoc ſacramentũ ſciebãt oẽs angeli? Deniq; Apoſtolus dicit: Mihi mi
nimo omnium ſanctoꝝ data eſt gr̃a hæc in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias
Chriſti, & illuminare oẽs, quæ ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſconditi à ſeculis in deo qui crea
uit, vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cœleſtibus ꝑ eccleſiã multiformis ſapiẽtiæ
dei, ſecundũ præfinitionẽ ſeculoꝝ quã fecit in Chr̃o Ieſu dñ̃o noſtro. Nõ dixit, vt innoteſ
cat eccleſiæ ꝑ principatus & poteſtates q̃ ſunt in cœleſtibus, q̃d minus mirũ videretur, ſed
vt innoteſcat per eccleſiã principibus & poteſtatibus in cœleſtibus multiformis ſapiẽtiæ
Eſa. 63 dei, quã fecit ĩ Chr̃o Ieſu, ita videlicet vt vidẽtes glorificatũ caput eiuſdẽ eccleſię, admirẽ
Pſal. 23 tur & dicãt: Quis eſt iſte q venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola
ſua gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ. Et alibi: Quis eſt iſte rex gloriæ, qs eſt iſte rex
gloriæ? ¶ Quoꝝ ne oĩno ignoremus admirationẽ, q̃d vere digna ſit, cõſideremus, quoad
Ephe. 3. poſſumus, rẽ tanti ſacramẽti, q̃d à ſeculis abſconditũ innotuit eis, ſecundũ hæc ipſa verba
beati apoſtoli: Data eſt mihi, inq̃t, gr̃a in gẽtibus euãgelizare inueſtigabiles diuitias Chr̃i
&c. vt ſupra. Pulcherrimas & valde ꝓtioſas diuitias Chr̃i, quas eidẽ filio ſuo theſauriza-
uit diues pr̃ deus, qui oĩa creauit, quas alias vult intelligi, niſi eas, quas cõtinet Gazophyla
ciũ dei, Gazophylaciũ euangelij eiuſdẽ Ieſu Chr̃i? Quas em̃ alias inueſtigabiles diuitias
ipſe, q hæc loquitur, Apoſtolus in gẽtibus euangelizauit? Ergo diuitiæ Chr̃i, diuitiæ in-
Iohan. 1. ueſtigabiles ſunt oẽs gratiæ vel dona ſpũs ſancti, omnis habitãs in eo corporaliter plenitu
Diſpẽſatio ſacramenti abſconditi do diuinitatis, plenitudo gratiæ & veritatis, qa vidimus, ait euãgeliſta Iohãnes, gloriam
eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre, plenũ ſubaudit, vidimus eum gratiæ & veritatis. ¶ De
hmõi diuitijs aliqua dicturi, prius dicendũ arbitramur de illa diſpẽſatione ſacramẽti abſ-
conditi, imo & ante de ipſo ſacramẽto abſcõdito à ſeculis æternis in deo qui oĩa creauit.
Cuius q̃ſo de abſcõſione ſacramẽti hæc dicit? Cognito nãq; ſacramẽto ſiue abſcõſione ſa
cramẽti, tũc demũ ſine ſcrupulo via ſeſe oſtẽdet ad cognoſcendã diſpẽſationẽ ſacramẽti
de q̃ dixit, & illuminare oẽs q̃ ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſcõditi. Quis ergo intelligi vult
noĩe ſacramẽti abſcõditi à ſeculis, ſubiũgẽdo, in deo q oĩa creauit? An forte cauſam ipſam
Ephe. 3 ſecretã, propter quã deus oĩa creauit? Nõ em̃ fruſtra vel otioſe, talẽ ꝓſenti loco relationẽ
fecit, dicẽs, in deo q oĩa creauit: & q̃ cauſa eſt, propter quã deus oĩa creauit, niſi iſte filius
hoĩs? ¶ Religioſe dicendũ, reuerẽter eſt audiendũ, qa propter iſtũ filiũ hoĩs, gloria & ho
Hebræo. 2 nore coronãdũ, deus oĩa creauit. Vnde idẽ Apoſtolus ad Hebræos cũ ꝓmiſiſſet, videmus
dñm Ieſum propter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatũ, vt gr̃a dei pro oĩbus gu
ſtaret mortẽ, ita ſubiunxit: Decebat em̃ eũ, propter quẽ oĩa, & ꝑ quem oĩa, qui multos fi-
lios in gloriã adduxerat, autorẽ ſalutis eoꝝ per paſſionẽ cõſummari. Diligẽter animad-
uertendũ, duo dixit, propter quẽ oĩa, & per quẽ omnia. Et quidẽ per quẽ oĩa ſi ſolũ dixiſ
ſet, non eſſet adeo mirũ ſiue incognitũ: ſcimus em̃ oẽs, quia oĩa per ipm̃ facta ſunt, & ſine
ipſo factũ eſt nihil. Nunc aũt duo hæc dixit, prius, propter quẽ oĩa: deinde, & ꝑ quẽ oĩa.
Gene. 1. Ergo ipſe cauſa eſt, propter quã videlicet cauſam deus creauit oĩa, & q̃ pulchre, q̃ venera
biliter ſacr̃m appellauit, abſcõditũ à ſeculis in deo q oĩa creauit. Deniq; cũ diceret deus, fi
at hoc vel illud, fiat firmamẽtũ in medio aquaꝝ, fiãt luminaria, & illuminẽt terrã, & ita fie
ret: ſciebãt angeli de his & de cæteris, q̃d ꝑ verbũ fierent, qm̃ de oĩbus ipſe dixit, & facta
Pſal. 32. 148 ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. ¶ Cauſa aũt, cur hæc oĩa faceret, abſcõdita erat in deo, &
idcirco cauſa ipſa recte dicit̃ ſacr̃m, qa hoc erat in deo abſconditũ, id eſt, ſoli deo cognitũ
propter quid & angelos creaſſet, & fabricã huius mũdi cõderet? Nũc aũt innotuit, & an-
gelis



gelis in cœleſtibus & hoĩbus in terra, qa per quẽ facta ſunt oĩa, ꝓpter ipm̃ etiã facta ſunt
oĩa. Quod vt lucidius pateat, iam de diſpẽſatiõe ſacramẽti eiuſdẽ dicendũ eſt. ¶ Et illumi Quatuor ſa cramẽta ad ſalutem ne ceſſaria.
nare (inq̃t) oẽs, quæ ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſconditi à ſeculis in deo q oĩa creauit. Eoꝝ
quę ꝓcipue ſunt in diſpẽſatõe ſacramenti, i. cauſæ ſecretæ, propter quã deus oĩa creauit. ſ.
verbi dei, filij dei, eiuſdemq; filij hoĩs, propter quẽ oĩa, & ꝑ quẽ oĩa, ſicut iã dictũ eſt: eoꝝ
(inquã) primũ eſt & opus incarnatio, ſcd̃m paſſio, tertiũ reſurrectio, quartũ aſcẽſio, de q-
bus quatuor ſacramẽtis, ad æternã ſalutẽ neceſſarijs (nã abſq; hoꝝ fide nemo põt ſaluari)
hic nobis ſermo ẽ ſcribẽdus de gloria & honore filij hoĩs. Sic nãq; accipimus vnũ ſacr̃m
q̃d erat iſt abſcõſione illa, & quatuor ſacr̃a, quæ apparuerũt in diſpẽſatiõe iſta, ſicut in vi- Ezech. 1. 10.
ſione prophetica, de qua in hoc ope iã ſæpe dictũ eſt, vnũ aĩal & q̃tuor accipimus facies, Admiratio angeloꝝ ſuper ijs.
ſiue q̃tuor aĩalia. ¶ Nũc vide in iſta quaternaria diſpẽſatiõe ſacr̃i, q̃uo ſancti angeli mirã
tes interfuerint, qm̃ Apl̃s de iſto ſacr̃o dixit, vt innoteſcat principib⁹ & ptãtib⁹ in cęleſtib⁹ Ephe. 3.
ꝑ eccleſiã multiformis ſapĩæ dei. Nato illo de virgine Maria, ipſa nocte paſtoribus angel⁹ Lucæ. 2
locut⁹ eſt cũ claritate magna, & mox vt ille gaudiũ magnũ annũtiauit dicẽs, qa natus ẽ vo In Chr̃i in carnatione
bis hodie ſaluator, q ẽ Chr̃s dñs in ciuitate Dauid, ſubito facta ẽ cũ illo multitudo militiæ
cœleſtis laudãtiũ deũ, & dicẽtiũ: Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hoĩbus bonæ volũ
tatis. Nimiꝝ iure laudabãt, recte admirabant̃ & glorificabãt, qa magnũ innotuerat eis ſa
cramẽtũ, qa videbãt eiuſdẽ dei & dñi ſui in terra nõ minorẽ humilitatẽ ſiue clemẽtiã, q̃ vi
derãt in cœlo maieſtatẽ ſiue potẽtiã. Itẽ cũ pateret̃, cũ in paſſiõe agonizaret̃, nimiꝝ ꝓſen In paſſione Luc. 22.
tes aderãt angeli ad tã miꝝ patiẽtiæ & hũilitatis ei⁹ ſpectaculũ. An qa de vno ſolo narrat
euãgeliſta, qa apparuit ei angelus de cœlo cõfortãs eũ, putas qa nõ plures affuerũt? Imo
& illos pñtes habebat, & ſi voluiſſet, viſibil̃r exhibuiſſet, de q̃bus Petro dicebat: An putas, Matth. 26.
qa nõ poſſum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi mõ plus q̃ duodecim legiões angeloꝝ. In reſurre ctione
Itẽ, cũ reſurgeret à mortuis, ex abundãti eſt aſtruere, qa læti & iucũdi exceperunt eũ oẽs Iob. 38
ſancti angeli, & ſicut alibi ſcriptũ eſt: Laudauerũt eũ aſtra matutina, & iubilauerũt oẽs fi- Pſal. 21
lij dei, attoniti ꝓ gaudio tãti ſacramẽti, q̃d innotuerat eis, ita vt dicerent: Quis eſt iſte rex
gloriæ? qs eſt iſte rex gloriæ? & reſpõderẽt ipſi ſuæ admirationi: Dñs fortis & potẽs, dñs
potẽs in ꝓlio ipe eſt rex gloriæ, dñs virtutũ ipe eſt rex gloriæ. Sufficiebãt duo ex illis ad iu Lucæ. 24
diciũ ſiue pro teſtimonio magnæ cũctoꝝ feſtiuitates, ſedẽtes viſibil̃r ad monumentũ eius In aſcẽſiõe
in albis. In cũ aſcẽderet, & apoſtoli intuerent̃ eũ euntẽ in cœlũ, magnã cunctoꝝ beatoꝝ Acto. 1
ſpirituũ feſtiuitatẽ ſatis indicauerunt duo ex ipſis, q aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis.
Hęc idcirco dicta ſint, vt aliquatenus ꝑſentire queamus, q̃ magna, q̃ læta fuerit admiratio
ſanctis angelis ſuꝑ illo ſacr̃o, ſcd̃m hæc verba B. Apoſtoli: Et illuminare oẽs quæ ſit diſpẽ Ephe. 3.
ſatio ſacramẽti abſcõditi à ſeculis in deo, q creauit oĩa, vt innoteſcat principibus & ptãti
bus in cœleſtibus ꝑ eccleſiã multiformis ſapĩæ dei. ¶ Adhuc de iſta vera dñi gloria, ſeu
veritate glorioſa, quæ diaboli vanitatẽ & mẽdaciũ taliter vincit, aliq̃ dicturi magno eiuſ- Ardua q̃ſtio de oĩpotẽ tia & volũ tate dei
dẽ ducimur amore veritatis, vt nõ intactã prætereamus illã ſtultitiæ ſuſpitionẽ, quã Apo
ſtolus in gẽtibus redarguẽs, nos aũt (inq̃t) ꝓdicamus Chr̃m Ieſum crucifixũ, Iudæis q̃dẽ 1. Cor. 1
ſcãdalũ, gẽtibus autẽ ſtultitiã. Stultũ nãq; viſum eſt gẽtiũ ſapiẽtibus, ꝙ deus, cũ ꝓdicet̃ oĩ-
potẽs, vt vere ẽ, cãs euenire ꝑmiſit, propter q̃s oporteret eũ hoiem fieri & crucifigi, ſcd̃m
ſtultã (vt eis viſum ẽ) ꝓdicationẽ euãgelij. Quare nõ potius fecit vt oẽs deus, q̃tenus ne-
q; homo caderet, neq; angelus, atq; ita ſalua ſtarẽt oĩa ſine labore eius? Stultum nãq; fuit,
(aiũt ſapiẽtes huius ſeculi, quos ſapĩam deus ſtultã fecit) ſtultum fuit, malle pro mortais
mori, ſicut ꝓdicatis, q̃ præuenire malũ ſiue cauſam, propter quã oporteret neceſſario deũ
hoĩem factũ, etiã pro hoĩbus mori, malle pro reparandis ruinis laborare, q̃ creaturas an-
gelicã atq; humanã, ne ruere poſſent, firmiter in ipſo creationis initio ſtabilire. Secundũ
iſtã ſeculi ſapĩam conſequens viſum eſt nonnullis etiã eccleſiaſticis, q̃d deus voluerit ma-
lum ipm̃ fieri, propter q̃d oporteret dei filiũ hominẽ factũ, (vt iã dictũ eſt) mori, ne ſi ali-
ter dicerẽt, viderent̃ cõſequẽter debere fateri, ꝙ deus oẽs nõ ſit. Itaq; vtrobiq; magna eſt
difficultas humano ſenſui, & vtrobiq; ꝓſumptoribus blaſphemãdi occaſionẽ parit. Aiunt
em̃ iſti: Si malũ deus fieri noluit, malũ aũt euenit, propter q̃d ipm̃ vſq; ad mortẽ laborare
oportuit, ergo deus om̃ipotẽs nõ eſt. Aiunt ecõtra illi: Si deus om̃ipotẽs eſt, & malũ ne fie
ret, auertere potuit, malũ aũt eo ꝑmittẽte factũ eſt, propter q̃d vſq; ad mortẽ laboraturus
erat, ergo deus ſapiẽs nõ eſt. Et vt de aliq̃ exẽplo nos magis coartẽt, i. ſapiẽtes huius ſecu-
li, quoꝝ (vt iã dictũ eſt) ſapientiã deus ſtultã fecit, dicere poſſunt, ſi volunt. Si potuiſſet for Iudic. 16
tiſſimus Samſon inimicos ſuos oẽs principes Philiſtinoꝝ, & cũ eis tot viros ac mulieres ſic
interficere, vt nõ etiã ipſe moreret̃, nõne ſtultũ fuiſſet ſic de illis vltionẽ quærere, & ſic eos Rñſio beati Auguſtini
interficere, vt etiam ipe moreret̃? ¶ Inter medium iſtaꝝ partium eximius pater Auguſti
nus, regiã tenens viam, dixit: Quis em̃ audeat credere aut dicere, vt neq; angelus, neq; ho
mo caderet, in dei poteſtate non fuiſſe? Sed hoc eoꝝ poteſtati maluit non auferre, atq; ita

& quantũ mali eoꝝ ſupbia, & quãtũ boni ſua grã valeret, oñdere. Veruntñ cũ hæc dicit,
Hæc rñſio insufficiens
nõ ſatis illoꝝ ſuſpitionẽ perimit, qbus cũ dei oĩpotẽtia conſtet, cõſequẽs eſſe videt, ꝙ deus
malũ fieri voluerit, cũ eo ſciẽte vel pſciẽte factũ ſit. Quid igit dicemus ad hæc, niſi eẽ aliqd
qđ deus oĩpotẽs nõ potuerit aut non poſſit? Nec vero primũ à nobis dicendũ, imo longe
añ nos dictũ eſt, qa deus iniuſtus eſſe nõ pt. Sed & in euãgelio Marcus hoc negatiõis ver-
Marc. 6.
bo vti nõ dubitauit. Cũ eñi abijſſet dñs Ieſus in patriã ſuã, dicẽtibus illis, vñ huic hæc oĩa,
nõne iſte eſt faber, filius Mariæ, nõ poterat (inqt) ibi virtutẽ vllã facere. ſ. virtutẽ fidei, vir
tutẽ ſpei, virtutẽ charitatis. Hmõi nanq; virtutes intelligi voluit, ſubiungẽdo, niſi paucos
infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabat propter incredulitatẽ eoꝝ. Si ergo dñm
virtutũ, veꝝ deũ, dei oĩpotẽtis oĩpotentẽ filiũ dixit, in illis cõuicaneis eius nõ potuiſſe fa-
cere virtutẽ vllã, qa nõ p ignorãtiã errabãt, ſed p inuidiã blaſphemabãt: qto magis de il-
lis ſpiritibus malis & malignis, ſupbis & inuidis, q gloriæ creatoris inuidebãt, ſane dicas,
Angelus & hõ nõ de virtute, ſed de vitio in vitiũ ceciderũt
qa nõ potuit in eis facere vllã virtutẽ? ¶ An putas, qa de virtute in vitiũ, & nõ potius de
vitio in vitiũ ruẽdo, & angelus cecidit de cœlo, & hõ eiectus ẽ de paradiſo? Nõ eñi ita ceci
dit, vt q erat ſctũs, ſiue in aliqua ſanctitatis arce locatus, fieret iniquus: & in id, qđ ſanctitati
eſt cõtrariũ, laberet: ſed ad hoc vt ſctũs fieret, deumq; cognoſcẽdo & diligẽdo ſctũs fieret
& ad ſanctitatẽ proficeret, & angelus in cœlo, & hõ poſitus fuerat in paradiſo. Nõ ergo
de ſanctitate, quã nõ attigerat, in iniqtatẽ, ſed de loco in locũ, de cęlo in iſtũ caliginoſum
aerẽ, de mãſionibus quæ in domo ab initio & angelis & hoĩbus multæ paratæ ſunt, ceci-
dit ſiue eiectus ille angelus, & cadẽdo factus ẽ diabolus, qa ſupbiuit, & ſibimet ipẽ placuit
tanq̃ ſibi ſufficiẽs, qđ nõ fuit de virtute in vitiũ cadere: ſed in eo, qđ fact⁹ erat, remanere. ſ.
in vanitate, qđ qddã mediũ eſt inter verã & incõtaminabilẽ eſſentiã dei, & illud vnde oĩa
creauit. ſ. nihil. ¶ Et cætera qdem naſcentiũ genera in id reuertunt, vnde facta ſunt. ſ. in
Alr angel⁹ & hõ, alr res cęteræ dicũtur vanæ
nihilũ, & idcirco interim, dum ſubſiſtũt, recte vana dicunt & ſunt: angelica vero & huma
na creatura, non qdem in nihilum, ita vt oĩno non ſit, ſed in ſemetipſa remanẽs, & deo q
vere eſt, frui contẽnens, nihilominus vana, imo & ipſa vanitas eſt. Vanitas eñi vanitatũ,
dixit Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatũ & oĩa vanitas, & homo ipſe vanitas, ſiue vanitati ſi-
milis factus eſt. Et ipſe diabolus non ſolũmodo vanus, verumetiã totius vanitatis eſt prin
ceps, qa deo frui contẽpſit, & in ſemetipſo remanere noluit, vt iam dictũ eſt. ¶ Vtrũ in
Rñſio ad q̃ſitum alia. Iohan. 5
poteſtate dei fuerit, quatenus nec iſte de cœlo, nec homo illũ imitãs caderet, ſiue eijceret
de paradiſo, dicat ipẽ dei filius, oĩpotens ex oĩpotente, deus ex deo. Non poſſum (ait) ego
à meipſo facere quicquã, ſicut audio, iudico. Vnde ſciendum, qa iudex iniuſtus eſt, q à ſe-
metipſo facit. i. q aliter iudicat q̃ audit, ſiue intelligit. Hoc facere deo impoſſibile eſt, iniu
Addo, eſſe
ſtus eñi † oĩno non pt. Et proinde ſicut audiuit, ſic illũ iudicare oportuit, vt ſeſe nõ cõica-
ret aut impartiret creaturæ illi, quæ auſa eſt velle ſeipſam ſufficere ſibi. Salua igit oĩpoten
tia, ſalua beneuolẽtia dei, ruẽte diabolo, & hoĩe decepto, malũ accidit, propter quod deũ
ſapientẽ laudabiliter hoĩem fieri, & pro hoĩbus mori oportuit, aliterq; homo ſaluari non
potuit, & hoc nimiꝝ ſenſu fidelis animus nõ ſegnior, imo citatior fit ad occurrendum, &
grãs agendũ charitati dei, qa neceſſario propter nos tñ ſe humiliauit. ¶ Nunc ad illud lõ
Hebræo. 2
ge ſuperius memoratũ Apoſtoli caplm recurrere libet, quo dicit: Decebat eñi eum, pro-
Alia q̃ſtio.
pter quẽ oĩa, & p quẽ oĩa, q multos filios in gloriã adduxerat, autorẽ ſalutis eoꝝ p paſſio-
nem cõſummari. Hic primũ illud quærere libet, vtrũ iſte filius dei, de quo hic ſermo eſt,
etiã ſi pctm̃, propter qđ oẽs morimur, non interceſſiſſet, homo fieret, an non. Nam de eo
ꝙ mortalis homo non fieret ꝙ mortale corp⁹ nõ aſſumeret, niſi pctm̃ accidiſſet, ppter qđ
& nos oẽs facti ſumus mortales, nulli dubiũ eſt, nulli niſi infideli incognitũ eſt. Illud quæ-
Reſponſio.
rimus, vtrũ hoc futuꝝ, & humano generi aliquo modo neceſſariũ erat, vt deus homo fie-
ret caput & rex oĩm, vt nunc eſt, & qd de hoc reſpondebit? Nimiꝝ de oĩbus ſanctis &
electis certum eſt, qa nati fuiſſent oẽs, & ſoli, ſi non accidiſſet illud pctm̃ primæ præuarica
Aug. de ci. dei li. 14. c. 23
tionis. Hinc pater Auguſtinus in libro. XIIII. de ciuitate dei: Quiſqs aũt dicit primos ho
mines nõ coituros fuiſſe, nec generaturos niſi peccaſſent, qd dicit, niſi propter numeroſi-
tatẽ ſanctoꝝ neceſſarium hoĩs fuiſſe pctm̃? Si eñi non peccando ſoli remanerent, qa ſi-
cut putant, niſi peccaſſent, gñare non poſſent, profecto vt non ſoli duo hoĩes iuſti poſſent
eſſe, ſed multi neceſſariũ pctm̃ fuit, quod ſi credere abſurdũ eſt, illud potius eſt credẽdum
ꝙ ſanctoꝝ numerus, quãtus cõplendæ illi ſufficit beatiſſimæ ciuitati, tãtus exiſteret, & ſi ne
mo peccaſſet, quãtus nũc p dei grãm de multitudine colligit pctõrum, quouſq; filij ſeculi
Fili⁹ dei fact⁹ eẽt hõ, etiã ſi Adã nõ peccaſſet
huius generãt & generant. ¶ Cũ ergo de ſanctis & electis oĩbus dubiũ nõ ſit, ꝙ naſcitu-
ri forẽt oẽs vſq; ad pfinitũ numeꝝ ſecundũ propoſitũ dei, quo ante pctm̃ benedicẽs: Cre-
ſcite ait & multiplicamini, & abſurdũ ſit putare, ꝙ ppter eos, vt naſcerent, pctm̃ neceſſari
um fuerit, quod de iſto capite, & rege oĩm electoꝝ angeloꝝ & hoĩm ſentiendum, niſi ꝙ
& ipſe maxime cauſam neceſſariã non habuerit ipſum pctm̃, vt homo fieret ex hominibus
deli-



delicias ſuæ charitatis habiturus cũ filijs hoĩm. Ipſe eſt eñi ſapĩa dei quę de iſto ſuo propo
Prouerb. 8
ſito dicit: Dñs poſſedit me initio viaꝝ ſuaꝝ &c. quæ ita cõcludit: Qñ appẽdebat funda-
mẽta terræ, cũ eo erã cũcta cõponẽs, & delectabar p ſinglos dies, ludẽs corã eo oĩ tpe, lu-
dẽs in orbe terraꝝ, & deiciæ meæ eſſe cũ filijs hoĩm. ¶ Tãtæ charitatis propoſitũ, q̃ pro-
Maxĩa charitas dei erga hoĩes
poſuerat deus dei verbũ deliciari cũ filijs hoĩm, formã habẽdo circũſcriptã ex natura hũa
na, in medio angeloꝝ & hoĩm, mirũ & adoratiõe dignũ, qa non euacuauit ex aduerſo ve
Roma. 5
niẽs pctm̃, imo iam tũc factũ eſt illud, qđ alibi ſiue aliunde dictũ eſt: Vbi aũt abundauit de
lictũ, ſupabundauit & grã. Vbi nãq; abundauit tñ tãtæ puaricatiõis delictũ, vbi ſup mor
tem aĩæ, qua mortui fuimus in illis parẽtibus noſtris, p illud originale pctm̃ acceſſit mors
altera, mors. ſ. corpis, prouidẽtia dei, dicẽtis ad hoĩem, qa terra es, & in terrã ibis: gratio-
ſum, acceſſit pceptũ patris ad charitatẽ filij obediẽtis, quatenus ipſe filius talis fieret abſq;
pctõ, quales nos propter pctm̃ facti fueramus. i. nõ ſolũ noſtrã, quã propoſuerat aſſume-
re naturã, offenſus nõ refugeret, verũetiã propter nos vſq; ad mortẽ noſtrã deſcenderet,
Hebr. 2.
ꝙ eũ maxĩe deceret, quẽadmodũ (vt iã meminim⁹) apls dicit: Decebat eñi eũ, ppter quẽ
oĩa, & p quem oĩa, q multos filios in gloriã adduxerat, autorẽ ſalutis eoꝝ p paſſionẽ con
ſummari. In hac ergo cõſummatione, eo ꝙ per paſſionẽ cõſummatus eſt ipſe autor ſalu-
tis noſtræ, põdus eſt paterni pcepti, decus eſt obediẽtiæ filij, paternę dilectiõis, de quo idẽ
Philip. 2
Aplus dicit: Humiliauit ſemetipm, factus obediens vſq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Et
Roma. 8.
alibi: Qui etiã proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis oĩbus tradit illum. Et ipſe fili
Iohan. 14
us ipſa nocte qua tradebat, ait ad diſcipulos ſuos: Sed vt cognoſcat mundus, qa ego dili-
Charitas patris & filij & ſpũs ſancti
go patrẽ, & ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. ¶ Et qa per charitatem pater hoc
mandatũ dedit, & per charitatẽ filius obediuit vſq; ad mortẽ crucis, ipſa aũt charitas ſan
Hebrę. 9
ctus eſt ſpũs eorundẽ patris & filij, recte & venerabiliter idem Aplus ad Hebræos dicit:
Sãguis Chri q per ſpm̃ ſanctũ ſemetipm obtulit immaculatũ deo, emundauit conſciam
noſtrã ab opibus mortuis, ad ſeruiendũ deo viuẽti. Hãc eius humilitatis & obediẽtiæ glo
riam magna gloria cõfeſtim ſecuta eſt. Nã propter hoc deus illũ exaltauit, & donauit il-
Philip. 2
li nomẽ, qđ eſt ſup oĩe nomẽ, vt in noĩe Ieſu omne genu flectat, cœleſtiũ, terreſtriũ, & in
Adeam⁹ cũ fiducia ad thronũ grę
fernoꝝ. ¶ Hic iam audire plurimũ delectat illud, qđ idẽ Aplus vas electiõis, q̃ gratioſe, q̃
venerabiliter intonat: Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ græ, vt miſericordiã cõſequa-
Heb. 4
mur, & grãm inueniamus in auxilio tpe opportuno. Fidẽtes nos eſſe vult, fiduciã nos ha-
Galat 5
bere hortat, quæ videlicet fiducia nimiꝝ venerabilis atq; laudabilis eſt, qm̃ fides eã cũ dile
1. Cor. 8.
ctione, fides ſciam cũ charitate habẽs, operat. ¶ Quid eñi? Tu forte ſuſpenſa mente alta
Obiectio cõtra fiduciã iſtam.
cœloꝝ ſuſpiciẽs, & illic intuẽs oculo contẽplationis hunc altiſſimũ dei filium, ſtantẽ, ſiue
ſedentẽ à dextris dei, ad dexterã maieſtatis in excelſis, tremebũdus & magna formidine
tactus in corde tuo dicis: Eheu, qdnam erit de nobis ſeruis iniquis & ſceleſtis, quoꝝ pro
pter ſcelera talis ac tãtus dñs, tot & tãtus affectus eſt cõtumelijs vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt
Reſponſio. Marci. 11
crucis? Cũ hoc vel huic ſile aliqd dixeris, nõ vane videat tibi, ꝙ ille (vt eſt mitis & humilis
corde) veraciter rñdere poſſit. Nec ego talis ac tãtus nũc exiſterẽ, niſi cauſa tui, niſi pro-
pter pctã gñis humani. Et reuera ſic eſt, tamq; certũ nobis eſſe debet, ac ſi ore proprio re-
ſponſum eiuſmodi daret aut dediſſet. Vt qd eñi homo iſte ſiue filius hoĩs in deum aſſum-
ptus eſt? vt qd paſſus vel mortuus eſt? Nõne pro impijs? nõne pro inimicis? Videmus aũt
Hebre. 2
(ait idẽ Aplus) dñm Ieſum Chrm, propter paſſionẽ gloria & honore coronatũ. Ergo im
pij & ſcelerati cauſa fuerũt ei, vt coronaret & ſederet à dextris dei, coronatus glia regni,
honore pontificij. Multũ igit debet impijs p fidẽ eius ad pietatẽ cõuerſis, multũ debet ini
micis p ipm deo reconciliatis. Hinc iure nobis fiducia, & fiducia noſtra ipſi placet, qm̃ iu
Adeam⁹ ad thronũ grę
ſtã eſt, qm̃ rõnabilis eſt. ¶ Igit cũ fiducia (inqt) adeamus. Quo adeamus? Ad thronũ grę.
Magnifice dictum, venerabiliter audiendũ. Quid eñi eſt thronus grę? Dulcius quippe ac
delectabilius hoc ſonat, quod dicit, ad thronũ grę, q̃ ſi diceret, ad thronũ iudicij vel iuſti
tiæ. Et qdem thronus Chri filij dei, thronus eſt iudicij vel iuſtitiæ, & in hoc tpe magis
1. Timot. 1
expedit nobis, vt primũ ſit thronus grę. Quibus vel qualibus nobis? Nimiꝝ pctõribus,
1. Coꝛ. 15
quoꝝ (ait idem Apoſtolus) primus ego ſum, & grã dei ſum id qđ ſum. Deniq; & eius con
ſecutionis, de qua cum præmiſiſſet, quod iam dictũ eſt: Adeamus ergo cũ fiducia ad thro
num grę, protinus ſubiunxit, vt miſericordiã cõſequamur, & grãm inueniamus in auxi-
lio opportuno: magnũ in ſeipſo ſciebat experimentũ, qa cũ fuiſſet pctõr & blaſphemus cõ
Aĩalia illa quatuor reuertent, & non reuertentur.
ſecutus erat de illo throno grę duo hæc, mĩam & grãm, mĩam videlicet remiſſionẽ pec-
catoꝝ, & grãm. ſ. inſup apoſtolatũ. Hoc nũc interim opus ſiue officiũ eſt, nõ tam iudicis
ſedẽtis in throno iudicij ſiue iuſtitiæ, q̃ põtificis ſummi, ſedẽtis in throno grę, futuꝝ ãt ẽ,
vt ſedeat iudex in throno iudicij, ſedeat rex in throno iuſtitię, quando reuertentur quatu
or animalia hæc, ſiue quatuor vnius animalis facies, de qbus nobis hactenus ſermo eſt.
Ezech. 1.
¶ Reuertent enim modo quodã, & non reuertent. Vtrunq; enim in propheta ſcriptũ eſt:
Non

Non reuertebant(ait)cũ incederẽt,ſed vnũquodq; eoꝝ ante faciẽ ſuã gradiebat. Et ſubin
de:Et animalia ibãt,& reuertebant in ſimilitudine fulguris coruſcãtis. Quo ergo mõ non
reuertent? Eo nimiꝝ mõ nõ reuertent, vt Chrus,q ſemel paſſus eſt,iteꝝ patiat. Quo autẽ
mõ reuertent? Memoriter qppe tenendũ,quatuor vnius aĩalis facies,eſſe vnius Chri qua-
tuor ſacra hæc,quę Chriano ignorare nõ licet,incarnationẽ,paſſionẽ,reſurrectionẽ,aſcẽ
ſionẽ. Eo vtiq; mõ,vt ſedeat in nouiſſimo die in ſede maieſtatis ſuæ, filius hoĩs cũ inſigni-
bus ſuæ paſſiõis,ſ.cũ cicatricibus vulneꝝ,quæ in manibus,& pedibus,& in latere ſuo ſuſce
Deuter.32 pit,& demõſtret oĩbus qa reſurrexit in veritate carnis,&faciet cũ oĩbus electis ſuis,q erũt
à dextris,illud qd dictũ ẽ in cãtico Deutero. Sicut aqla prouocãs ad volandũ pullos ſuos
& ſup eos volitãs,expãdit alas ſuas,&aſſumpſit eũ,atq; portauit in humeris ſuis. De vtro-
Hebræo.9 q; hoc,ſ.& de nõ reuertẽdo,&de reuertẽdo,idẽ Aplus dicit:Neq; vt ſæpe offerat ſemet-
ipm,queadmodũ pontifex intrat in ſancta p ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioqui
oportebat eũ frequẽter pati ab origine mũdi. Nunc aũt ſemel in cõſummatiõe ſeculoꝝ,
ad deſtructionẽ peccati per hoſtiã ſuã apparuit. Et queadmodũ ſtatutũ eſt hoĩbus ſemel
mori,poſt hoc iudiciũ,ſic & Chrus ſemel oblatus eſt ad multoꝝ exhauriẽda pctã,ſecũdo
Queſtio de ſine pctõ apparebit expectãtibus ſe in ſalutẽ. ¶ Quod cum dicit,nõ ab re quærat aliqs.
btitudie ſã Quid factũ eſt hactenus vel nunc fit in oĩbus ſanctis,q expectauerũt eũ ab origine mun-
ctoꝝ iã oli di,ſi tunc apparebit? Nã,apparebit,de eo dicimus qd nondũ videmus. Quid ergo factũ
defunctoꝝ eſt illis? Nunqd nondũ vidẽt gloriã dñi,gloriã & honorẽ huius filij hoĩs,ſedẽtis à dextris
2.Coꝛ.5 dei? Vt qd ergo tãtopere deſiderãt peregrinari à corpe,niſi vt pſentes ſint ad deũ? Vt qd
Philip.1. cupiũt diſſolui,niſi vt cũ Chro ſint? Qũo ergo nunc dicit,ſecundo apparebit expectanti-
Reſponſio. bus ſe in ſalutem? An forte propter illos dicit,q tunc in corpe pſentes erãt,iuxta qd & ad
1.Theſſ.4 Theſſalonicẽſes dicit:Deinde nos q viuimus,q relinquimur,ſimul rapiemur cũ illis in nu
bibus obuiã Chro in aera,& ſic ſemp cũ dño erimus. Et hoc qdẽ recte ſentit. Veruntñ &
de oĩbus ſanctis,q peregrini à corpore, pſentes ſunt ad deũ, nihilominus recte dicas,qa
expectãt eũ,recte(inquã)dicas,qa & vidẽt eũ,& expectãt eũ. Nondũ em̃ toti vidẽt eum,
nondũ in carne ſua vident deũ. Hæc eſt expectatio illoꝝ,vt in carne videãt deũ. Scio em̃
Iob.16 (ait btũs Iob)ꝙ redẽptor meus viuit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum,& rur-
Qũo ſecũ- ſum circũdabor pella mea,& in carne mea videbo deũ ſaluatorẽ meũ. ¶Pro hmõi expe
do appare ctatione recte intelligis dictũ,ſcdo apparebit expectãtibus ſe in ſalutẽ. Et qlis (rogo) tunc
bitdñs
1.Theſſa.4 erit eius apparitio? quali cũ voce gloria dñi,qta cũ cõmotione apparebit? In iuſſu em̃(ait
idem Aplus)& in voce archãgeli,& in tuba dei deſcẽdet de cœlo, & mortui qui in Chro
ſunt,reſurgẽt primi. Magnus erit ille rugitus leonis,tenẽtis atq; amplexãtis prædã.ſ.ſan-
Mat.16.25 ctos & electos oẽs cõſtitutos à dextris,quoꝝ omi multitudine diabolũ ſpoliauit,& rugiẽ-
tis ſup illos q à ſiniſtris erunt,tali rugitu,vt dicat:Ite maledicti in ignẽ æternũ, q paratus
eſt diabolo & angelis eius,poſtq dixerit à dextris:Venite benedicti pris mei. Tunc ſicut
Iob.40. ad btm̃ Iob dictũ eſt,videntibus cunctis pcipitabit ille Behemoth, qd interptat animal.ſ.
Duplex leo diabolus,leo cõtrarius,leo dictus propter feritatẽ. Nã iſte q rugiet ſup eum,& ſuo rugitu
Facies aqlę pcipitabit eum,leo dicit propter fortitudinẽ. ¶Cum hoc factũ fuerit,tunc demũ oĩs ru-
poſt extre- gitus magni huius leonis ceſſabit,cauſam deinceps propter quã rugiat,nõ habituri,vide-
mũ iudiciũ licet ablatis de regno eius oĩbus ſcãdalis: & tunc facies aquilæ ſublimius euolabit, pariter
Matth.13 volantibus & ſequẽtibus,quocũq; ierit,pullis eius oĩbus,bene adultis,& bene probatis,ꝙ
nõ degeneres ſint, valẽtes,& digni oculis aptis inſpicere ſummã claritatẽ ſolis æterni,vi-
Viſio diuię dere facie ad faciẽ gloriã ſummæ diuinitatis,gloriã beatæ trinitatis,vnius dei,pris,& filij,
claritatis eſ & ſpũs ſancti. ¶Quid amplius de facie iſta.ſ.facie aquilæ,dicere poſſumus? Longius em̃
narrari nõ ſupereminet, q vt viſu nro conſeq valeamus, qdiu in hoc mortali corpe peregrinamur.
poteſt Hoc tm̃ dixiſſe libet,qa viſio faciei huius,viſio claritatis filij dei, quã videbũt illi beati,ſe-
Iohan.17 cundũ hãc orõnẽ ipſius:Pater,qs dediſti mihi,volo vt vbi ego ſum,& illi ſint mecũ,vt vi-
deãt claritatẽ meã,quã dediſti mihi,qa dilexiſti me añ cõſtitutionẽ mũdi, viſio(inquã)il-
Viſio illa,hic la,vidẽtibus ignis erit,nec qualiſcũq; ignis,imo & caminus erit, iuxta illud Eſaiæ: Dixit
ignis ẽ,illic dñs,cuius ignis ẽ in Sion,& caminus eius in Hierlm. Deniq; in Sion.i.in pñti eccleſia,quã
caminꝰ erit tuluſcũq; ignis ẽ,cognoſcere ex parte, videre p ſpeculũ & in ænigmate. At in illa cœleſti
Eſa.31 Hierlm videre facie ad faciẽ,caminus ẽ,inæſtimabiliter magnũ æterni amoris incẽdiũ eſt
1.Coꝛ.13 hñs quatuor incõſumptibilia fomẽta hęc. Propter quẽ oĩa,& p quẽ oĩa,q multos filios in
Hebræo.2 gloriã adduxerat,autor ſalutis eoꝝ p paſſionẽ cõſummatus ẽ. Nõne iſtoꝝ cõſideratio ſi-
Propter ue frequẽs meditatio,quẽdã facit amoris ignẽ in iſta Sion? ¶In primis de eo ꝙ primũ po
quẽ omnia ſitũ eſt,propter quẽ oĩa,interrogo,nõne dũ iſtud cõſideras,nõne ex ſubiacẽte fidei ſcintil
la ſuſcitat in te lucida iucũdæ dilectiõis flãma? Quid em̃? Pr optimus, dũ vnicũ in ſecreto
ſui pectoris haberet filiũ,theſaurizare voluit illi theſauros auri & argẽti,lapidũq; ptioſoꝝ
& oĩs bonæ ſupellectilis,ædificare palatiũ regni,cũctaq; prouidere miniſteria regalis cu-
riæ, ex



riæ,exercitũ copioſum,familiã numeroſam,duces,pfectos,tribunos,ac cẽturiões,ſeruos
&ancillas,ſeu cliẽtes ac miniſtros,q pulchra varietate diſtincti,aſtarẽt ei ſedẽti in medio
ipſoꝝ,ac deſeruirẽt in ordinibus ſuis. Idcirco fecit hæc oĩa,cœlũ & terrã,cœlũ inuiſibile
replẽs angeloꝝ agminibus,terrã aũt tot & tãtis humanæ creaturæ gñatiõibus, in qbus ſu
mus & nos. Quis ad hæc nõ rñdeat, qa vel ſola cã hæc magnã dilectionẽ exigit, magnæ
nos illi dilectiõis ac deuotiõis debitores facit. ¶Adde ꝙ ſcdo loco dictum eſt,p quẽ oĩa. Per quẽ oĩa
Oĩa em̃ per ipm facta ſunt,& ſine ipo factũ eſt nihil. Si oĩa,vtiq; p ipm inter oĩa. ¶Adde
ꝙ tertio loco dictũ eſt,q multos filios in gloriã adduxerat. Vnus em̃ & ſolus ipe dei filius Qui mltos
erat,ſed noluit ſolus remanere,imo voluit multos frẽs habere,qs & añ oĩa ſecla ſibi cõfor filios ĩ glo
mes facere.i.in gloriã filioꝝ dei adducere pdeſtinauerat. ¶Adde qd illũ optime decebat riam addu
qa cũ periſſent in Adã tot filij dei,frẽs ſui,ipe autor ſalutis eoꝝ p paſſionẽ cõſummatus eſt xerat
Quãta dilectiõe digna ſunt hæc? Nimiꝝ propter hæc nõ diligere illũ,nimiæ ingratitudi- Roma.8
nis ẽ,ſumma neqtia eſt. ¶Quaſi ligna hæc ſunt,ſubiecta ſempq; ſubijciẽda in altari,ad nu Titũ.1.
triendũ ſanctę huius dilectiõis ſeu iuſti amoris ignẽ,ſicut in ſancta & myſtica lege ſcriptũ Autor ſalu
eſt. Ignis in altari ſemp ardebit,quẽ nutriet ſacerdos,ſubijciẽs mane ligna p ſingulos dies tis eoꝛum.
& impoſito holocauſto deſup,adolebit adipes pacificoꝝ. Ignis eſt iſte ppetuus,q nunq Ignis per-
deficiet in altari. Et nũc qdẽ in Sion.i.in pſenti eccleſia(ſicut iã dictũ eſt)dilectio hæc ſiue petuus in
amor iſte ignis eſt,ſed nondũ tãtus, vt caminus iure dici poſſit. Caminus illic erit, vbi præ altari
magnitudine amoris & torrẽte voluptatis illi beatæ Hierlm. ſ.ſanctoꝝ atq; electoꝝ oĩm Leuit.6
vniuerſitati,nihil aliud q deũ cogitare aut reſpicere vacabit. Holocauſta ſup hũc ignẽ,& Qualis ſta-
adipes pacificoꝝ,laudes & gratiaꝝ actiões erũt,à qbus nunq ceſſare poterũt. Nã beati,q tus beatoꝝ
habitant in domo tua dñe,in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te, Amen. Pſal.83

¶Expliciunt libri reuerendi dñi abbatis Tuitienſis, piæ memoriæ Roberti
ſiue Ruperti,de gloria & honore filij hoĩs,libri eqdẽ ab optimis qbuſq;
iamdiu deſiderati,& à nemine non ſtudioſiſſime euoluendi.

## HYMNVS SIVE ORATIO RVPERTI AD SANCTVM SPIritum,cuius mentionem facit libro duodecimo. Qui decantari poteſt ſic, vt & hymnus ille: Veni creator ſpiritus &c.

DEus meus & dñs,
Tu es ô ſancte ſpũs,
Arma mea,ſcutũ meũ,
Veni in adiutorium.
Tu patris indulgentia,
Tu vera Chriſti charitas
Ex te fuit conſilium
Saluationis hominum.
Traxiſti de cœlo deum,
In vterum fœmineum.
Tu es amor,per quem deo
Coniuncta eſt noſtra caro.
Feciſti domum corporis
In matre filio dei,
Septem columnis editam
Per ſeptiformem gratiam.
Virga Ieſſe flos ortus eſt
Super quem requieſceres.
Cum tuis ſeptem oculis
Vnus lapis apparuit.
Tot cornibus,tot oculis
Præmuniẽs agnum dei.
Opponis hunc in prælio
Vrſo,leoni,colubro.
Et ſicut mori voluit,
Nos quoq; doces cõmori.
Dum viuos aqua ſepelis,
O artifex mirabilis,
Pro ſepulturæ triduo
Fit trina rei merſio,
Vt mortuus obruitur,
Vt reſurgens egreditur,
O deus, noſtris auribus
Audiuimus,patres noſtri
Opus, quod operatus es,
Annuntiauerunt nobis,
Dum proceſſiſti igneis
In linguis à throno dei.
Vt terra cœlum fieret,
Vt dij eſſent homines,
Tonant ergo miraculis,
Verbis pluunt cœli noui.
Quam terra bibẽs pluuiam,
Nouam concepit gratiam
Inde per orbem geniti
Adoptionis filij.
Abba pater in te deo
Clamamus ſancte ſpiritus.
Magnæ ſunt iſtæ domine
Tuæ miſericordiæ
Quem ſpem meã reficiunt,
Vt inuocem nomen tuum.
O fidei ſignaculum,
Aduocate fidelium,
Lux,ignis & fons luminis,
Audi vocantem & veni
Vides vim mei frigoris,
Scis glaciem mei cordis
Sed aſpira paraclete,
Si flaueris,fluent aquæ,
Mel optimũ, vinum bonum,
Hoc vile reple vaſculum,
Et erit vas in gloria,
Quanquam teſta ſit lutea,
Ignis dei,quo angelus.
Et q homo eſt & deus.
Stans iuxta aram, aureum
Repleuerat thuribulum.
Purifica preces meas,
Incenſa mea concrema,
Vt aſcendat ante deum
Fumans odor aromatum.
Da oculos vt videam
In maxilla Leuiathan.
Foramen armillæ dei,
Maria per quod exijt.
Dux bone præbe validum
Compunctionis gaudium,
Quo caſtra pœnitentium
Regno dei vim faciunt,
Te duce patris facies
Et filij videnda eſt.
Et tu ab illis profluus
Fons vitæ, pacis fluuius.
Et nunc tibi pio deo
Et pio ſit laus domino.
Et gratiarum actio,
Cum patre & cum filio.
AMEN.

Epiſtola

## EPISTO. HVIVS OPERIS COMMENDATORIA.

DOmino & amico ſuo Ruperto, venerabili Abbati, frater Meingoh ſalutem &
ſeruitium bonæ voluntatis. Perfecto libro tuo de gloria & honore filij ho-
minis, refectus ſum, & delectatus ſicut in omnibus diuitijs, beatificans nego-
tiatorem illum euangelicum, quærentem bonas margaritas, qui inuenta vna
Matth.13 pretioſa margarita, dedit omnia ſua, & comparauit illam, & qui abiectis huius ſeculi
Addo, ne- gotijs. † guſtat & videt quàm ſuauis eſt dominus. ¶ Ego vero diſtractus ſolicitudinibus & cu-
Prouer.24 ris grauiter prementibus, neglecto bonæ mentis exercitio, vrticas ſolum & ſpinas pario.
Per agrum (inquit Sapiens Salomon) hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, &
ecce totum repleuerant vrticæ, operuerũt ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum de
ſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Pa
rum (inquam) dormies, modicum dormitabis, pauxillũ manus conſeres vt quieſcas, & ve
niet tibi quaſi curſor egeſtas, & mendicitas, quaſi vir armatus. Egeſtatem & mendicita-
tem ſuppleat miſeratus, qui cum diues eſſet, egenus factus eſt propter nos. Ora pro nobis
2.Cor.8 pater. ¶ De penultimo libro, ſuper quo requiſiſti noſtræ paruitatis iudicium, hoc intel-
Iudiciũ ſu- ligo, quod angelus Tobiæ reſpondit: Sacramentum regis abſcondere, bonum eſt: opere
per libro.12 autem reuelare & confiteri, honorificum eſt. Deus cum ſit veritas, de ſeipſo magna & for-
de reuela- tia pronuntiauit ſine arrogantia. Ita qui de donis dei, non in ſemetipſo, ſed in domino
tionibus gloriatur, ſumpta honeſta & neceſſaria occaſione, laudabiliter deum magnificat. Sic Pau
Tobiæ.12. lus apoſtolus gloriatus in infirmitatibus ſuis, ſupergloriatur de reuelationibus & viſioni-
2.Cor.12 bus dei, ad honorem veritatis veritatem dicens: & poſtquam ſe pronuntiat raptum in ter
tium cœlum, & in paradiſo audiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui. Inſipiens
(inqt) factus ſum, vos me coegiſtis. Coegit vos, adiurauit vos tanta & tam religioſa per-
ſona per nomen domini, q̃d faceret bonum ſignum, bona campana ſic pulſata, niſi ſonare
laudem dei? Bone pater, tuis orationibus ſanctiq́; tui conuentus, commendata ſit eccleſia
1.Cor.1 noſtra, vt dominus det nobis paſtorẽ in beneplacito ſuo, vt in domino idem ſentiãt oẽs, &
non ſint in nobis ſchiſmata. Vale.

### BREVIS DESCRIPTIO VITAE RV-
### perti, in eodem volumine.

ISte dominus Rupertus à puerulo, ſicut tunc mos erat, apud nos in monaſterio ſan-
cti Laurentij prope Leodium oblatus fuit & nutritus, ac elementis literarum primi-
tus imbutus. Qui ſicut ætate, ſic virtutibus germinauit feliciter. Erant tunc in eodem
monaſterio viri ſcientia, & virtutibus, ac fama p ræclari. Qui in ciuitate & diœceſi
Leodienſi fulgebant ſicut luminaria in firmamento cœli. In illis temporibus ſpectabilior
erat bene literatus, quàm bene nummatus. Factus vero preſbyter, acceſſit ad cor altum,
& excubans matutinis orationibus, vnde fruebatur ſæpenumero illuſtratione diuina, &
aperuit ei ſapientia dei ſenſum, vt intelligeret ſcripturas, & tractaret de illis ſumma facul
tate, ſumma vtilitate. ¶ De ipſo etiã ſic ſcribit dominus Abbas ſancti Trudonis in Chro
nica ſua: Dominus Fredericus archiepiſcopus Colonienſis, Rodolphum abbatem ſancti
Trudonis ſecum Coloniam duxit propter metum Imperatoris, & commendauit eum
Ruperto Abbati ſanctæ Mriæ ſanctiq́; Heriberti vltra Rhenum Tuitij. Iſte Rupertus
Leodij nutritus fuit in cœnobio ſancti Laurentij. Quem propter præclaram nominis
eius famam in ſanctarum ſcripturarum ſcientia archiepiſcopus ſibi aſſumpſerat, & ab-
batem prædicti loci conſtituerat. Huius viri multa & præclara extant librorum volumi-
na, quæ de diuina pagina exarata reliquit in eccleſia. Cuius corpus viuentis, nec ſomno
poterat requieſcere in diuinæ legis meditatione. Hæc ille ibi.

¶ Obijt anno domini M. C. XXVIII.

IN principio creauit deus cœlũ & terrã: Terra aũt erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, & ſp̃us dei ferebatur ſuꝑ aquas. Ecce qualis abſconſio theſauri. Non nos pigeat, neq; faſtidiũ cuiquã pariat frequentatio hæc nominũ iſtoꝝ theſauri & abſconſionis eius. In inuentione gaudiũ eſt, & gaudiũ circa inuentum diſcurrens libenter eadem repetit: facit enim loqui ex abundantia cordis. ¶Ecce ergo qualis abſconſio. Cum ſanctæ ſcripturæ ſp̃us in iſto capite libri, ſanctã trinitatẽ velit intelligi, vnam tantummodo perſonam paruo ſubtegens velamine, faciem eiuſdẽ trinitatis ſapiẽtibus & prudẽtibus abſcondit, reuelaturus eam paruulis. Quo ſub velamine quã

In capite libri, teſtimoniũ de trinitate.
Matth. 11.

 perſonã

perſonam abſcondit? Nimirꝝ perſonam filij, ſub velamine nominis principij. Sapientes
Iohan.8 quippe & prudẽtes, id eſt, ſuperbi, qualiũ quidã dicebant eidem incarnato filio dei, tu q̄s
es, in hoc dicto: In principio creauit, nihil aliud inuenerũt, aut inuenire voluerũt, q̄ ac ſi
Virgili⁹.6 diceretur, primo vel primitus creauit, quo ſenſu & poeta ethnicus, licet inſignis, dicere
Aeneid. potuit: Principio cœlũ, terrã, camposq́; liquentes, Lucentẽq́; globũ lunę, titaniaq́; aſtra,
Iohan. 8 Spiritus intus alit. At ille paruulos attendẽs qui eũ erant audituri, interrogantibus (vt iã
Pſal.39. dictũ eſt) tu quis es: principiũ (ait) qui & loquor vobis. Hoc dicẽs, nimirꝝ locũ iſtũ, caput
iſtud ſanctæ ſcripturæ retexit, ita vt non dubites, eum te velle ſimul agnoſcere illud q̄q́;,
quod in pſalmo dicit ipſe: In capite libri ſcriptũ eſt de me. Quod eſt eñi caput libri, niſi
hoc initium omnium ſcripturarum veritatis? ¶Omnis quippe ſcriptura ſacra, ſcriptura
canonica, vnus liber eſt, quia ad vnum tendit, & ab vno deo profecta, vno eodemq́; ſpũ
conſcripta eſt. E contra ſcripta omnia quæcũq; non veniunt ex eodem ſpũ veritatis, plu
res ſunt libri. Propterea Sapiens Eccleſiaſtes dicit: Faciendi plures libros nullus eſt fi-
Eccleſ.12 nis. Igitur in principio creauit deus cœlum & terrã, & ſpũs dei ferebatur ſup aquas: ſplẽ
Gene 1 didũ caput libri gloriam prædicat ſanctæ trinitatis. Fugiant q̄ oderunt eum à facie iſta,
Exod.34 ſicut fugiebat tunc, & accedere timebat Iſrael carnalis, quando ex collocutione dei ſplẽ-
dida facta eſt facies Moyſi.

### Quã ob cauſam filiũ ſiue verbũ dei principium decuerit nuncupari. Cap. VI.

QVam aũt ob cauſam filiũ ſiue verbũ dei, principium decuit nũcupari? Nimirꝝ
quia oĩa per ipſum facta ſunt. Veruntamen adhuc pro cauſa p̄ſenti parꝝ di-
ctum eſt. Nã nõ ſolum per ipm̃, verũetiam propter ipm̃ omnia facta ſunt. Sic
Heb.2 enim apoſtolus dicit: Decebat eñi eũ, propter quẽ omnia, & ꝑ quẽ oĩa, q̄ mul
tos filios in gloriã adduxerat, authorem ſalutis eoꝝ per paſſionem cõſummari. Hæc eſt
cauſa vera, cauſa digna tanti huius nominis, ſcilicet principij, q̄a ipẽ eſt propter quẽ oĩa,
& per quẽ oĩa: ipſe (inquã) eſt omnis creaturæ principalis & efficiens cauſa. Dicit aliq̄s:
Et deus pater nonne principiũ eſt? Plane principiũ pater, principiũ filius, principiũ ſpi-
ritus ſanctus. Verũtamen non tria principia, ſed vnũ principiũ: ſicut nõ tres dij, ſed vn⁹
Oĩs ſcriptura ſancta ꝑpter hominẽ eſt. eſt deus. ¶Cur ergo in iſto capite libri, ſolã filij ꝑſonam, inſpirator ſanctæ ſcripturæ, ſpi
ritus dei, principium nuncupare voluit? Ad hæc inquam: Omnis iſte liber, omnis ſancta
ſcriptura, cuius caput hoc eſt: In principio creauit deus cœlũ & terrã, cui creaturæ, vel
propter quam ſcriptus eſt creaturam? Nimirꝝ propter creaturam humanam, ad inſtru-
ctionem creaturæ humanæ ſancta ſcriptura condita eſt. Huic creaturæ ſine dubio vna
hæc ꝑſona, filius dei, triplici modo principiũ eſt. Duobus modis tam angelicæ q̄ huma-
næ creaturæ principium eſt, videlicet quia & propter ipſum, & ꝑ ipſum oĩa, ſicut iã ſu-
perius dictũ eſt: tertio modo, ſolius creaturæ humanæ, quia ꝑ paſſionem ſalutis noſtræ
author conſummatus eſt: ſalutis (inquã) noſtræ princeps & principium eſt. Quod futurꝝ
non latebat Moſen, cum iſtam ſcripturam digito dei ꝑdoctus ſcribere inciperet. Bene
igitur, & venerabiliter ſecundũ rei veritatẽ pro Ben, id eſt, pro filio Breſith, id eſt, prin-
cipium poſuit, principiũ nuncupans filium dei. Propter quẽ, & ꝑ quẽ nos cõdidit, vidit,
& ſaluandos fore ꝓuidit? Proinde conſiderandum, quia licet pater quoq; principiũ ſit, li
Roma.11 cet pater & filius & ſpũs ſanctus (ſicut iam ſupra dictum eſt) vnum principiũ ſit, ex q̄ oĩa,
per quem omnia, in quo omnia, nuſq̄ tamen vel pater, vel ſpũs ſanctus legitur ita mani-
Iohan.8 feſte principium ſe nominaſſe, ſicut filius ſe nominauit, dicendo Iudæis: Ego ſum prin
cipium, qui & loquor vobis.

### De eo quod in Pſalmo dicit pater filio: Tecũ principiũ in die virtutis tuæ, in ſplẽdoribus ſanctoꝝ ex vtero ante luciferꝝ genui te. Cap. VII.

Pſal.109 ET quidem in Pſalmo: Dominus dño, pater filio dicit: Tecũ principiũ in die vir-
tutis tuæ, in ſplendoribus ſanctoꝝ, ex vtero ante luciferꝝ genui te, & hoc ita in-
telligitur, vt dicat filio Dauid, domino Dauid, pater deus. Ego principiũ tecum
ſum, tecum operor in die virtutis tuæ, in proceſſu victoriæ, vel reſurrectionis
tuæ, q̄ videlicet die ſancti ſplenduerunt diſpulſis tenebris, & accepta remiſſione p̄ctõrꝝ:
Iob.40 ego (inquã) principiũ, id eſt, pater, q̄ ex vtero ante luciferꝝ, id eſt, ante omnẽ creaturam
genui te. Nã Lucifer qui cecidit, q̄a principiũ eſſe voluit, fuerit quidẽ principiũ viarꝝ dei
ſed iunior te extitit? Veruntamen expoſitio hæc, qua pater principiũ in hoc verſiculo
intelligitur, ſcrupuloſa eſt infirmis intellectibus, q̄d experimẽto didicimus. Putant enim
ex hoc libere poſſe dici, ꝙ pater ſit principium filij, & ad eundem ſenſum ꝓtrahere niſi
1.Corꝝ.11. ſunt illud q̄d dicit Ap̄ſus: Caput aũt Chriſti deus. ¶Vt ergo ſcrupulum omnem amo-
uear, & illæſo calle fides procedat: ſciẽdũ, quia litera præſcripti verſiculi nullã nobis ne-
Pſal.109 ceſſitatem imponit, vt pater intelligatur nomine principij. Cum enim dicit: Dixit do-
minus domino meo, id ẽ, pater filio, deus Chriſto, tecũ principiũ, hoc recte intelligitur
ac ſi



ac ſi dicat: Idcirco ſede à dextris meis, idcirco dominare in medio inimicoꝝ tuoꝝ, quia
deus es, & non homo tantum, verbũ & non caro tantũ. Deniq; hoc idem ſonat: Tecum Eſa.35
principium. Cum natura humana, ſecundum quam viſus vel reputatus es nouiſſimus vi-
rorum, diuina natura eſt in vnitate, antiquũ & increatũ principiũ. Quid aliud loquitur Acto.10
Petrus in actibus Apoſtoloꝝ, dicẽs de hoc eodem dño: Qui ꝑtranſiuit benefaciendo &
ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniã deus erat cũ eo? Nimirꝝ non ſicut dici po Ioſue.1
terat, fuit dominus cum Moyſe, & ſicut ad Ioſue dñs dicit: Sicut fui cum Moyſe, ita ero
tecum: non (inquam) ita dictũ accipimus, quoniã de⁹ erat cũ illo, ſcilicet Chriſto, ſed ita
ac ſi diceret, quoniam ille non tantũ homo, ſed & deus erat & homo. Similiter cum hic
audis dicentem patrẽ deũ, ad mediatorẽ dei & hominũ Ieſum Chriſtũ: Tecũ principiũ
ne occaſionẽ ſibi porrectam arbitretur Arrius, vt dicat, q̄m principium ſe hic appellat
pater, ergo ille principiũ filij eſt, & hinc dicit Apoſtolus: Caput aũt Chriſti deus, com-
pendio fac litis finem: ſentiens & principium, id eſt, deũ ſiue verbũ, & hominẽ aſſumptũ
vnam eſſe perſonam, Ieſum Chriſtũ, cuius humanæ naturæ ipſa, quæ illi inſita eſt, verbi
diuinitas, & principiũ, & caput, & deus eſt. Amplius aũt & pater, & filius, & ſpũs ſanct⁹,
indiuiſa trinitas, vnũ principiũ, vnus deus, vnum caput eſt.

### Item de cauſa nominis principij, & de eo quod Apoſtolus ait: Propter quẽ omnia, & per quem omnia. Cap. VIII.

MVlta hinc iam dici poterant collectis de theſauro ſcripturarꝝ teſtimonijs fide
libus, ſed quoniam ſecundũ ordinem ſcripturarꝝ procedere nobis propoſitũ
eſt, ſuccingi oportet, iamq́; ꝑ aliq̄d ſimile demonſtrare, quã ob rem ſcripto-
ri Moyſi, imo ipſi, qui per Moyſen locutus eſt & ſcripſit digito dei, filiũ ſeu
verbũ patris, principiũ in iſto capite libri nũcupare placuerit. Iam quidẽ ſupra dictum
eſt, q̄a propter ipm̃, & ꝑ ipſum omnia, & ob hanc cauſam recte illũ hoc nomine p̄ſcri-
bi, ſed adhibita ſimilitudine melius eadẽ cauſa cõplacebit. Virꝝ eſſe caput mulieris Apo- 1.Corꝝ.11.
ſtolus dicit, idcirco quia non propter mulierem vir, ſed propter virum mulier facta eſt.
Dixit enim deus: Non eſt bonũ eẽ hominem ſolũ, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſui. Illud
iſti ſimile eſt. Quod enim aliud habuit exemplar, vt taliter prius virum, & deinde pro-
pter virum, ac de viro mulierẽ faceret, niſi verbũ ſuum filium ſuũ, propter quem, & per
quẽ omnia facta ſunt? Deniq; ꝙ fuit vni viro mulier vna, hoc eſt, & hoc futura erat vni Eccleſia nõ
filio dei, vna omniũ ſanctoꝝ angeloꝝ atq; electoꝝ hominum eccleſia. ¶Differt tamẽ in de Chriſto
facturis, ſicut ꝓpoſitiones grammaticæ, ita & veritas intelligentiæ. Nam & propter virꝝ ſed ꝑpter
& de viro mulier facta eſt, eccleſia vero propter filium, ſed nõ de filio: non (inquam) de Chriſtum.
ipſa diuina ſubſtantia creatura vlla creata eſt. Vnde Apoſtolus recte dixit, propter quẽ Hebræ.2
omnia, & ꝑ quem omnia. Et Euangeliſta: Per ipſum (inquit) facta ſunt omnia. Per hoc Iohan.1.
ergo ſimile valet aliquatenus mẽte percipi, q̄ recte filius dei principiũ in initio creaturæ
nominatus ſit: quia ſi vir caput, id eſt, principiũ mulieris recte dicitur, idcirco quia pro
pter eum mulier facta eſt, multo magis ſine dubio filium dei recte principium ſcriptura
nũcupat, idcirco quia propter ipſum, & per ipſum omnia.

### Quod altius ſonet hoc nomẽ principium dictũ Iudæis, q̄ ſi dixiſſet, filius dei ſum, vel Chriſtus ego ſum. Cap. IX.

QVum igitur ab hoc teſtimonio capitis libri principium ſe eſſe aſſerit, hoc mo
do reſpõdens Iudæis: Principiũ ſum, q̄ & loquor vobis, ſanctum ac venera- Iohan.8
bile eſt perpendere, quomodo & malignã illoꝝ intentionem eludit, & verita Principiũ
tem eſſentiæ ſuæ non ſolũ non abſcondit, imo altius depromit. Altius q̄ppe eſt nomen
ſonat hoc nomẽ principiũ, q̄ ſi dixiſſet, filius dei ſum, vel Chrũs ego ſum. Cui eñi ange- magis pro
lorum vel hominũ licet aut congruit vt vocetur principium? Incommunicabile eſt vlli prium ver
creaturæ hoc vocabulum. Qui dicere auſus fuit: Ego feci memetipſum. Hoc eñi apud bo dei, q̄ fi
Ezechielem dixiſſe redarguitur ꝑ ſpiritum propheticum, q̄d idem eſt ac ſi diceret: ego lius aut
ſum principiũ, propter hoc ipm̃ cecidit angelus, & factus eſt diabolus. ¶Porro nomen Chrũs.
hoc q̄d eſt filius, cõmunicabile eſt, & ipẽ pueris ſuis cõmunicauit ſiue participauit, quia Ezech.29.
cõmunicauerũt carni eius & ſanguini, quẽadmodũ & in Pſalmo, ſpũs ſanctus longe an-
te proteſtatus eſt: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oẽs. Nec vero illud repugnat q̄d Apo Pſal.81
ſtolus dicit: Cui eñi angeloꝝ dixit aliquando, filius meus es tu: ſubiungit eñi, ego hodie Hebræ.1
genui te, quod totũ nulli vnq̄ alij dictũ, aut dicendũ eſt. ¶Chrũs q̄q; cõmunicabile nomẽ
eſt, verbi gratia, cũ ipẽ deus in Pſalmo loquẽs de patribus Abrahã, Iſaac & Iacob: Noli- Pſal.104
te (inq̄t) tangere Chriſtos meos. Igitur & altius, vt iam dictũ eſt, veritatem eſſentiæ ſuæ
deprompſit, dicẽdo principiũ, q̄ ſi diceret, filus dei, vel Chrũs ego ſum, & malignã intẽ- Iohan.10
tionem illoꝝ ſic eluſit, vt non poſſent eũ accuſare apud Romanũ imperium, quaſi de aſ-
ſumptione regij nominis. Sic & in loco alio, dum circundantes illum dicerẽt: Quouſq;

 ani-

animam noſtrã tollis, ſi tu es Chriſtus dic nobis palam, non ſtatim aſcẽdit contra eos di cendo, Chriſtus ſum ego, ſed quaſi gyrando poſt eos, & aliqua locutus de ſe paſtore & ouibus ſuis, quam videlicet profeſſionẽ, ſi de illa accuſaretur, non multũ curarent Romani, tandẽ dixit: Ego & pater vnũ ſumus, q̃d nimiꝝ longe eſt altius, q̃ ſi dixiſſet, ego ſum Chriſtus, quia ſicut iam dictũ eſt, multi dicti ſunt Chriſti, intantum, vt Saulem quoque reprobũ, Dauid nominare non dubitauerit Chriſtum domini.

1. Regũ. 24

Quomodo pater, & filius, & ſpũs ſanctus vnum ſit principium, & quam ob cauſam magis de perſona filij ſcire oportuerit, viſum eſſe principium. Cap. X.

Hæretici & Iudei nõ patrẽ, ſed filiũ negabant principiũ eſſe.

DE perſona filij pro poſſe hactenus dictũ eſt, quam ob cauſam recte & rationabiliter principium debuerit nominari: nunc de ꝑſona patris, quod & ip̃e principium ſit, nõ neceſſe eſt certis ſimiliter demonſtrare ſcripturaꝝ teſtimonijs. Omnis enim concertatio prauitatis hæreticæ ſeu ꝑfidiæ Iudaicæ, nõ tam circa patris, q̃ circa filij perſonã oberrare conſueuit: qualium acerrimi fuerũt Arriani, qui non ſolũ verbis refragati ſunt huic veritati, quam tenet eccleſia dei de coæternitate patris & filij, veꝝ etiam gladijs eandẽ veritatẽ perſecuti ſunt, volentes quidem patrem increatum, filiũ aũt creaturam dici vel haberi. ¶Quod ſi qs in initio euangelij ſecundum Iohannẽ, dũ dicit: In principio erat verbũ, patrẽ velit intelligi ꝑ principiũ, vt ſit ſenſus, in patre erat verbũ, vim facit literæ, nec locũ relinquit ſequẽti ſententiæ, quæ ꝓmiſſo, In principio erat verbũ, ſtatim ſubiungitur, & verbum erat apud deũ. Quid eñ operabit, & verbũ erat apud deum, ſi idem intelligis in hoc dicto, In principio erat verbũ? Melius ergo atqꝫ expeditius, In principio erat verbũ, ſic intelligimus, ac ſi dicat: ante ſecula erat verbum dñs Chriſtus, qui homo apparuit in fine ſeculoꝝ. Hæc eñ intentio eſt illiꝰ ſancti euangelij defendere vel proteſtari, antiquitatem Chriſti filij dei, quod nõ ex Maria initium habuerit exiſtendi, ſicut tũc aiebant, & cõcertare cœperant quidã hæretici, interim dum in Pathmos inſula exulauit ille dilectus diſcipulus dñi, qui & propter eandem cauſam nouiſſimus hoc euangelium ſcripſit. Sic ergo, vt iam dictũ eſt, intelligi cõgruit: In principio erat verbũ, Chrũs non ex Maria ſumpſit exiſtendi initium, ſed deus erat ante ſecula, q homo factus eſt in fine ſeculorum. ¶Hæc idcirco dixerim, non ꝙ pater & principiũ nõ ſit, nam & hoc ſuperius dixit, ꝙ & pater, & filius, & ſpũs ſanctus beata trinitas vnũ principium eſt, ſed ꝙ propter vel cõtra hæreticos magis ꝑſonam filij, q̃ perſonam patris opus erat defendi teſtimonio ſcripturaꝝ, per hoc nomẽ quod eſt principium, quod non ip̃e factus vel creatus ſit, imo propter ipſum, & ꝑ ipſum omnia facta ſunt, & in hoc fuerit intentio Moyſi, ſiue eius in quo ille ſcripſit digiti dei, dum in capite libri talem ꝓmitteret ſententiã: In principio creauit deus cœlum & terram.

In principio erat verbum.

De ſpiritu ſancto, vel proceſſione ſpũs ſancti, q̃d tribus modis effecta ſit. Primo ad creandum omnia, quo dictum eſt: Et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas: Secundo, vt ſpiritualibus donis rationalis exornaretur creatura. Tertio vt in remiſſionem peccatorum daretur, quod ante Chriſti aduentum non fiebat. Cap. XI.

INueniſti igitur o homo theſaurum hic, & theſaurus tuus expreſſa eſt ſancta trinitas ſubſequẽte protinus hoc dicto: Et ſpũs dei ferebatur ſuper aquas. Nam qui creauit deus, ip̃e pater eſt: & principiũ in quo creauit, ip̃e filius eſt: & qui ferebatur ſuper aquas ſpũs dei, ip̃e ſpũs ſanctus eſt. ¶De iſta ſanctæ trinitatis ꝑſona tertia, nõ ab re illud quæritur, imo quæſitu & ſcitu dignum eſt, cur & hic, & per oẽs fere veteris inſtrumenti paginas vocetur ſpũs dei, ſiue ſpũs dñi: in Euangelio aũt, & ab ip̃o exordio Euãgelij ſecũdum Lucã nominetur ſpũs ſanctus, abſqꝫ relatione dei vel domini. Sic eñ eſſe aduertere poteris, ſi mente vel ſedula intẽtione percurras ſcripturas vtriuſqꝫ teſtamenti veteris & noui. ¶Hoc ergo ſi quæras, vtilem cito ſolutionem inuenis, quia ſpũs eiuſdem proceſſio, quẽ procedentẽ ſancta Chriſti eccleſia nũcupat, authoritate ipſius dicẽtis: Cũ venerit paracletus, quem ego mittam vobis ſpiritũ veritatis, qui à patre procedit: eius (inquam) proceſſio tribus effecta eſt modis ſecundum ſcripturas veritatis. Primo, vt in principio, de quo iam dictum eſt, crearentur omnia: Secundo, vt ſpiritalibus donis humana exornaretur creatura, inter quæ maximum eſt illud, quod loquutus eſt ꝑ prophetas. Tertio, vt in pœnitentiã & remiſſionẽ peccatoꝝ daretur, quod ante Chriſti aduentum nõ fiebat. His ante ꝑſpectis, patenter intelligis, qa vbi primo proceſſit ad creãdum oĩa, ſicut hic habes: Et ſpũs dei ferebatur ſuper aquas, recte dictus eſt ſpũs dei, quo nomine intelligitur, ſicut ait pater Auguſtinus, q̃d ſit ip̃e bonitas dei, eteñ quia bonus eſt (ait) deus, idcirco oĩa creauit. Et vbi dona ſua diſtribuit, ibi ſcribitur ſpiritus domini: Exẽpli gratia, vt illic: Et receſſit ſpũs domini à Saul, & ferebat in Dauid. Et vbi remiſſionẽ peccatoꝝ

Quæſtio de ſpũ ſancto

Solutio

Proceſſio ſpũs ſancti triplex.

Gene. 1.

1. Reg. 16.



catoꝝ cœpit operari. ſ. ab aduentu Chrĩ filij dei, glorioſo vocabulo ſpũs ſanctus cœpit nuncupari. Deniqꝫ ante aduentum eiuſdẽ filij dei, dabatur qdem in diuiſionẽ gratiaꝝ, ſed non etiam in remiſſionẽ peccatoꝝ. Vnde eſt illud: Nondũ erat ſpũs datus, qa Ieſus nondum fuerat glorificatus. Quia ergo ip̃e eſt omniũ peccatoꝝ remiſſio, noſtra eſt ſanctificatio, pulchre ex ore noſtro tali honorat vocabulo ſpũs ſanctus, non quod ſanctificatus, imo quod ſanctificans ſit, ſiue ſanctificator, & ipſa ſanctificatio. Veꝝ de hm̃oi, ſuo loco plenius dicendum erit, nunc ordinem ſeruaturi redeamus ad caput.

Iohan. 7

Cum & pater ſit ſpũs, & filius ſpiritus, quam ob cauſam hoc ipſum ſubſtantiale nomen, ſcilicet ſpiritus, huic vni perſonæ ſæpius in ſcripturis ſanctis aſſignetur. Cap. XII.

QVamuis hic ſolam hanc ꝑſonam ſpm̃ nuncupauerit ſcriptura, dicendo: Et ſpũs dei ferebatur ſuper aquas, nihilominus tñ & ip̃e deus, cuius hic ſpũs ꝓdicat, & ip̃m principium, i. filius, in quo deus creauit cœlum & terram, ſpũs eſt, & nõ tres ſpũs, ſed vnus, ſicut non tres dij, ſed vnus deus. Vnde in euangelio, cũ dixiſſet dei filius: Veri adoratores adorabunt patrem in ſpũ & veritate, nam & pater tales quærit q adorent eum, protinus ſubiunxit: Spũs eſt deus, & eos qui adorant eum, in ſpũ & veritate oportet adorare. Quibus in verbis non illud intendit, vt ſpũs ſubiectum, & deus ꝓdicatum ſit, & iſte ſenſus ſit, ſpũs ſanctus eſt deus, licet & hoc ſuis in locis recte ꝓdicet, ſed hoc nimiꝝ, vt deus ſubiectum, & ſpũs ſit ꝓdicatum, ſitqꝫ ſenſus, deus eſt ſpũs. Quia videlicet ſancta trinitas, quæ hic (vt iam dictum eſt) intelligit: In principio creauit deus cœlum & terram, & ſpũs dei ferebatur ſuꝑ aquas, ſicut vnus deus, ita veraciter vnus ꝓdicat, & intelligitur ſpũs. ¶Quam igitur ob cauſam hoc ip̃m ſubſtantiale nomen. ſ. ſpũs, ſæpius in ſcripturis ſanctis huic vni ꝑſonæ aſſignatur? Nunquid eo quod ſubtilior ſit natura, cum ſit vna ſummæ trinitatis natura vel ſubſtantia? Non vtique ſubtilior eſt, neqꝫ eñ vlla eſt ſubſtantiæ diſſimilitudo, ſed eſt huius ꝑſonæ propria quædam valde ſubtilis operatio. Sic eñ ſpũs iſte intelligitur in deo, q̃uo in anima conſcia ſua ſiue intentio. Deniqꝫ & Apoſtolus cum dixiſſet: Quis eñ ſcit hominum quæ ſunt hoĩs, niſi ſpũs hoĩs, qui in ip̃o eſt. Continuo ſubiunxit: Ita & quæ dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpũs dei. Virtus altiſſimi eſt hic ſpũs patris, & filij, vtranqꝫ & enim ꝑſonam hic recte intelligimus in nomine vnius dei, cum dicitur ſpũs dei, & in iſto capite libri, & in toto libro, id eſt, ſcriptura ſacra vbi paſſim prædicatur ſpũs dei, vel ſpũs domini. Quod ſi diſtinctio ꝑſonarum in hac ipſa relatione deſideratur, exemplum in promptu eſt, cum in euangelio dominus dicit: Non enim vos eſtis q loquimini, ſed ſpũs patris veſtri qui loquitur in vobis. Et Apoſtolus ad Galatas: Quoniam (inquit) eſtis filij dei, miſit deus ſpm̃ filij ſui in corda noſtra, & alibi loquitur: Si quis autem ſpm̃ Chrĩ non habet, hic non eſt eius. Virtus (inquam) altiſſimi eſt, ſicut & filius fortitudo vel brachium dñi, hoc in ſua operatione proprium habens, quod per brachium quidem domini, id eſt, per filium, facta omnis natura, vel formata eſt oĩs creatura, ſiue ſubſtantia, per hunc autem viuificata eſt, & viuit deo omnis electa rationalis creatura, tam angelica quàm humana.

Iohan. 4.

Alia q̃ſtio.

Reſponſio

1. Cor. 2

Spũs ſ. cur virtus altiſſimi dicit.

Matth. 10

Gala. 4

Roma. 8

De proceſſione ſpiritus ſancti, cuius videlicet proceſſionis illud erat initium, quod ferebatur ſuper aquas, & quouſqꝫ in ope ſuo proceſſerit hic ſpiritus dei. Ca. XIII.

IAm ſupra mentio incidit de eo, quod hunc ſpm̃ dei ſancta eccleſia procedentem, appellari conſueuit appellatione ſolenni, authore ip̃o filio dei, qui primus hoc verbo vſus eſt, vbi dixit: Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre ſpm̃ veritatis, q à patre procedit. Vnde ſumptã putas verbi ſiue vocabuli huius authoritatẽ, niſi ex hoc eodem capite libri, qa ſic dictũ eſt: Et ſpũs dei ferebatur ſuꝑ aquas? Quidnam ferri ſuꝑ aquas, niſi iam procedere erat? Cuncta quæ locutus eſt homo factus, & inter homines ambulans, & docens filius dei, nimiꝝ authoritatẽ habent de ſanctis ſcripturis, & in as aſpiciebat etiam cũ noua putaret loqui, iuxta quod de ſeip̃o dilecta in Canticis iamdudum dicebat: Oculi eius ſicut columbæ ſuꝑ riuulos aquaꝝ, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. ¶ Itaqꝫ ſicut certũ habemus, qa dicendo: Ego principium qui & loquor vobis, reſpiciebat (ſicut ſuperius memoratũ eſt) ad iſtud caput libri, quo dictum eſt: In principio creauit deus cœlum & terram, ita & vbi ſpm̃ ſanctum procedentẽ dixit, non dubitemus eum reſpexiſſe iſtud quoqꝫ, qa ſcriptum erat: Et ſpũs dei ferebatur ſuꝑ aquas. Magna res eſt proceſſio ſpũs ſancti, cuius videlicet proceſſionis illud initium erat quod ferebetur ſuper aquas. Leuemus oculos noſtros, oculos hominis interioris, oculos fidei diligentis, & intellectu quærentis, & videamus quouſque in opere ſuo proceſſerit hic ſpiritus dei, & tunc aliquantiſper perpendere poterimus dignitatem, ſiue pondus dicti huiuſcemodi ſpiritus veritatis, qui à patre procedit. Certe cum procedere inci-

Spũs ſ. cur paracletus dicitur.

Iohan 14

Canti. 5

Proceſſio ſpũs ſancti, res magna

peret, qñ ferebat̃ ſuper aquas, terra de nihilo facta, inanis erat & vacua, & tenebræ erant
ſup faciem abyſſi. Nunc aũt qualis eſt terra, & q̃d in ea factum eſt ex oĩpotentia procedẽ
tis? Parũ eſt attendere, ꝙ in primis facta eſt lux intellectualis. Deinde firmamentũ in me-
dio aquaꝝ diuidens aquas ab aquis, deinde ex arida, quam appellauit terram, productio
oĩs herbæ virentis, & oĩs ligni fructum facientis, & ſemen ſuum in ſemetipſo habentis.
Deinde oĩs ornatus firmamenti ſiue cœli, ſole & luna ac ſtellis miro ordine diſpoſitis. De-
inde omnis creatura quæ in aquis natat, quæ ſuꝑ terrã in aere volitat, quæ per terram, ſi-
ue quadrupes, ſiue bipes ambulat, aut ſine pedibus reptat, ad ſummũ quæcũq; deo dicẽte
facta, deo mandante ſunt creata, quoꝝ nouiſſimũ atq; pulcherrimũ eſt creatura humana,
Gene. 1. & de quibus omnibus ſcriptum eſt: Quia vidit deus oĩa quæ fecerat, & erant valde bona.
Parum (inquã) eſt attendere hæc in proceſſione huius ſpũs dei, niſi leuatis (vt iam dictũ
eſt) oculis videas quouſq; proceſſerit, & adhuc in opere ſuo proceſſurus ſit, videlicet do-
nec ſedeat filius hoĩs in ſede maieſtatis ſuæ, poteſtatẽ habens faciendi iudicium à dextris
Filius hoĩs & à ſiniſtris. Filius (inquam) hoĩs principiũ creaturæ, & ſumma creationis ſiue proceſſio-
Heb. 2. nis huius, ſpũs dei, quia propter ipſum, & ipſum omnia facta ſunt, ſicut ſupra memoratũ
eſt cum teſtimonio ſermonis apoſtolici, quo dixit: Decebat eñ eum, propter quem oĩa,
& per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per
paſſionem conſummari.

Item, de proceſſione ſpũs ſancti, quid differat à proceſſione filij, qm̃ dixit fi-
lius: Ego enim ex deo proceſſi & veni. Ca. XIIII.

Psal. 22 SEquamur attentius cũ glorificatione trinitatis, maieſtatẽ huius proceſſionis, & hoc
nobis ſit formare vel iure ſacerdotali edere panes propoſitionis de menſa ſanctua
rij cœleſtis, quã dñs in conſpectũ noſtro parauit, ꝙ ſcrpturas veritatis fideliter tra
ctando, dignas deo, quoad poſſumus, facere poſſumus hoſtias pulchræ laudationis
Dicendum in primis, ip̃a proceſſio, vel ip̃m procedere q̃d ſit, deinde q̃d diſtet inter pro-
ceſſionem ſpũs ſancti, & proceſſionem filij, qm̃ & ipſe de ſemetip̃o loquens, hoc verbo
Iohan. 8 vſus eſt, dicendo Iudæis: Si deus pater veſter eſſet, diligeretis vtrunq;. Ego eñ ex deo pro
ceſſi, & veni. Neq; eñ à meipſo veni, ſed ille me miſit. Duo verba dixit, proceſſi & veni, &
nimis anguſtũ eſt, ſi in his duobus verbis vnũ idemq; intelligere velis. ſ. nihil aliud q̃ quod
Duæ nati- in hunc mundũ veniens, q inuiſibilis erat apud deũ, viſibilis per aſſumptã carnẽ apparuit.
uitates chr̃i Latior ſenſus & amplioris intelligentiæ lumẽ ẽ, ſi duas natiuitates eius ſuſcipias in his duo
bus verbis, proceſſi & veni: natiuitatẽ humanitatis, qua ex ſubſtantia patris ante ſecula ge
nitus eſt. Et natiuitatis, ipſius humanitatis, qua ex ſubſtantia matris in ſeculo natus eſt.
Quãuis & hoc, quod venit prodiens ex virginis vtero, procedere fuerit, ſicut ſcriptũ eſt:
Psal. 18 Et ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo. Item, in alio Pſalmo dicit̃ ei: Intende
Psal. 44 proſpere procede & regna. Quod recte intelligit̃ de p̃nti humanitatis eius vita, iuxta quã
Lucæ. 2 veraciter dictum eſt: Puer Ieſus proficiebat ætate & ſap̃ia, videlicet eo vſq; proficiens, vt
appareret dictis & factis, ꝙ ipſe eſſet ip̃a ſap̃ia: & ſicut dictum, ita & factũ eſt, q̃a proſpere
proceſſit ꝑ annos paulo plus q̃ triginta, & tam breui exacto tp̃e, ecce nunc regnat in pote
Matth. 28 ſtate magna, quemadmodũ dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Veꝝ
nos hic agimus de illo antiquiore proceſſu eius, de quo non ſine magno pondere dixerit
Iohan. 8 Ego eñ ex deo proceſſi. Quiſnam ille proceſſus, ſiue illa proceſſio quæ fuit, niſi illa mira-
Gene. 1 bilis atq; ineffabilis dilectio dicentis: Fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria, & cætera
Psal. 148 omnia, de q̃bus Pſalmiſta, contẽplator illius dicti ſiue verbi: Statuit (inq̃t) ea in ſeculum,
& in ſeculum ſeculi, p̃ceptum poſuit, & non p̃teribit. Igitur, vt ſupra propoſitũ eſt, in pri
mis dicendum nobis, ip̃a proceſſio, vel ip̃m procedere q̃d ſit, & deinde proceſſio filij qui
Iohan. 15 dixit: Ego eñ ex deo proceſſi, in quo differat à proceſſiõe ſpũs ſancti, de quo idem dixit:
Quem ego mittam vobis ſpiritum veritatis, qui à patre procedit.

Quid ſit proceſſio, ſiue procedere, & cur de ſemetip̃o loquens, præterito tem-
pore dixit, proceſſi: de ſancto autem ſpiritu dixit præſenti tempo
re, procedit, Cap. XV.

Proceſſio quid eſt PRoceſſio eſt ſolennis egreſſio ꝑſonaꝝ maxime ſpectabilium, non ſine quadam
grauitatis feſtiuitate ſuam p̃ſentiam exhibentiũ, taliter, vt venerationẽ quoq; di-
gne mereant̃ à conſpectu plebeium, magna (vt ſæpe ſit) cũ iocunditate occurrẽ-
tiũ, magno cũ gaudio deducentiũ. Et noſtrum q̃dẽ procedere, q locales ſumus,
eſt proficiſci de loco ad locũ: diuinitatis vero localis non eſt, licet interdũ locus illi aſcri-
Gene. 28 bat̃, exempli gr̃a, cũ dicit quiſpiã: Vere etenĩ dñs eſt in loco iſto, & ego neſciebã. Eſt autẽ
proceſſio diuinitatis effectus mirandi operis, vnde ſic ꝑpendit̃, ſic mente conſpicit̃, maie-
ſtas tantæ dominationis, ſicut ex facie cognoſcit̃ dignitas hoĩs reuerendi, de loco ad lo-
cum venerabiliter procedentis. Igitur effectus operis, ſi dociles, ſi attẽti, ſi beneuoli ſumus
ad con



ad contemplandã pulchritudinẽ tãtæ proceſſionis, docere nos poteſt, vt cognoſcamus
dñm maieſtatis: dominũ (inquã) maieſtatis, filiũ qui iamdudũ proceſſit, dñm maieſtatis Filius p̃ceſſit, ſpũs ſanctus p̃cedit
nihilominus ſpiritũ ſanctũ qui adhuc procedit. Hæc deniq; diſcretio in tẽporibus ver-
bi huius prudẽter audienda eſt, q̃a de ſemetipſo loquens filius dei, ſecundum p̃teritũ tẽ-
pus dixit: Ego eñ ex deo proceſſi. de ſancto aũt ſpiritu loquẽs, præſenti tempore dixit: Iohan. 8
Qui à patre procedit. Proinde nimis incongruũ eſſet, ambos ſcilicet filiũ & ſpm̃ ſanctũ Ibidem. 15.
dicere procedentes, cũ procedens participiũ ſit tẽporis p̃ſentis, ſicut & verbũ procedit
quod de ſolo ſpũ ſancto dictũ eſt: filius aũt iamdudũ (ſicut dictũ eſt) proceſſerit, cuius ꝓ-
ceſſio fuit ille effectus operis, à quo deus, q ꝑ illum omnia creauit, iamdudũ ceſſauit, ſicut Gene. 2
manifeſte ſcriptura dicit: Et requieuit deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patra-
rat, & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illũ, q̃a in ip̃o ceſſauerat ab omni ope ſuo
quod creauit deus vt faceret. Nullam quippe nouam creaturæ ſpeciem deinceps crea-
uit, quam ante illam requiem ſuã in genere ſuo non creauerit.

Quod neq; filius ad creandum oĩa proceſſerit abſq; cooperatione ſpũs ſancti, neq;
ſpũs ſanctus ad ſanctificandũ procedat abſq; cooperatione filij. Cap. XVI.

NVnquid vero proceſſionẽ ſpũs ſancti, qua nũc vſq; procedit ad ſanctificatio
nem creaturæ rationalis, ſecernimus aut ſecerni patimur à proceſſione filij,
qua (ſicut iam dictũ eſt) dudũ proceſſit, & procedere, id eſt, nouas creaturę ſpe
cies condere vel patrare ceſſauit? Nunq̃d hoc dicimus, aut dici vel æſtimari
patimur, q̃d filius ad creandũ proceſſerit abſq; cooperatiõe ſpũs ſancti, aut ſpũs ſanctus Inſeparabilis eſt totius trinitatis op̃atio.
ad ſanctificãdũ procedat abſq; cooperatione filij? Abſit hoc. Inſeparabilis eñ eſt totius
operatio trinitatis, vnius dei, vnius & inſeparabilis imperij. Et tũc, quãdo proceſſit filiꝰ
ex ore patris dicẽtis, fiat hoc vel illud, ductor totius op̃is erat ſpũs ſanctus: & nunc, q̃diu
ad ſanctificandũ procedit ſpũs ſanctus, ferturq; ſuꝑ aquas baptiſmi, idem ip̃e qui fereba
tur ſuꝑ aquas in initio, ſicut ſcriptura dicit, filius arbiter & efficiẽs cauſa eſt eiuſdem ſan
ctificatiõis. Et illic, vbi deus pater cũ ſpũ ſancto ꝑ filium cuncta creauit (oĩa ꝑ ip̃m facta
ſunt, & ſine ip̃o factũ eſt nihil) & hic, vbi deus pater cum filio ſanctificat electionẽ crea-
turæ rationalis, delitiæ parãtur, vel ꝑficiuntur cooperatione totius trinitatis: illæ nimirũ
deliciæ charitatis, quaꝝ ita meminit ſapiẽtia dei, filius dei: memor, eius quã dicimus ſuę
proceſſionis. Quãdo p̃parabat cœlos aderam, quãdo certa lege & gyro vallabat abyſ-
ſos, quando æthera firmauit ſurſum, & librabat fontes aquaꝝ, quãdo circundabat mari Prouer. 8
terminũ ſuũ, & legẽ ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos, quãdo appendebat fundamẽ
ta terræ, cũ eo eram cũcta cõponens, & delectabar ꝑ ſingulos dies, ludẽs corã eo omni
tp̃e, ludẽs in orbe terraꝝ, & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominũ. Quidnã eſt hoc, niſi ac ſi
diceret, quando dixit deus, fiat lux, quãdo dicebat, fiat firmamẽtũ in medio aquaꝝ, cõ- Gene. 1
gregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locũ vnũ, quando (inquã) hæc & cætera dicebat,
& ꝑ ſingulos dies videbat q̃d eſſet bonũ, ego procedebam ex ore eius, ego eñ ſum illa di
ctio, ſiue verbũ eius. ¶ Igitur proceſſio filij, tp̃e vel loco à proceſſione ſpũs ſancti nõ ſe-
cernitur, q̃a videlicet tũc iſta facta ſunt, quãdo ſpũs dei ſuꝑ aquas ferebat̃: & ſicut pater, Q̃uo differũt filij & ſpũs ſancti proceſſio.
ita & filius, ita & ſpũs ſanctus, vnus deus, vbiq; eſt, & nullo loco cõcluditur. Tantum in
effectũ op̃is, diſtantia agnoſcẽda eſt proceſſionis vtriuſq;, ſcilicet filij & ſpũs ſancti, quia
videlicet à cõditione creaturaꝝ ſiue ſubſtãtiaꝝ, quæ vtiq; ꝑ filiũ factæ ſunt, oĩa eñ per
ip̃m facta ſunt, ſeptimo die deus requieuit. A ſanctificatione vero creaturæ rationalis
(quod opus ꝑ ſpiritũ ſanctum ſit) nondũ pater aut filius requieuit, nondũ ceſſauit, vnde Iohan. 5
dixit & Iudæis idẽ filius dei: Pater meus vſq; modo operat̃, & ego operor. De illis de- Prouer. 8
licijs ſapiẽtiæ dicentis: Et deliciæ meæ eẽ cũ filijs hominũ, ſuo loco in illo ſpeciali opere
trinitatis, ſcilicet in factura vel plaſmatione hominis, erit plenius dicendum.

Contra illos q dixerũt ſpiritũ ſanctũ à ſolo patre, & nõ etiã à filio procedere, di-
ctum à ſapiẽtia: En proferã vobis ſpm̃ meũ, & oſtendã verba mea. Ca. XVII.

EAdem ipſa ſapientia dicit paruulis: En proferam vobis ſpiritũ meũ, & oſtendam Prou. 1.
verba mea. Quid hoc eſt, niſi quod facturã ſe p̃uidebat, iamq; fecit ipſa incarna-
ta ſapientia? Cũ eñ reſurrexiſſet à mortuis, ſtans in medio diſcipuloꝝ ſuoꝝ, in-
ſufflauit & dixit eis: Pax vobis, accipite ſpm̃ ſanctũ, & ſicut aliꝰ Euãgeliſta dicit: Iohan. 20.
Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Nonne hoc erat ſapientiæ, id eſt, Luc. 24.
*de filio dei, procedentem de ſemetipſo dare vel proferre ſpiritum ſuũ, ſpiritũ ſanctum *filij.
& oſtendere verba ſua? Item in eodem libro ſcriptũ eſt: Sapientia ædificauit ſibi domũ,
excidit columnas ſeptem. Quid hoc eſt dicere, niſi quia verbũ dei, filius dei, naturã aſ-
ſumpſit, ſiue corpus humanũ, & eidem aſſumpto homini ſanctũ infudit ſeptiformẽ ſpi- Prouer. 9.
ritum. ¶ Hæc idcirco dicimus, q̃a fuere nõnulli maxime Græcoꝝ, q dicerẽt à ſolo patre
& nõ etiã à filio, procedere hũc ſpm̃ ſanctũ, quos tamen ſancta Romana eccleſia, latinæ
eccleſiæ

eccleſiæ columna, iamdudū per multa conſilia, luce coruſcans euangelica, & ſup̄ petram fidei firmiter ſtans fundata, ſic reuerberauit, concentorē ex ipſis Græcis habēs Athanaſium catholicum atq; orthodoxum, vt iam non ſit nobis neceſſe quicq̄ addere, niſi quia ſpontaneum in ſermonibus noſtris huic proceſſioni offerimus obſequiū, & in ſcribēdo de hmōi quoddam dulce in palato cordis ruminamus delectamentum. Tunc autem delectamentum hoc duplicatur, & ſpectatorem tantæ proceſſionis lætificat habundātius, ſi cum authoritate ſcripturarum ratio quoq; ſuppeditat, vt non dubitet intima fides, ꝙ non minus à filio, q̄ à patre, hic amborum ſpūs procedat, deus ex deo, nō differēs in ſubſtantia, pax ambobus in maieſtate, nō par in gloria. Igitur, vt de ip̄a proceſſione vtiliter delectemur, & delectabiliter vtilia loquamur, dicendū in primis, quot ſint, & q ſint modi proceſſionis eiuſdē ſancti ſpiritus.

Ad eandē veritatis rationē multū illud valere, ꝙ ait filius nocte illa qua tradebat: Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam: ſi em̄ nō abiero paracletus nō veniet ad vos: ſi aūt abiero, mittā eū ad vos. Ca. XVIII.

Sup̄ cap. II. Triplex ꝓceſſio ſpūs ſancti.

IAM quidē longe ſuperius prælibatum eſt, ſed nūc repeti, & latius explanari cauſa poſtulat, quia proceſſio ſancti ſpūs tribus effecta eſt modis ſecundum ſcripturas veritatis. Primo, vt in principio, id eſt, in filio, ſiue per filium crearentur oīa: inter q̄, vbi dictū eſt: Et ſpūs dei ferebatur ſup̄ aquas, maxima atq; pulcherrima narratur facta eſſe creatura, lux intellectualis, ſcilicet creatura angelica. Secundo, vt ſpūalibus donis humana exornaretur creatura, inter quæ maximum eſt illud, quod locutus eſt p̄ prophetas. Tertio, vt in pœnitentiam & remiſſionem peccatoꝶ daretur, quod ante Chriſti aduentum non fiebat. ¶De iſto effectu proceſſionis, quod eſt in remiſſionē peccatoꝶ dari, quis dubitet hoc dicere, quia ſecundum hunc modū ſpūs ſanctus à filio quoq; procedit? Nam de illo q̄q; dato, q̄ ſpiritus idem diuiſiones gratiaꝶ diſtribuit, poſtmodū dicendum erit, quia nihilominus hoc etiam modo à filio procedit. De iſto nūc dicere pręſtat, quod eſt in remiſſionē peccatoꝶ dari, quo ſine dato nullus vnq̄ hominū ſaluari potuit aut poterit. Hoc ergo in primis libenter (vt ſpero) & efficaciter accipiet auditor fidelis. Vado (inquit ip̄e filius dei) ad eū qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implebit cor veſtrum. Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis vt ego vadā. Si enim non abiero, paracletus nō veniet ad vos: Si aūt abiero, mittam eū ad vos. ¶Scio q̄dem & miror, locū hunc à quibuſdā magnis & ſanctis patribus ſic eſſe tractatum, vt dicerent, apoſtolos Chriſti circa ip̄m dominū non potuiſſe habere dilectionē ſpiritualē, niſi præſentiam ſui ſubtraheret corporalem, atq; hoc eē quod dicit: Si em̄ nō abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi aūt abiero, mittā eū ad vos. Deniq; talis huius p̄ſentis capituli expoſitio, verticem rei, ſiue maieſtatem ſacramēti, de quo tunc agebatur in illa ſacratiſſima cœna, nō attingit: vt dicere non dubitem, quia pro rei magnitudine ſeu pondere, ſenſus iſte bonus q̄dē, ſed nimium videt̄ exilis.

Spūs ſanctus a filio quoq; procedit. Iohan. 16.

Expoſitio inſufficiēs.

Triſtitia implebit cor veſtrum. Lucæ. 24.

¶Amplius aūt & hoc dicere licet, ꝙ nō idcirco factū eſt, q̄d hic prædixerat: Triſtitia implebit cor veſtrū, quia corporalē ſui præſentiam aſcendens in cœlum, abſtulit ab oculis eoꝶ, imo & proinde magis gauiſi ſunt, ſicut Lucas manifeſtius narrat: Et factū eſt (inquiens) dū benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlū, & ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalē cū gaudio magno. Vnde ergo cōtriſtari habebāt, aut vnde triſtitia impleuit cor veſtrum? Nimiꝶ de morte eius, de qua tā diu cōtriſtati ſunt, donec venit Maria Magdalene, reſurrexiſſe illum nuntians, his (inquit Marcus) qui cum eo fuerant lugētibus & flentibus. Hoccine (inquis) fuit ire ad patrem. ſ. mori, qm̄ dixit: Et nunc vado ad eum q̄ me miſit. Plane hoc ad patrem ire fuit, à quo & coronandis erit gloria & honor propter eādē paſſionē mortis. An nō & hoc euangeliſta dicit in initio eiuſdē ſermonis? Sciēs (inq̄t) Ieſus, q̄a venit eius hora, vt trāſeat ex hoc mūdo ad patrē. Itēq;: Sciēs (ait) quia oīa dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum vadit.

Marc. 16

Hebræo. 2. Iohan. 13.

Item de eodē dicto, & ꝙ ſpūs ſanctus tūc primū appellatus fuerit paracletus, id ē conſolator, eo ꝙ ſit ipſe peccatoꝶ remiſſio, quam videlicet remiſſionem pc̄tōꝶ nō dabat prius, nondū glorificato Ieſu. Cap. XIX.

Iohan. 16

IGitur, vt aliquid dicamus dignum tanta grauitate oris ipſius domini, dicentis: Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ſimul & illud perpēdere operæpretium eſt, quia nuſquàm ante illam ſacratiſſimam cœnā, in qua ſermonē hunc habuit, ſpiritum ſanctum, paracletum nuncupauit. Eruditæ mentis eſt, perſentire cauſam nominis huius, ſcilicet paracleti, quod latine dicitur conſolator. Quam videlicet cauſam ſentiens, ſimul etiam percipiet, quia multum pertinuit ad rem, vt tali in tempore potiſſimum (quod ante non fecerat, neq; per ſemetipſum, neq; per prophetas) ſpiritum ſanctum paracletum nuncuparet. Quale enim tunc erat tempus, vel quid illo tempore agebatur?

Cauſa huius nominis paracleti.



batur? Tempus erat paſſionis, tēpus glorificationis: etenim hora eius inſtabat, vt p̄ mortis paſſionē tranſiret de hoc mūdo ad patrem, & idcirco tali tranſitu mox tranſiturus erat, vt acciperemus pc̄tōꝶ remiſſionē. Neq; em̄ aliter nobis peccata remitterent̄ aut remittuntur, niſi p̄ ſanguinē eius. Et quæ rogo prima vel maxima eſt ſanctoꝶ omniū conſolatio, niſi peccatoꝶ remiſſio? Cū igitur dicit, ſi em̄ non abiero, paracletus nō veniet ad vos, ſic intelligi vult, ac ſi dixiſſet, ſi enim p̄ paſſionem mortis nō tranſiero ex hoc mūdo, neq; vobis, neq; antiquioribus, neq; venturis poſt vos, dabitur ſpūs ſanctus ſecūdū hoc datum, quod eſt peccatoꝶ remiſſio. Quam propter cauſam recte dicitur & vere eſt cōſolator. Cūq; protinus ſubiungit: ſi aūt abiero, mittam eum ad vos, hoc patenter enunciat, quod ab ipſo procedat hic conſolator. Hic ſpūs ſanctus peccatoꝶ remiſſor & ipſa remiſſio. Et quis, niſi infidelis dubitare aut neſcire vellet, quod de iſta p̄ſona, de iſto filio dei, pc̄tōꝶ nobis remiſſio proceſſerit? Nonne hoc ipſum nobis luce clarius facit veritas euangelij, cū ip̄e qui dixerat: ſi autem abiero mittam eum ad vos: poſtquam abijt, rediēs & ſtans in medio diſcipuloꝶ ſuoꝶ, inſufflans & dicens, accipite ſpiritū ſanctum, ſtatim ſubiunxit, quorum remiſeritis peccata, remittunt̄ eis? Et q̄dem ſpiritus ſanctus non eſt flatus corporeus, veruntamen p̄ hoc verbum quod dictum eſt, inſufflauit, duo hæc nobis dat intelligi, & quod ex ip̄o procedat iſta paracleſis, & quod p̄ hunc ſpiritū ſanctum tam facile ſit omnia peccata dimitti, quàm facile, cū vult, inſufflare poteſt aliquis. Succurrunt multa cum ratione famulantia veritati huic, & idcirco vt ſermo prolixus minus faſtidioſus ſit, quaſi reſpirandum eſt faciendo finem præſentis libelli.

Conuincit̄ error Græcorum.

Iohan. 20.

Inſufflauit cur dictū ē

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & proceſſione ſancti ſpiritus.

## LIBER SECVNDVS.

De theſauro nominis dn̄i, quē qui theſaurizant ſubip̄ſis, iuxta beatū Iob reges & conſules ſiue principes ſunt. Cap. I.

QVI theſauros nominis tui fideliter theſaurizant ſibi, o Trinitas deus, ipſi reges, ipſi conſules ſiue principes ſunt: De q̄bus beatus Iob, ſimilis talium diuitum eē cupiens loquit̄: Nūc em̄ dormiens ſilerem & ſomno meo requieſcerem cū regibus & cōſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines: aut cū principibus, q̄ poſſident aurum & replent domos ſuas argēto. Quid ergo tantillus, qui theſauꝶ hunc inueniſſe me arbitror, abſconditum in agro, ſicut p̄ſcripſi in præcedenti libro? Putas ne ſperare audeā, quod cū poſſedero auꝶ hoc, & domū meam repleuero hmōi argento, dormiturus ſim in ſilentio, & requieturus ſomno meo cū illis regibus & conſulibus terræ: qui ſemetipſos regere, & alijs ſuo quiſq; tempore nouerunt cōſulere: cū illis principibus. i. ſanctis doctoribus qui vt auꝶ hoc & argentū poſſiderent, ædificauerūt ſibi ſolitudines ſanctæ cōtemplationis, iuxta illā ſententiam verā, Scribæ ſapientiā in tempore otij, & qui minoratur actu, ip̄e percipiat eam? ¶O ſi fiat iuxta præuiſum olim memorādi Otomaris p̄ſagium: vtinam Ieſu Chriſte, cunctaꝶ dn̄s manſionū qui oſtiarius ipſe es & oſtium, adducas me in domum illoꝶ vſq; ad pedes, ne dicā confeſſum ipſoꝶ, ſcilicet regum iam dictoꝶ conſulumq; ac principū, cū ſponſione hac, Ingredieris in abundantia ſepulchrū. Hac igitur ſpe cęptum fidelis ſermo peragat curſum, & procedentis ſpūs ſancti cum laude & gloria ſummæ trinitatis, quo ad poteſt, p̄ſonet præconium, ſcrutetur de ſanctis ſcripturis teſtimonium.

Iob. 3

Aedificare ſolitudines quid eſt.

Ecci. 38.

Reuelationis præſagium.

Iob. 5.

Quod non minus à filio quàm à patre procedat ſpūs ſanctus, & de eo ꝙ ait filius, quem ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis qui à patre procedit. Cap. II.

IAm de proceſſione, qua procedit in remiſſionem peccatorum, pauca dicta ſunt & adhuc aliqua dicenda ſunt, pro aſtipulatione veritatis huius, quod non minus à filio q̄ à patre procedat hic vnus idemq; ſpūs. Dixit em̄ ip̄e filius. Si enim nō abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Et de hoc iam dictum eſt. Reſtat, vt eiuſdem filij dictum pro hoc ip̄o negotio ad medium deducamus, cui fortiter inniti viſi ſunt ſibi, qui dixerunt, quod à ſolo patre, & non etiam à filio, procedat ſpiritus ſanctus. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à p̄re, ſpm̄ veritatis

Iohan. 16

Argumentatio Græcorum

Iohan. 15.

tatis,qui à patre procedit.Ecce(inquiunt)q̃o diſtinxit,q̄ diligenter expreſſit. Nã dixit
quidẽ,quẽ ego mittam vobis,ſed addidit à patre.Sed nec ſemel dixiſſe contẽtus,ne paꝝ
Reſpõſio. expreſſiſſe videreť,ſubiunxit.Qui à patre procedit. ¶Itaq; ad confirmãdum q̊d æque à
filio,vt à patre procedat ſpũs ſanctus,paꝝ illis eſt,quod dixit filius pluribus in locis,ego
mittam vobis:niſi rationem demus,cur vel quid intendens addiderit,qui à patre proce-
dit.Magna plane quæſtio,& ad ſoluendum eſſet difficilis,ſi iam conſtaret & nos conce-
deremus,quod vbicũq; nominatur pater,vna tantum pſona debeat intelligi,ſcilicet de9
pater vnici filij Ieſu Chriſti.¶At vero(ſicut Apoſtolus dicit)vnus deus & pater omniũ,
Ephe. 4 & nos in oratione dominica dicimus,diuina inſtitutione formati:pater noſter qui es in
Pater,quã cœlis:diſcrete accipiendum eſt nomen patris,vt alias intelligitur pater omniũ filiorum
doq; perſo adoptionis,alias pater vnici & conſubſtantialis filij.Deniq; nobis,qui non nati,ſed ado-
næ,quan- ptati ſumus,pater eſt vnus idẽq; trinus deus,pater & filius & ſpũs ſanctus:illi aũt,q ſolus
doq; toti9 eſt naturalis filius,vna pſona pater eſt,& ad illum vnicum filium relatiue pater dicitur.
trinitatis Diſcretionis huius ſignũ hoc eſt.In euangelio eſt,vbi cum additamento poſſeſſiui pro-
nomẽ eſt. nominis dicat hic filius,pater meus vel patris mei: & eſt vbi dicat,pater,vel patrẽ,& à
Differẽs lo patre:ſicut hic abſq; additamẽto huiuſce pronominis. ¶Quod ſi diligenter diſcreueris,
cutio,pr̃ & perpulchrũ eſt animaduertiſſe,qa cũ ſignanter dicit pater vel patris,cum præpoſitione
pr̃ meus hac meus vel mei,ea,quæ tunc loquiť,longe cõmunionẽ excellunt noſtræ fraternitatis,
ſcilicet,vt qualia tũc loquiť,nemini noſtrũ,qui ꝑ gratiã fratres eius vel filij dei nomina-
Iohan.5 mur & ſumus,loqui fas aut licitum ſit.Exempli gratia:Pater meus(inqt)vſq; modo ope
ratur.Quod deinde ſequitur,& ego operor.Et:Amen amen dico vobis,nõ poteſt filius
à ſe facere quicquã,niſi q̊d viderit patrem facientem. Et ſubinde,ſicut ẽm pater ſuſcitat
mortuos & viuificat,ſic & filius q̊s vult viuificat. hæc & cætera quæ ſequũtur,cui filioꝝ
dicere vnquã licuit aut licebit niſi huic vnico filio dei? Vbi vero abſq; pronomine poſ-
ſeſſiuo dicit,pater, ſic loquiť humiliora de ſe,vt pene congruãt vel imitanda ſint parui-
tati noſtræ,quoꝝ frater dignatur dici vel eſſe.Exempli gratia:Et ſicut mandatum dedit
Iohan.14. mihi pater,ſic facio.Humiliora nãq; ſunt hæc,& aſſumptæ humanitatis humilitatẽ, qua
ſine dubio maior eſt vnus deus pater & filius & ſpũs ſanctus,ſonant ea quæ ibidem loq-
tur,ſcilicet hæc:Si diligeretis me,gauderetis vtiq;,qa vado ad patrem,quia pater maior
me eſt.Iam non multa loquar vobiſcum: Venit enim princeps mũdi huius & in me nõ
habet quicquam,&c.Promptum eſſet diſcretionem iſtam,fere vbiq; obſeruatã, in ſcri-
ptura euangelij,niſi longum nimis videreť legenti: præſertim cum ex paucis iſtis com-
monitus,cætera ꝑ ſemetipſum valeat experiri.Qui etſi cantare conſueuit ex ꝑſona filij,
rogabo patrem,& alium paracletũ dabit vobis.Itemq́;,meus cibus eſt vt faciam volũta-
Iohan.4 tem patris mei,ſciat Euangeliſtam non ſcripſiſſe, meus cibus eſt,vt faciam voluntatem
patris mei,ſed voluntatem eius qui miſit me:neq; ſcripſiſſe rogabo patrem meũ (cũ ro-
gare ſit naturæ inferioris,& rogatio eius,ſacrificium paſſionis eius fuerit)& ego rogabo
patrem(inquit)& alium paracletum dabit vobis.

¶Item de eodẽ dicto cõtra hæreticos,qa non ſequitur,ſpiritũ ſanctũ non proce-
dere à filio propter id q̊d ait: qui à patre procedit, imo ſequiť ſpiritũ ſanctũ
deum eſſe,quia à diuinitate procedit. Cap. III.

ERgo quoniam procedente ſpũ ſancto dixit,quẽ ego mittã vobis à patre,& meo
non addidit:Itẽq́;,qui à patre procedit,& meo nõ appoſuit: ſic tuta & prouida
fides recte intelligit,à patre,acſi dixiſſet, à diuinitate,quæ ſcilicet diuinitas vna
patris & filij ſubſtantia eſt.Requiratur nũc intentio vel cauſa propter quã dixe-
rit hic ille teſtis fidelis,qa ſpũs ſanctus à patre procedit:& tũc ſic ſonabit,ſic audieť dictũ
iſtud ei,qui habet aures audiẽdi,vt vere vox firmamẽti,vere ſonus ſublimis dei. ¶Quæ
Chriſti te- nam intẽtio vel cauſa eſt,niſi ipſa propter quam natus eſt,& in hunc mũdum venit, ſci-
ſtimonium licet teſtimoniũ perhibere veritati? Sic ẽm dixit:Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni
contra hæ in mundũ,vt teſtimoniũ perhibeam veritati.Cuius videlict teſtificãdæ veritatis q̃ ſum-
reticos
Iohan.18. ma eſt,niſi q̊d ſit vnus verus deus pater & filius & ſpũs ſanctus? Nimiꝝ ad teſtimoniũ
huius veritatis,magnifice pertinet illud,quod idẽ filius dei & de ſemetipſo dixit:ego ẽm
Iohan.8 ex deo proceſſi,& de ſpũ ſancto teſtificatus eſt,qui à patre procedit.Quid ẽm o hæreti-
Iohan.15. ci Arriani qui dixiſtis,qa ſpũs ſanctus creatura eſt:& vos o Macedoniani,qui dixiſtis,qa
ſpũs ſanctus deus non eſt? Quid(inquam)o inſenſati? Quid aliud quã deus ex deo pro-
Iohan.3 ceſſit aut procedit? Quod natũ eſt ex carne,caro eſt. Et quod natum eſt ex ſpũ,ſpũs eſt.
Et filius & Sic proculdubio quod proceſſit & quod procedit ex deo, deus eſt.Proceſſit autẽ ex deo
ſpũs ſanct9 filius,procedit ſpũs ſanctus.Ergo deus ẽ dei filius,ergo deus eſt ſpũs ſanctus.¶Ecce quã
vere deus breue dictũ,quam magnũ ſonat teſtimonium? Breue dictũ eſt,ergo ex deo proceſſit,&
eſt. magnum perhibet teſtimonium veritati,quod filius dei deus ſit. Breue dictum eſt,qui à





patre procedit,& magnũ perhibet teſtimoniũ veritati,ꝙ ſpũs ſanctus deus ſit. Magna
hæc vox(vt ſupra dictũ eſt)firmamẽti,magnus hic ſonus ſublimis dei,ſuꝑ ſerpẽtẽ anti-
quũ detonans,qui victus eſt,& de cœlo proiectus eſt in terrã,& ſuꝑ aquã doctrinæ ne- Apoc.12.
quam,quam miſit ex ore ſuo tanq̃ flumen poſt mulierem, id eſt eccleſiã,vt faceret eam
trahi à flumine,& hac voce confortata terra,adiuuit mulierem,aperiens os ſuum,& ab-
ſorbens illud flumen,conuenientibus ſcilicet patribus de toto orbe terraꝝ, tanta cũ oris
apertione,vt per teſtimonia ſcripturaꝝ annihilarent blaſphemias hæreticoꝝ, quorum
deterrimi fuerũt Arriani,& poſt illos Macedoniani,qui dixerũt creaturam eſſe dei filiũ,
creaturam & non deum eſſe ſpiritum ſanctum.

Itẽ de eadẽ ſentẽtia,q̊ pertinuerit,vt in illa ſacratiſſima cœna,qua tradebať, nõ cõ-
tẽtus dixiſſet:quẽ ego mittã vobis,addidit dicẽs:qui à patre procedit.Cap.IIII.

ITaq; illud,q̊d cũ dixiſſet dei filius:Paracletum ego mittam vobis à patre,& addi-
dit vel repetiuit dicens:qui à patre procedit.
Et à filio non procedit,verũetiã amplius magnificandã demonſtrat maieſtatẽ pro
cedẽtis,ne putet quis,& dicat hæreticus,q ſperat ab homine,& nõ procedit ab ipa
ſubſtãtia. † ¶Ecce ꝑ ſimile hoc,quod dicimus,nonnihil adiuuatur intelligẽtia fidei. Adde,rem
Apud Marcũ Euangeliſtã cum dixiſſet:Quiſqs vnum ex huiuſmodi pueris receperit in dei ſeu pa
nomine meo,me recipit,continuo ſubiũnxit:Et quicũq; me ſuſcipit,non me ſuſcipit,ſed tris.
eum qui me miſit,Humilis enim erat homo inter homines,mortalis inter mortales ap Marci.9
parebat,& homo tantum videbatur,& deus eſſe non agnoſcebatur.Proinde ne diceret
aut cogitaret qs:quid pro magno reputas te ſuſcipi, aut q̄d magnũ eſt in noĩe tuo quen
quam recipi,cũ & tu hõ ſis vt iſti,q̊s vis in noĩe tuo recipi. Recte & opportune proſecu
tus eſt,& q me ſuſcipit,nõ me ſuſcipit,ſed eũ q me miſit. ¶Similiter qñ hæc dicebat,qñ Cur dixit
paracletũ ſpm̃ ſanctũ promittebat.Nõne & multo magis hõ infirmus, & quaſi nouiſſi- Chr̃s,Qui
mus viroꝝ apparebat illa qua tradebať veſpera,in illa ſacratiſſima cœna? Nõne (inquã) a pr̃e pro-
tũc maxime in infirmitate noſtra laborabat,& nõ erat ſpecies ei neq; decor, vnde & vi- cedit
dimus eũ(inqt Propheta)& nõ erat aſpectus,& deſiderauimus eũ deſpectũ & nouiſſimũ
viroꝝ,viꝝ doloꝝ & ſcientẽ infirmitatẽ,& quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus?
Proinde ne maieſtas ſpũs ſancti minor videreť,vel tũc p̃ſentibus,vel poſt futuris,ex eo
quod homo eiuſmodi dixiſſet:quem ego mittã vobis,recte & neceſſario addidit,à pr̃e.
& repetẽs,qui(inqt) à patre,id eſt,ab altiſſima procedit diuinitate, vnde & credi,vel a-
gnoſci debet q̄d ſit altiſſimus ipe.Per hoc ergo ſimile,ſicut iã dictũ eſt,fides debet, vt fir
mior ſit,adiuuari:præſertim qa non,ſicut vbi dixit,& q me recipit,quaſi quandã nega-
tionẽ ſuppoſuit dicẽs,non me recipit,ſed eũ qui me miſit:non ẽm (inquã) ſicut illic? ita
& hic tali locutõe vſus ẽ,vt diceret:quẽ ego mittã vobis,nõ ego mittã,ſed is q me miſit.

Item filiũ fontem eſſe proceſſionis huius,ſicut eſt & pater,Pſalmiſta di-
cente:Quoniam apud te eſt fons vitæ. Cap. V.

VT igitur hauriamus vitam,& bibentes nõ ſitiamus vnq̃,accedamus tam ſcien Dñe apud
ter,q̄ fiducialiter ad hũc procedentẽ,nõ dubitantes filiũ æque vt patrem hu te eſt fons
ius eẽ proceſſionis fontẽ.Vnde & cum Pſalmiſta dicamus tibi dñe,qm̃ apud vitæ
te eſt fons vitæ.Vita ẽm,ſpũs ſanctus eſt:& fons vitæ, filius dei eſt,& dñs cui Pſal.35.
hæc loqtur: Dñe in cœlo miſericordia tua,& cætera,vſq;,inebriabunť ab vbertate do-
mus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos,qm̃ apud te eſt fons vitæ, deus pater eſt.
Sic ergo in hoc Pſalmo intelligimus fontẽ apud dominũ,ſicut in Euãgelio, verbũ apud
deũ:flumen & de fonte,& de fontis vena procurrit: ſpũs ſanctus & de filio, & de patre
procedit.Flumen inquã,verbi gratia,Phyſon ſiue Gyon profluit de fonte qui eſt apud
paradiſum.Fluminis impetus,qui lætificat ciuitatem dei,procedit de fonte qui eſt apud Gene.2
dñm de verbo quod eſt,vel erat apud deũ.Attamen ſimilitudo hæc non eſt omnino ꝑ- Pſal.45
fecta.Nam paradiſus & fons,terra & aqua diuerſa eſt ſubſtantia. Et fluuius localiter e-
greditur de fonte ſiue de terra illa.Fons aũt & dñs,apud quem eſt fons vitæ, & ipſa vita
ſcilicet ſpũs ſanctus,vna ſubſtãtia eſt.¶Vide nunc ordinẽ ſiue iuncturã verboꝝ.Cũ di- Pſal.35
xiſſet:Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrẽte voluptatis tuæ potabis eos, cau
ſam ſubiunxit,cur hoc deberet & vnde poſſet fieri,dicens:Quoniã apud te eſt fons vitæ.
Nam pro poſſe ſiue poſſibilitate talẽ præſens coniunctiuncula ſtructurã facit.Dixi,tor-
rente voluptatis tuæ potabis eos,id eſt,perfectam & inæſtimabilẽ iucunditatem eis da-
bis,& hoc bene poteris facere,qm̃ apud te eſt fons vitæ,de quo procedit ſpũs ſanctus, q
ipſe eſt torrẽs voluptatis tuæ.Pro cauſa vero ſic:Dixi,potabis eos,& hoc idcirco debes
facere,quoniam ipſi credũt & confitentur quod ſit apud te ille fons vitæ.

Ad eandẽ veritatis rationẽ pertinere,quod clamãs dixit fons ille,ſi quis ſitit
veniat ad me,& bibat,& de fontis eiuſdẽ apertione. Cap.VI.

Iohan.7 Si qs ſitit, veniat ad me.

NOnne hoc eſt quod clamãs dixit fons ille filius ipſe? Si qs ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Cui rogo magis vel melius cõgruit q̃ fonti, vt dicat: Si qs ſitit, veniat ad me & bibat? Habet em̃ fons quod de ſemetipſo effundat, habet (inquam) fons vitæ, qui apud te eſt dñe vitam, id eſt, viuificantem ſpiritũ, qui ex ipſo procedat, & in os ſitientis ſiue bibere volentis, id eſt, in interiora animæ credentis, deſiderãtis, & viuere volentis, larga dignatione influat. Hinc & apud Zachariã prophetam ſcriptũ eſt: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalẽ, in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ. Gaudemus em̃ nomine fontis Chriſtũ dei filium in hac ratione deſignari, dum hoc intendimus qd nulli dubium eſſe debuerit, quod nũc eccleſia catholica firmiter credit, quia ſpũs ſanctus non minus à filio, q̃ à patre procedit. Primũ, in remiſſionẽ peccatoꝝ, de quo videlicet dato eiuſdẽ ſpũs ſancti, & hic propheta dicit manifeſte, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ, ſcilicet populi vtriuſq;, peccatoris, populi gẽtilis: mẽſtruatæ, ſynagogæ, cuius ex nobilioribus filijs vnus Eſaias hoc ipſum confitetur & dicit: Et facti ſumus vt immũdi oẽs nos, & quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ. Sed nec illud ignotum eſſe debet, quãdo, vel ex quo die fons iſte patens factus ſit, & peccatorem, ſiue menſtruatã abluerit, quoniã ſic dictũ eſt: In die illa erit fons patẽs domui Dauid. Nimiꝝ dies ille nunc eſt, dies glorificationis Ieſu Chriſti domini noſtri, ex q̃ exaltatus à terra vt omnia traheret ad ſe, cũ emiſiſſet ſpiritũ, vnus militũ lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. Tunc fons iſte patens factus eſt, & ex tunc patet, qa non ante, ſed ex tũc ſpũs ſanctus in remiſſionẽ peccatoꝝ datus eſt. ¶Eatenus qppe (vt iã dictũ & ſæpe dicendũ, ſemperq; ſciendum eſt) in diuiſiones qdem gratiaꝝ ſpũs idem patribus & prophetis datus erat, ſed huius dati, qd eſt ablutio, tã peccator eatenus quàm menſtruata expers fuerat. Hinc eſt illud dictũ: Nondũ enim erat ſpũs ſanctus datus, quia Ieſus nondum fuerat glorificatus.

Zach. 13 Fons patens in ablutionẽ peccatoris & mẽſtruatæ — Eſa. 64. — Iohan. 12 Iohan. 19 — Iohã. 12.

De proprietate fontis illius qui eſt apud te domine, & de æquiuocatione fontium in ſcripturis, vt illic hauriat aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Cap. VII.

Hoĩes ſancti quõ dicuntur fontes — Eſaie. 12 — Pſal. 17. — Iohan. 4

FOrte dicit aliquis. Multoꝝ communis appellatio myſtica eſt fons, etenim multi in ſcripturis fontes nominati ſunt: multi (inquã) ſancti hoĩes, ſcilicet Prophetæ & Apoſtoli nomine fontiũ ſignificati ſunt. Exempli gratia: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Itẽ in Pſalmo: Et apparuerũt fontes aquaꝝ. Ipſe quoq; ſaluator mulieri Samaritanæ loqtur: Qui aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ ſitiet in æternũ: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Quomodo ergo, pro documento proceſſionis ſpũs ſancti, dum aſtruere volumus, quod nõ minus à filio quàm à patre procedat idem ſpũs ſanctus, tãtopere gaudemus de ſignificatione filij, vocabulo fontis, quia ſic ſcriptum eſt: Quoniã apud te eſt fons vitæ, & in illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem pctõris & mẽſtruatæ? ¶Ad hæc (inquã) magna diſtãtia ẽ fontis q ẽ apud deũ, & cęteroꝝ fontium, qui omnes, vt efficerentur fontes, de plenitudine eius acceperunt. Deniq; cum & in hoc multũ ab illo differant, qd omnes (vt iam dictũ eſt) de plenitudine eius acceperunt, & adhuc multæ ſint differentiæ illoꝝ, maxima hæc diſtantia eſt, quam protinus dicam. De illo fonte vnico, qui erat & eſt apud deũ, ipſo profundo corde patris, non ſolæ voces aut verba, ſed ipſa procedit ſubſtãtia ſpũs ſancti. De fontibus aũt alijs, tantũmodo voces ſeu verba eiuſdẽ ſpũs ſancti, non ipſa eius ſubſtantia procedit. Quæ nam ſunt voces, ſeu verba ſpũs ſancti? Nimiꝝ omnes ſcripturæ veritatis, quas vtiq; per os ſanctoꝝ hominũ locutus eſt ſpũs inſpirator veritatis. ¶Proinde diligẽter ppende verba hæc: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Hoc ita recte intelligitur. Gratia ſpũs ſancti quam dabo, vel dare potero ei (ille em̃ ſpũs ex me procedit) non eſt, nec erit ſicut ſpũs huius mũdi, ſiue ſapiẽtia ſeculi, quæ nõ viuificat, ſicut aqua putei huius quam hauris, non facit tibi vt non iterum ſitias, ſed faciet in eo gratia eadẽ intelligentiã ſcripturæ viuificæ, quæ videlicet intelligentia ſic perſeuerat, ſicut de fonte aqua profluere nõ ceſſat, vt loquendo ſiue etiam ſcribendo, quaſi quibuſdam riuis, prata multa, id eſt, multoꝝ irriget animas, fiatq; quod dictũ eſt per Pſalmiſtã: Riuos eius inebrians multiplica genimina eius, in ſtillicidijs eius lætabitur germinans. Et hoc quidẽ facere poteſt quiſq; fontiũ, ſcilicet ſanctoꝝ hominum, qui à deo inſpirati ſunt, profundere doctrinæ riuulum, proferre ſermonem bonum, ipſum autem ſpiritum ſanctum homini perferre non poteſt, quantocunq; dono eiuſdem ſpiritus abundet, niſi ſolus ille & vnicus fons vitæ qui ſit apud te domine eſt.

Pſal. 135 Zach. 12 — Iohan. 1. — 2. Petri. 1 Iohã. 4. Aqua viuificans. — Pſal. 64

De eo quod ait Euangeliſta: hoc aũt dixit de ſpũ, quem accepturi erant

credentes in eum. Cap. VIII.





PRoinde valde diligenter attendendum eſt illud, qd vbi dixit fons ille (ſicut ſupra memoratũ eſt) clamãs in tẽplo in magno die feſtiuitatis: Si qs ſitit, veniat ad me & bibat: qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ, protinus Euangeliſta ſubiunxit: Hoc aũt dixit de ſpũ, quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Deniq; poteſt qdem ſimpliciter & abſq; offendiculo in pace fraterna ſuſcipi ſiue intelligi, qd illud totum de ſpũ ſancto clamauerit, ſed vbi diſſonantia ſit, ſiue cõtra diſſonantes declamandũ eſt, quemadmodũ hic dũ agimus de proceſſione ſpũs ſancti, caute diſcernendũ eſt, qa nõ ſolum vnũ, ſed quodammodo domino dixit. Siqdem in ipſo literali ſenſu aliud eſt bibere, & aliud eſt flumina fundere, ſicut aliud eſt accipere, & aliud dare vel reddere. ¶Quia ergo nec ſic Euangeliſta ſcripſit, hæc aũt dixit de ſpiritu ſed hoc dixit de ſpũ, libera patet expoſitio, qa quod clamauit dominus: ſi quis ſitit veniat ad me, & bibat, ſine dubio de ſpiritu dixit teſtificans, quod ſpũs ſanctus de ipſo procedat. Quod autem ſubiunxit: qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Itẽ de ſpiritu dixit, ſed hoc ſenſu, quod non ipſe ſpũs, ſed vox vel doctrina ſpũs ſancti de vẽtre vel ore hominis inſpirati ſeſe effundat, iuxta quod alibi dicit: Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis. Sicut enim vox per hominẽ ſonans ſpũ ſancto inſpiratum, verbi gratia Prophetam ſiue Apoſtolum, & proloquẽs ſiue ſapientiæ, ſiue ſcientiæ ſermonẽ, aut quodlibet de generibus linguaꝝ, non eſt ipſa ſubſtantia ſpũs ſancti in aĩa, prout vult ſpirantis: ſic flumina credentis de ventre fluentia, non eſt ipſa ſubſtantia aquæ, quam fons ille dat, vel ad quam inuitat dicendo: ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat, attamen & vox quam audis, flumina quæ per vocem loquentis hominis diffunduntur, recte ſignantur nomine ſpiritus, eo videlicet locutionis modo, quo plerunq; ſolemus efficiens exprimere per id quod efficitur, veluti cum ferrum calens dicimus ignem, & aquam frigore cõcretam dicimus hyemem.

Iohan. 7 — De filio dei ſpirit9 ſanctus pcedit. — De ſanctis hominib9 vox vel doctrina ſpiritus ſancti. — Iohan. 3

Quod de ventre credẽtis in filiũ di ſolũmodo ſacramẽta ſcripturaꝝ, quæ p ſpiritũ ſanctũ adminiſtrata ſunt: de illo aũt fonte, id eſt, filio dei, ipſa quoq; procedit ſubſtantia ſpũs ſancti. Cap. IX.

IGitur ab illo fonte qui deus & homo eſt, multũ (vt iam dictũ eſt) cæteri omnes differunt, quicũq; fontes dicti ſunt, vel dici meruerũt. Quia videlicet de fontibus illis tãtummodo flumina aquæ viuæ fluxerũt, quæ non ſunt ipſa ſubſtantia ſpũs ſancti, ſed adminiſtrata per ſpiritũ ſanctũ ſacramenta ſcripturaꝝ: ab illo aũt & ipſa ſubſtantia ſpũs ſancti procedit, qa deus eſt, & flumina ſcripturaꝝ voce corporea fluxerũt, quia homo eſt. ¶Et multa qdem ſunt huiuſmodi flumina de ventre illius, & de ventre credẽtis in eum fluentia, ſed quatuor ſunt fluminũ cunctoꝝ capita, id eſt, flumina principalia, flumina inquam, id eſt ſacramenta. Sicut enim vnus eſt fons, ſiue fluuius, q egrediebatur inquit ſcriptura, de loco voluptatis ad irrigandũ paradiſum, q inde diuiditur in quatuor capita, id eſt, principalia flumina, ſic de multis vel multiplicibus ſacramẽtis quatuor ſunt præcipua Chriſti ſacramenta, qbus intendit omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, ſcilicet incarnatio eius, paſſio eius, reſurrectio eius, aſcenſio eius. Hæc flumina tã de vẽtre eius q̃ de ventre credentis in eũ fluere non deſinũt, & vocem ſpũs ſancti tam per os eius q̃ per os credentium in eum Apoſtolorum hæc ſacramenta prædicantis, totus mũdus audiuit hoc interim excepto, quod ex abundanti eſt aſtruere, quia ſacramenta hæc ex ipſo ſunt condita pariter & annũtiata: cæteri aũt annuntiationis huius ad nos, miniſtri & adiutores fuerũt. ¶Nunc de eo quod iam prælibatũ eſt, ſpũs vbi vult ſpirat, ſcilicet de ipã proceſſione vel procedentis perſona, quod deus & dominus ſit, & eiuſdem cum patre & filio maieſtatis ſiue poteſtatis, in hoc ipſo dum procedit, latius dicendũ eſt. Nũc quod nõ minus à filio q̃ à patre procedat, hactenus à nobis ſermo habitus, proſecutus eſt.

Quatuor præcipua flumia ſeu ſacramẽta Chriſti. — Gene. 2

De ipſo procedente ſpiritu ſancto, & diuina ipſius potentia, iuxta quam dictum eſt: Spiritus vbi vult ſpirat. Cap. X.

CLauſula hæc q̃ breuiſſima: Spũs vbi vult ſpirat, diuinam eiuſdem ſpũs ſancti naturam, diuinam nihilominus potentiam, magnifice nobis, qui in eũ credimus, enunciat, & manifeſte quædam diffinitio eſt, hunc ſecernens ab omni ſpũ, quicunq; deus non eſt, vel ſub deo ſpirat. Nullus em̃ ſpũs, præter hunc ſpiritũ qui deus eſt vbi vult ſpirat. Creatus quilibet ſpiritus bonus, ſiue malus ſpirat quo ſpirare mittitur vel permittitur, nec ita ſpirat, vt ipã ſpũs noſtri ſubſtantiam ingrediatur, niſi ſolus creator ſpũs. ¶Quid ergo eſt (inquis) quod quilibet homo ſpũ maligno plenus dicitur? Sicut em̃ legimus hominẽ quẽpiã ſanctũ vel fidelẽ, verbi gratia: Stephanum plenum ſpiritu ſancto, ita & Iudam legimus peruaſum à ſpiritu maligno, non quomodocunq;, ſed ita, vt de illo dicat Euangeliſta, quia intrauit in illũ Satanas, Similiter de bonis ſpiritibus

Iohan. 3 Spũs vbi vult ſpirat — Obiectio — Acto. 6 — Iohan. 3.

hoc exemplũ eſt apud Zachariam prophetã: Et dixit ad me angelus qui loquebatur in
Zacha.1. me: Ego oſtendã tibi qd ſint hæc. Item: Et reſpondit dñs angelo q loquebat in me, ver-
ba bona, verba conſolatoria. Et poſt aliqua. Et ecce angelus q loquebatur in me, egre-
Solutio. diebat, & alius angelus egrediebat in occurſum eius. ¶Ad hæc inquã. Nec iſta ſcripturę
teſtimonia cõpellũt nos, nec ipſa ratio cõſentit, vt dicamus vel ſuſpicemur, q̃d creatus ra
tionalis ſpũs, rõnali ſpiritui ſubſtãtialiter vnq̃ potuerit aut poſſit infundi, vel ꝙ rõnalis ſpi
ritus capax ſit alterius, niſi ſolius ſpũs dei. In habitationẽ dũtaxat corporis miſſus aut ꝑ-
miſſus ſeſe inſerit. Et malus q̄dem ſpũs cõprehenſum hominis ſpiritũ veneno malitiæ in-
ficit, aut furioſis agitat flagellis: bonus aũt angelus cuſtos appoſitus humano ſpiritui, de-
mulcet eũ verbis bonis, verbis conſolatorijs: in ipſam aũt ſubſtantiam neuter ſeſe infun
dit. Neq; em̃ ita ſubtilior ſpũs angelicus humano ſpũ eſt, vt alter alterius capax, vel alter
alteri capabilis ſit. Solus creator ſpũs, ſolus (inquam) & vnus deus pr̃ & filius & ſpũs ſan
Iohan.14 ctus, humano ſpiritui capabilis eſt, q̄a lõge ſubtilior eſt. Si q̄s diligit me (ait filius) & pa-
Ibidem. ter meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus. De iſto aũt paracle
to ſpũ ſancto idẽ dixit: Vos aũt cognoſcetis eũ, q̄a apud vos manebit, & in vobis erit.

De illo modo ſpiramẽti eius, quo ſpirans vbi vult ipſam animæ ſubſtantiã pene-
trat, & abyſſum eius ꝑambulat, & q̊d huius dignationis experimen
tum ſentire in hac vita valde paucoꝝ eſt. Cap. XI.

Spũs ſanctus & deforis & intus ſpirat. IGitur hic ſpũs deus eſt, & hoc p̃ſens q̊q; ſentẽtia confirmat, dicẽtis, ſpũs vbi vult ſpi
rat. Cum vult, deforis per angelũ ſpirat, id eſt, præceptũ vel conſiliũ dat: Et cũ vult
intus per ſemetip̃m ſpirat, id eſt, animæ ſubſtantiam ſenſibiliter ꝑambulat. At vero
iſtud, quod poſtremũ dixi, valde pucoꝝ eſt, dum in corpore viuentes peregrinan-
tur à dño. ¶Illud quod primum dixi, q̄a dum vult, ſpirat deforis, adeo multoꝝ eſt, vt e-
tiam malis interdum accidere potuerit. Exempli gratia: Miſit Saul lictores vt raperent
David. Qui cũ vidiſſent cuneum prophetaꝝ vaticinantiũ, & Samuelẽ ſtantẽ ſuꝑ eos, fa
1. Regũ. 19. ctus eſt etiã in illis ſpũs dñi, & prophetare cœperũt etiam ipſi. Prophetauerũt & alij nũ-
tij, prophetauerunt & tertij. Abijt & ipſe, & factus eſt etiam ſuꝑ eũ ſpũs domini & pro-
phetauit. Effectus enim quidã eſt, valens aperire interiores oculos, etiam eius q nõ me-
retur ingreſſum ad ſe eiuſdem ſpũs domini, vt videat q̊d ante ignorauit, & intelligat vo
luntatem dñi: nimiꝝ ad iudiciũ ſibi. Quemadmodũ & ille Balaam, qui de ſemetipo ait:
Nume.24 Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus. Dixit auditor ſermonũ
dei, q viſionẽ oĩpotentis intuitus eſt, q cadit, & ſic aperiuntur oculi eius. ¶De q̊ videli-
Deuter.30 cet Balaam in p̃ſenti ratione perpendendũ eſt, q̄a cũ ſemel & iteꝝ dictũ vel ſcriptũ ſit,
quia occurrẽs ei dñs, poſuit verbũ in ore eius, nuſq̃ dictũ eſt, poſuit in corde eius ſicut di
1. Coꝝ.2. citur digno & fideli viro, prope eſt verbũ in corde tuo & in ore tuo, Non em̃ in corde ꝑ
Sap.7. dilectionem ſapiebat ea quæ dei ſunt, q̃uis ore ꝑ ſcientiã proferat ea q̃ dei ſunt. ¶Iſtum
modũ ſpiramẽti, de q̊ dicere cœperã, quo ſpũs ſanctus multiplex (vt ait ſapiẽtia) ſubtilis,
m̃obilis, diſcretus, incoinquinatus, certus, ſuauis, ſtabilis, ſecurus, om̃ibus mobilibus mo
bilior, ipſam aĩæ ſubſtãtiam penetrat, & abyſſum eius perambulat, valde paucoꝝ eſt ex-
periri, q̃ diu in hac vita ſunt à domino peregrini: & cum vix quiſpiam eoꝝ expertus fue
rit, non valet verbis exprimere ſi velit, quoniam ineffabile eſt quod ſentit. Hic nimirum
opus nõ habet, vt eũ doceat q̄s, q̊d ſpũs ſanctus deus ſit, ipſa enim infuſionis eius vnctio
1. Iohan.2. docet eum, quemadmodũ Iohannes apoſtolus in epiſtola ſua dicit: Et vos vnctionẽ ha
betis à ſancto, & nõ neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio eius docet vos
de omnibus. Vtiq; in ſemetipſo expertus hoc dixit. Et aliquos inter illos eſſe nouerat, q
nonnihil haberent, de iſta vnctione mirabili, vnctione ineffabili, per quam intelligit bea
1. Iohan.3 ta anima, quod deo placita ſit, ſicut & poſtmodum dicit: In hoc intelligimus quoniam
in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.

Quod ſi paracletus iſte ſpirare velit, vbi nõ quæritur vel recipitur conſola-
tio præſentis ſeculi, & de eo quod ait dñs, rogabo patrem &
alium paracletum dabit vobis. Cap. XII.

Spũs ſanctus ſpirat in eis, q lugẽt in hoc ſeculo. VBi quæſo ſpiritus huiuſcemodi aſpirationem ſpirare vult? Nam quod ſpiret
vbi vult tanq̃ deus & omnipotẽs dñs, credimus & ſcimus: ſed hoc non fruſtra
diligẽs animus quærit vbi ille ſpirare velit, vel ſpirare cõſueuerit. Ad hæc in-
quam. Illic ſpirare vult & illic ſpirat aſpiratione illa mirabili, quã dixi, vbi nõ
eſt cõſolatio p̃ſentis ſeculi, vbi eſt qui dicat, renuit cõſolari aĩa mea. Item: Heu mihi q̄a
Pſal.76 incolatus meus prolõgatus eſt, habitaui cũ habitãtibus cedar, multũ incola fuit aĩa mea.
Pſal.119. Sed hic gemitus, cui niſi deo vel ſpiritui eius eſt manifeſtus? Idcirco & altius dicit: Se-
Eſa.24 cretũ meũ mihi, ſecretũ meũ mihi, væ mihi. Quam ob cauſam? Confractione cõfringe
tur terra, cõtritione cõteretur terra, cõmotione commouebitur terra, agitatiõe agitabit
terra



terra, & ſubaudias, idcirco renuit conſolari anima mea, q̄a conſolatio ſtabilis non eſt in
terra, cõfringenda, cõterenda, cõmouenda, agitanda. Quod iam in partibus aliquotiens
factũ eſt, vniuerſaliter aũt vltimo iudicio fiet irrecuperabiliter. Vbi pro huiuſmodi cau
ſa luctus eſt vel gemitus, vbi ſpũs iſte paracletus. i. conſolator ſpirare vult. ¶Om̃es huius Alius mũdi, alius electoꝝ paracletus
ſeculi aliam habent conſolationem ſuam, & væ vobis diuitibus, ait dominus, q̄a habetis
conſolationẽ veſtram. Ad diſcipulos autem ſuos dicit: Et ego rogabo patrem, & alium Lucæ.6
paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in æternũ. Alium paracletũ dixit, videlicet id- Iohan.14
circo, quia duo ſunt paracleti, multum diſſimiles, imo & oppoſiti, hinc ſpũs dei, illinc ſpi
ritus huius mũdi. Vnde & cum dixiſſet: Et alium paracletum dabit vobis, ſubiunxit: quẽ
mundus non poteſt accipere, quia nõ videt eum, nec ſcit eum, videlicet ſua paracleſi cõ-
ſolatum & incraſſatũ habens cor ſuũ. Et quidẽ bonus & acceptus eſt ſenſus, quo dictum
eſt ante nos, ſpiritũ ſanctũ idcirco alium paracletum à filio eſſe nuncupatũ, q̄a filius ipſe
paracletus eſt, alius in perſona, non aliud in natura: ſed nihilminus hic ſenſus quem nũc
dicimus placet, imo & expeditior eſt. Deniq; in beata trinitate eſt q̄dem, & neceſſario cõ
fitetur ad ſalutem, quia eſt perſonarum pluralitas, ſed non eſt ibi vlla paracleſeos, id eſt,
conſolationis, dualitas. Hic profecto in hac oppoſitione, vbi deo mundus opponitur, di
cendo: Et alium paracletum dabit vobis pater ſpiritum veritatis, quem mundus nõ po- 1. Coꝝ.2
teſt accipere, quia nõ vidit eum, manifeſta eſt dualitas paracleſeos, q̄a ſicut duo ſunt ſpi
ritus, alius mũdi, alius dei. Vnde Apoſtolus loquitur: Nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus, Matth.9.
ſed ſpiritũ qui ex deo eſt: ſic & duos paracletos, nihil cõmune habẽtes recte dici ratio cõ
ſentit, alium ſpiritũ huius mundi, q cõſolatur filios ſeculi in delicijs tranſitorijs, aliũ ſpm̃
dei, in q̊ ſolo conſolationem habent filij dei, filij ſponſi, qui ablatus eſt ab eis.

Item de eadẽ dignatione ſpirantis vbi vult, iuxta illud in Prouerbijs: Noli
regibus o Lamuel, noli regibus dare vinũ, date ſicerã mœrentibus
& vinũ his qui amaro ſunt animo. Cap. XIII.

IGitur quod dictũ eſt: Spiritus vbi vult ſpirat, ſic venerabiliter intelligitur, q̊d nõ ca
ſu, ſed cũ ratione iudicij, alias ſpirare velit, & alias ſpirare nolit, quã videlicet iudicij
rationẽ ſapientia nobis inſinuat in parabolis Salomonis verbis huiuſcemodi: Noli Prou.31.
regibus ô Lamuel noli regibus dare vinũ, quia nullum ſecretũ eſt vbi regnat ebrie-
tas, ne forte bibant & obliuiſcantur iudicioꝝ, & mutent cauſam filiorum pauperis. Date Lamuel
ſiceram mœrentinus, & vinum his qui amaro ſunt animo. Bibant & obliuiſcantur ege- Chriſtus.
ſtatis ſuæ, & doloris non recordentur amplius. ¶Lamuel quippe, quod interpretatur in 2. Coꝝ.5
quo deus, ipſe eſt Chriſtus, in quo reuera deus, quemadmodum Apoſtolus dicit: Deus Luc.24
erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Nec vero ita deus in illo, ſicut in nobis, ſed Acto.2.
multo differentius, ita videlicet, vt verbum deus, & aſſumptus homo vnus Chriſtus, vna
perſona ſit. Vinum q̊d dat iſte Lamuel, ſine dubio hic ſpũs ſanctus eſt, qui cũ datus eẽt
Apoſtolis ab ipſo dicente: Ego mittam promiſſum patris mei in vos, & illi loquerentur
linguis, ſtupentes q audiebant, neſcientes q̄dem ipſi q̄d dicerent, ſed tamẽ verum dixe- Lucæ.6
runt, q̄a muſto pleni ſunt iſti. ¶Reges quibus vinum hoc dare nolit Lamuel, diuites ſunt
huius ſeculi, & in ipſis diuitijs ſuperbi, q̄bus (vt ſupra iam dictum eſt) Væ vobis ait ipſe
Lamuel, q̄a habetis conſolationẽ veſtram, & quaſi quæreret idem Lamuel, quam ob cau Secretũ aptũ ſpiritui ſancto
ſam talibus vinum hoc, talibus nolit mittere iſtum paracletum, q̄a nullum (ait) ſecretum
eſt vbi regnat ebrietas, ebrietatem nominans illorum ſuperbiã, ipſam conſolationis ip-
ſorum abundantiam ſeu confidentiam. Ibi profecto nullum eſt ſecretũ eiuſmodi, quale Thren.3
vinum iſtud expetit, quale paracletus iſte requirit. ¶Quale enim ſecretum exoptat? Ni- 2. Coꝝ.5.
mirum vt homo iugum portans ab adoleſcentia ſua, ſolitarius ſedeat & lugeat, præſen Pſal.76.
tem ante oculos ſuos habens cauſam, cur lugere debeat, videlicet quia mortalis in pec-
catis, aut in periculis peccatorum viuit, rationem redditurus ante tribunal tremendi iu- Hæretici abutunt̃ vino ſpũs ſ.
dicis, vbi quantacũq; habita fuerit conſolatio præſentis ſeculi nihil proderit. Quam ob
rem, ſicut vere vanitatem illam contemnit, dicens cum Pſalmiſta: Renuit conſolari ani-
ma mea. Quia ergo non eſt ibi tale ſecretum. Noli (ait) ô Lamuel, regibus, id eſt, ſuperbis 1. Cor.12
dare vinum. ¶Plerũq; accidit, vt talium quiſpiam, guſtata (vt ſibi viſum eſt) aliqua vini Prouer.31.
huius portiuncula, ſcilicet accepto ſapientiæ ſiue ſcientiæ ſermone, ſiue prophetia, ſiue
generibus linguaꝝ, ſiue aliquo cęteroꝝ chariſmatum, quæ diſtribuit idem ſpiritus, idem
dominus, idem deus, diuidens ſingulis prout vult, vteretur eo in ſuperbia, faceretq; hæ-
reſes & ſchiſmata. Hoc eſt quod dicit de regibus illis: Ne forte bibãt & obliuiſcantur iu-
diciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis. Obliuiſcuntur nãq; iudiciorum hæreti- 2. Coꝝ.8
ci, dum male iudicant vel ſentiunt, de ſcripturis ſanctis, & hoc eſt mutare cauſam filioꝝ
pauperis, tranſgredi vel transferre terminos fidei, quæ propria cauſa eſt filioꝝ paupe-
ris, ſcilicet Chriſti, q cum diues eſſet, ait Apoſtolus, pro nobis pauper factus eſt.

 ¶Qui-

¶Quibus ergo vel qualibus debetur vinũ cõſolationis huius? Date (inquit) ſiceram mœ-
Ecci.4. rentibus, & vinũ his ꝗ amaro ſunt aĩo. Mœrẽtes illi ſunt, amaro aĩo illi ſunt, ꝗbus eſt p̃-
Pſal.136. ſentis vitæ tædiũ, & futuræ deſideriũ, & idcirco laudãt magis mortuos q̃ viuentes, ſicut
dicit Eccleſiaſtes: qui cognoſcũt lachrymoſum exiliũ ſuũ, iuxta illud: Super flumina Ba
Ephe.1. bylonis illic ſedimus & fleuimus dũ recordaremur Sion. Iſti bibant, iſti ſpiritum para-
Apoc.12. cletum accipiant, & obliuiſcantur huiuſce egeſtatis ſuæ, & doloris huiuſmodi nõ recor
dentur amplius: certi facti ex iſto pignore, quod pedes ſanctoꝝ iam ſunt ſtantes in atrijs
tuis Hieruſalem, vbi nulla eſt egeſtas, & dolor non erit vltra.

Quod mœror ſanctoꝝ, & amaritudo animi eoꝝ deſcẽdat ex magna virtu-
te fidei, & idcirco cõſolatione ſpũs ſancti digni ſunt. Cap. XIIII.

O Igitur dulcis mœror, & o amabilis amaritudo animi, tam magnã habẽs remu
nerationem gaudij ſancti, tam iucũdam viſitationẽ tanti domini, tam ſuauem
Fides facit cõſolationẽ tanti paracleti, vnde te habet ſpũs hoĩs, vnde illi promiſiſti? Ni-
hominẽ re mirum ex virtute fidei, & veꝝ illi teſtimoniũ perhibes, ꝙd fides eius magna ſit
cte mœrẽ- Niſi eñ fidem haberet in penetralibus ſuis, non incederet mœrens, non eſſet amaro aĩo,
tem. non ſe cognoſceret egenum & pauperem, non diceret (verbi gratia) quod dixit rex prę-
potens & ſplendidus in gloria regni ſui: Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ in manibus dominorum
Pſal.122 ſuoꝝ, ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum no
ſtrum donec miſereatur noſtri: Neſciret dicere, quia multum repleti ſumus deſpectiõe,
neſciret quale vel quantum in Adam honorem perdidit, quantũ in illo obprobriũ, quã-
tam deſpectionem hæreditauit. Hoc etenim ſcire, fidei eſt: Fides autem ipſa hominis vi-
ta eſt. Vnde & dominus in Propheta dicit, & Apoſtolus meminit: Iuſtus autem ex fide
Abac. 2 ſua viuit, ſiue: Iuſtus autem meus ex fide viuit. ¶Pulchrum ergo & pium eſt videre hũc
Roma. 1 introitum paracleti, vbi ſtanti illi ad oſtium & pulſanti, fides ianuã aperit, & ille ingreſ-
Heb.10. ſus, demittit ſe dignantiſſima inclinatione in amplexum fidei, & cœnat cũ illa, & ipſa cũ
Apoc.3 eo. Nũquid eñ ſoli filio dei dicere competit: Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit
vocem meã, & aperuerit ianuam, introibo ad illũ, & cœnabo cum illo, & ipſe mecũ, &
non etiam ſpiritui paracleto? Imo & huic, nam ipſe filius dei, ſiue verbum dei, nunquam
niſi per ſpiritum ſanctũ, huc ad manendũ introire conſueuit. Ipſe ſpũs ſanctus dux eſt iti
neris, ſiue introitionis, & miro atq; ineffabili modo, cũ ipſe ſit donum patris & filij, cum
eo modo, de quo nunc agimus, ſcilicet ſenſibili gratia, quæ magna prærogatiua eſt, in-
troierit, & patrem dat & filiũ, id eſt, cognitionem efficit patris & filij

De diſtantia fidei, ꝙ & magna fides, & modica fides, & minima fides, certas
ob cauſas nominentur in verbis domini. Cap. XV.

Hebræ.11 ET nos quidem fere omnes fidem habemus, etenim ſine fide (ait Apoſtolus) im-
poſſibile eſt placere deo, ſed magnã fidem non omnes habemus, vnde & eiuſmo
Matth.15 di gratiam non omnes accepimus. Deniq; eſt & magna fides, eſt & modica fi-
Idem. 8 des, eſt & minima fides. Si non ita eſſet, non diceret alibi dominus: Magna eſt fi
Luce.12 des tua. Et alibi: Quid timidi eſtis modicæ fidei. Et alibi: Quanto magis vos minimæ fi-
Minima dei. De tribus iſtis differentijs, breuiter aliquid pro elucidatione dicẽdum eſt. ¶Minima
fides ẽ, vbi homines Chriſtiani quidẽ, & Chriſtum confitẽtes, ſed in ſeculari conuerſa-
tione viuentes, ita de craſtino cogitant, & ſoliciti ſunt, dicentes: Quid manducabimus,
aut quid bibemus, aut quo operiemur, vt propter hanc ſolicitudinem acriorem vitã ag-
gredi ſubterfugiant, & pene deſperẽt de cura dei, ſi in aliquo horum vel ad tempus de-
ficiant. Ideo dominus dicit: Si autem fœnum quod hodie eſt, & cras in clybanum mit-
Matth.6. titur, deus ſic veſtit, quanto magis vos minimæ fidei? ¶Modica vero fides eſt, vbi pro-
Modica pter metum mortis, ſub articulo perſecutionis, vocem quis abſcondit Chriſtianæ con-
Marc.14. feſſionis, quod fecit Petrus vbi Chriſtum negauit, & cæteri Apoſtoli, qui relicto eo oẽs
Matth.14 fugierunt. Ideo & Petro dixit, cum cœpiſſet mergi, quia videns ventũ validum timuit:
Modicæ fidei quare dubitaſti? ſimiliter & in alia tempeſtate, tam Petro, quàm cæteris
diſcipulis: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Vtraq; nãq; tempeſtas, futuram turbationẽ
Matth.8. Iudæorum ſignificabat. Prima, vbi ſcriptum eſt: Ipſe vero dormiebat, cũ nauicula ope-
riretur fluctibus. Eius rei ſignum erat, quod dormiẽte domino dormitione mortis, diſ-
cipulorum fides habebat periclitari. Secunda, vbi venit ad eos ambulans ſuper mare, &
Matth.14 apprehendit manum Petri clamantis, quia dubitans cœperat mergi, ſignum fuit reſur-
rectionis, in eo ipſo quod ſupra mare ambulauit, ambulaturus ſuper fluctus mortis, ſicut
Magna. ſcriptũ eſt: Qui aſcẽdit ſuper occaſum, dñs nomẽ illi, & conſolaturus eundem Petrum,
Luc. 22. vt non amitteret gradum Apoſtolicum, qui tunc vtiq; clamauit, eo ꝙ cœpiſſet mergi,
quando egreſſus foras, amare fleuit, & dominus lachrymãtem reſpexit. ¶Porro magna
fides eſt, vbi tam Apoſtoli quàm cæteri ſancti, non ſolũ mori non timuerunt, verũ etiã
mori



mori propter vitam æternam præoptauerunt, ſecundum exemplum illorum trium pue- Dani.3.
rorum, qui cum dixiſſent regi Nabuchodonoſor, ecce enim deus, quem colimus, poteſt
eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberare, addiderunt adhuc:
Quod ſi noluerit, notum ſit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quã
erexiſti non adoramus?

Item, de magnæ fidei mœrore ſiue amaritudine, & de eo quod Salomon lo-
quitur, cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius
non miſcebitur extraneus. Ca. XVI.

NImirum ad hanc fidem pertinet ille dolor mœrentium, vel eorum qui amaro 2. Cor. 5.
animo ſunt, propterea quia diu peregrinaretur à domino dum in corpore vi-
uunt, & nullam ab hoc ſeculo conſolationem recipere volunt. Gemunt gemũt,
nec ſaltem, idcirco gemunt quia morituri ſunt, ſed idcirco quia viuunt: & idcir Effectus cõ
co vitam ipſam deflent, quia viuendo peccare timent. Ibi eſt locus, ibi cauſa poſtulat, vt ſolatiõis pa
eo (quo iam dictum eſt) modo ſpiret ſpiritus, qui vbi vult, ſpirat. Quo fructu? Cuius rei racleti.
effectu? Nimirum, vt donum aliquod ſuimet infuſione tribuat, & tribuendo quaſi manu Pſal.95
piæ conſolationis faciem plorantis animæ demulceat, & lachrymã eius abſtergat, & quaſ
dam percipiat gaudij primitias, vt mitiget ei à diebus malis, & patienter viuat, donec ve Prouer. 14
niat tempus ſuæ vocationis, & ſedens homo ſolitarius cum deo loquatur quoties vult, &
in dono quod accepit exerceatur. Hinc eſt illud: Cor quod nouit amaritudinem animæ
ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Quænam eſt amaritudo animæ, niſi pere-
grinatio iſta, pro qua vel cuius intuitu dicit (vt iam ſupra memoratum eſt) Pſalmiſta: Heu Pſal.119
mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, multum incola fuit anima mea, renuit conſo- Hoĩes mũ-
ri anima mea. ¶At vero iſtam amaritudinem non omne cor nouit. Multa corda ſic ob- dani mortẽ
tuſa ſunt, vt non ſentiant, imo amaritudinem dulcedinem putant, non peregrinationem timent
ſed patriam exiſtimant vitæ huius moram aliquantulam. Et quidem amara illis eſt mors
corporis, imo & ipſa memoria mortis, quomodo Sapiens dicit: O mors q̃ amara eſt me- Ecci. 41.
moria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, viro quieto & cuius viæ directæ ſunt
in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. Sed cauſam mortis, quæ vere amaritudo
eſt, non conſiderant, quod per peccatum mors introierit, in hunc mundũ, non recogitãt. Beati lu-
¶Non parua ergo ſeiunctione lugentes ſeiungit à non lugentibus, dicendo, cor quod no gentes
uit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcetur extraneus, & hoc idem eſt qđ
Saluator ait: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Quod enim eſt gaudium cor Matth.5.
dis illius, niſi conſolatio paracleti huius ſancti ſpiritus, viſitantis cor illud propter ſcien-
tiam amaritudinis ipſius? Et bene de iſto gaudio dicit, quia in eo non miſcebitur extrane
us. Ipſe eſt eñ ſpiritus veritatis, & docens omnem veritatem, ſicut & Pſalmiſta dicit: Spi Pſal.142
ritus tuus bonus deducet me in terram rectam, cuſtodit animam, ne ſubrepat ſpiritus de-
ceptionis, vere extraneus, quia veritati contrarius. Hic iam fructus eſt magnæ fidei, quæ
ianuam (ſicut ſupra dictum eſt) paracleto huic, vt introiret, aperuit mœrendo in amaritu
dine, & nolendo ſiue renuendo temporaliter conſolari.

De eo quod dñs præmiſſo, ſpũs vbi vult ſpirat, ſubiungit, & vocem eius audis, ſed
neſcis vnde veniat, aut quo vadat, & quod veniens idem ſpũs, ſignum aliqđ
oſtendat, competens gratiæ quam importat. Cap. XVII.

QVid tandem cum tali vel tanta dignatione ſpirauerit ſpiritus vbi vult? & vocẽ Iohã.3
(inquit) eius audis, ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat. Verus ſermo quem di Hõ diuinit⁹
xit, & vocem eius audis. Non enim tacere poteſt qui gratiam accepit eiuſmo- inſpirat⁹ ta
di, etiam ſi interdum propter cauſam vel diſcrimen aliquod tacere velit. Ex- cere nõ p̃o
empli gratia, factus ſum (ait Hieremias) in deriſum tota die, omnes ſubſannant me, quia Hiere.20
iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vaſtitatem clamito. Et factus eſt mihi ſermo
domini in obprobriũ, & in deriſum tota die, & dixi: Non recordabor eius, neq; loquar
in nomine illius. Cum hoc dixiſſet, & hoc dicto tacere propoſuiſſet, quid continuo ſequi-
tur? Et factus eſt (inquit) in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſq; in oſſibus meis, & Pſal.38
defeci ferre non ſuſtinens. Iuxta hunc ſenſum ſe habet & illud, quod Pſalmiſta præmiſſo
poſui ori meo cuſtodiam, cũ conſiſteret pctõr aduerſum me, obmutui, & humiliatus ſum,
& ſilui à bonis, continuo ſubiunxit, & dolor meus renouatus eſt, concaluit cor meum in-
tra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Vere ergo vocem eius audis, quia tacere Eſa.8.
non poteſt, ſilere non audet. Ibi enim eſt præceptor, qui tubam vocis largitus eſt, & dicit
ei: Clama, ne ceſſes, & his ſimilia. ¶Sed tu forte hoc ignoras, quod talem intus monitorẽ Ioh.3
habeat, & idcirco loquentẽ derides, clamantem ſubſannas. Sequit̃ ergo: Sed neſcis vnde
veniat, aut quo vadat. Reuera neſcis vnde veniat, nam forte in alio cubiculo eras, & dor-
miebas, quando ille dñs, ille paracletus, illum, cuius vocẽ audis, vigilantem videns, ſicut
 Pſal

Pſal. 76 Pſalmiſta dicit:Anticipauerunt vigilias oculi mei,magna dignatione declinauit in eum,
aut ſicut flumen lactis,aut ſicut torrens ignis,iuxta illud propheticum:Quia hæc dicit do
minus,ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriæ gentium.
Eſa.66. Solet eñ ipſe procedens,quocunq; procedit,ſuæ proceſſioni competentem facere appa-
ratum,&ſecundũ grām quam importat de multis diuiſionibus gratiarũ congruum aduen
tus vel præſentiæ ſuæ ſenſibus animæ , aut corporis etiam oculis exhibere ſignum.

Narratio quorundam ſignorũ, cum qbus viſitationem ſui ſpũs ſanctus diebus no-
ſtris quibuſdam dignanter infudit. Ca. XVIII.

DE ſignis maioribus nunc interim taceam,videlicet de ſigno vel ſignificatione,
qua ſuper dñm in ſpecie columbæ , & ſuper Apoſtolos eius apparuit in igne,
Matth.3 vt erat & illius iudicis iram nobis mitigaturus, & iſtorum corda eatenus infir-
Acto.2 ma per zelum bonum accenſurus. De minoribus, quos noſtro tempore vidi-
mus non pigeat,vel nos ſcribere,aut aliquem attendere,ſi fuerit beneuolus,quicunq; hęc
legere dignabitur.¶Puellæ cuidam nomine Vualdradæ,cum eſſet in apparatu nuptiarũ,
Vualdrada puella ſpũ ſctõ repleta quę tamen animo eius non ſedebant ipa nocte, vigilanti eñ alijs dormientibus,ſic afflauit
iſte paracletus,vt præ magnitudine caloris euigilarent q dormiebant,& inclamarent,pu
tantes q arderet ipa domus. Iacebat iuxta matrem viduam, ſanctæ viduitatis propoſitũ
habentem,cum per feneſtram domus ſuperiorem,ecce aduenit & intrauit ignis magnus
& deſcendēs ad eam,quæ ſola hæc videbat,in os & in ſecreta ventris illius illapſus eſt.Pri
ma ipſius mr̄ prę magnitudine ardoris,q̃ fortiter tangebat,ſomno excuſſa eſt,&inclamās
altius, ſurgite(inqt)ſurgite,ardemus ardemus.At ille ignis erat non comburens,ſed illu-
minans,non corpus conſumens,ſed animæ lucens. Cum ergo turbarent,& ardorem q-
dem ſentirent,ſed ignem non viderent,tandē perſenſit mater,q ardor ille de filia veniēs
ſeſe diffunderet,quæ iam diuino amore inflammata,vulnerato corde flebat abundanter,
ita vt ex illa hora per multum tempus lachrymis fluere non ceſſaret. Quam vocem eius
extunc audiuit aliqs? Contigerat eñ illi ſecundũ hoc ipm caplm,quod tractamus nunc,
Iohan.3. quod dixit dñs:Spũs vbi vult,ſpirat, & vocem eius audis,ſed neſcis vnde veniat,aut quo
vadat.Quam ergo vocem eius extunc audiuit aliqs,niſi votum & propoſitum,& tenorē
ſanctæ virginitatis? Deniq; vſq; ad ſenectutem in propoſito permanſit,& in recluſione vi
tam ſolitariā duxit,tandemq; curſu cõſummato ante hos annos ferme quatuor pro terre-
nis,de quarũ medio vocata fuerat,nuptijs ad cœleſtes(vt credimus)nuptias trāſmigrauit
¶Alius qdam cum pene inconſolabiliter lugeret incolatũ ſuum prolongari , & cũ eccle
Qualis ē illa ſpũſſ.iſuſio ſiaſtice laudaret mortuos magis,q̃ viuentes, & ſicut de Anna legitur nuſq̃ vultus adole-
Pſal.119. ſcentis in diuerſa mutarentur,quadam nocte cum ſe ſopori dediſſet,dolore plenus & to-
Ecci.4 tus in luctu,ecce vidit quodammodo cœlum deſuper modice aperiri atq; inde quaſi talē
1.Regũ.1 tum lucidum ſubſtantiæ ineffabilis ſubſtantiæ viuentis,velociter atq; dicto citius demitti,
quod illapſum pectori eius,magnitudine vel pondere ſuo protinus illum ſomno excuſſit,
auro grauius,melle dulcius.Quod vbi illapſum eſt,primũ qdem aliquantula morula quie
uit,ſeq; ab omni motu continuit, illo quoq; quieſcente(vt forte reſupinus iacebat)& ex-
pectante euentum rei,mox autem moueri cœpit, & circuiere vterum interioris hoīs,vte
rum animæ,quem(vt fatetur)ipſe neſciebat eatenus,quod tantæ eſſet capacitatatis. Cir-
cuibat itaq; modo mirabili res viua,& vera vita , ſemperq; circuitus ſequens erat præce-
dēte maior,multoq; amplior,donec tandē vltima infuſio veluti quoddā magnũ flumē in
undans,hoc dabat intelligi vel ſentiri, quod totum animæ vel cordis exceptorium plenũ
eſſet,& plus capere non poſſet.Quod facto,iterum quieuit pauliſper,vt neque influeret,
quod iam fecerat,neque efflueret quod poſtmodum fecit, & interim volebat homo in-
terior quaſi faciem clarius videre illius ſubſtantiæ viuentis, ſed quodammodo occulta-
bat ſe,vt non videretur facies eius , cum valde magno pondere portaretur , & in magna
dulcedine ſentiretur.Poſtmodũ cœpit reflecti,aliamq; in partem circuitus agens in mo-
dum fluminis per leuum latus effluxit,videntibus oculis interioris hominis,quod cum vl-
timis fluctus efflueret,paululum ſubſtitit,& ecce videbam(ait)quia ſubſtantia illa pulcher
rima quaſi aurum liquidum erat.

Item,de eo quod ait: Et vocem eius audis,quod vox hominis inſpirati gemi-
tuoſa ſit, quid ſit neſcire vnde veniat , quid ſit neſcire,
quo vadat. Cap.XIX.

IGitur quia nemo ſcit,niſi qui accipit quamlibet gratiarum eiuſmodi,recte & veraci-
ter dicit ipa veritas & vocē eius audis,ſed neſcis vñ veniat,aut quo vadat.Audis vocē
gementis, audis vocem verba dei loquentis,ſed neſcis vel quali de camino gemituo-
ſa vox formata ſit,vel quali de flumine vox exultationis,& confeſſionis imbuta & læ
tificata ſit.Hoc eſt neſcire vnde veniat.Et quid eſt neſcire quo vadat? Nimirũ neſcire qd
deſide



deſideret,cur exultans gemat,gemens exultet. Ipſe ſcit quo tendat, & ſecundum ſcien-
tiam veram loquitur:Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum , ita deſide- Pſal. 41
rat anima mea ad te deus.Et cætera his ſimilia. ¶Tu forte, dum ille ſecretum ſe eſſe pu- Gemitꝰ magnꝰ,ſed dulcis pie lugē tibus.
tat,vel ſecretum habere quod amat,vt abſque arbitris fortiter pro velle ſuo gemat,&vo
cem ſui gemitus ipe audiat, quam vtique ipſum audire,ſicut panem comedere delectat,
ita vt veraciter poſſit dicere: Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte,tu(inquā)
forte caſu,illo ignorante prope accubebas , & eo eiulante in ſublime, & gemitibus frena
laxante,audiſti & miratus es , audiſti & compaſſus es,quippe qui eiuſmodi vulnus necdũ
expertus eras,& idcirco neſciebas tantorum gemituum, quæ vel qualis cauſa erat,& re-
uera mirari poteras.Quis enim tam fortiter gemere poteſt pro aliqua ſeculi amaritudine Roma.8
quàm gemit ille qui eiuſmodi eſt præ dilectionis dei dulcedine? Ibi plane eſt quod Apo-
ſtolus loquitur:Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus.Et vere mirũ atque ineffabile eſt,quod cum iſte ſpiritus Pſal.136
illis,qui dicunt:Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus , dum recordaremur,
Syon pro conſolatione detur,vnde & dictus vel nominatus eſt paracletus,hic idem adue
niens,cum ſe infuderit,totumq; animæ habitaculum in poſſeſſionem ſuam redegerit,ad-
auget gemitus,multiplicat lachrymas,crebriora diſtendit ſuſpiria,facie tamen permanē-
te lætiſſima,ita vt tu oppido mireris hilaritatem vultus in publico , cuius quaſi per inſidi-
as deliteſcens audieras gemitus in occulto. Sicut erga neſcis vnde veniat, ita & illud ne-
ſcis quo vadat , nec ſatis vnquam ſcire poteris , niſi & tibi ſimiliter contingat, niſi ſimile
vulnus ab iſto ſpiritu pietatis excipias.

In iſto qui inſpiratus gemit,probatum eſſe illud quod veritas promittens di-
xit: Amen amen dico vobis , ſi quid petieritis patrem in nomine
meo,dabit vobis,& de eo quod Apoſtolus ter domi-
num rogauit Cap.XX.

IN iſto ſane probatum eſt illud,quod veritas promittens dixit:Amen amen dico vo- Iohan.16
bis,ſi quid petieritis patrem in nomine meo , dabit vobis.Quam enim ob cauſam,
vel quo iure iſtud contingit,vt quod petit,accipiat,niſi quia quod poſtulat, non ni-
ſi ſecundum deum poſtulat? Hinc Apoſtolus cum dixiſſet (quod ſupra memoratum Roma.8
eſt)ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus , continuo ſubiunxit: Qui
autem ſcrutatur corda,ſcit quid deſideret ſpiritus,quia ſecundum deum poſtulat pro ſan
ctis. Non ergo quiuis feſtinare debet,cum audit,ſi quid petieritis patrē in nomine meo,
dabit vobis,vt fiat ſibi quod petit,quia non omnibus iſtud congruit,ſed illis duntaxat,qui
paracletum iſtum acceperunt ſecundum deum poſtulantem pro ſanctis,quod reuera eſt,
poſtulare in nomine ſaluatoris,quem tunc in eodem ſermone promittebat Apoſtolis ſu-
is. ¶Sed dicit aliquis: Ipſe Apoſtolus qui illa ſcripſit quæ præmiſſa ſunt,& ſpiritus poſtu Obiectio
lat pro nobis & cætera,quiq; præcipuam habebat eiuſdem ſpiritus gratiam, ſicut ibidem
loquitur:Sed & ipſi nos ipſi primitias ſpũs habentes,ipſi intra nos gemimus:ipſe(inquā)
petiuit, & non datum eſt illi.Ait enim: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,angelus Sa- 2.Cor.2
tanæ,propter quod ter dominum rogaui,vt diſcederet à me , & dixit mihi : Sufficit tibi
gratia mea . Nam virtus in infirmitate perficitur . Nonne ſecundum deum poſtulauit?
Aut nunquid non erat ipſe vnus de ſanctis , pro quibus iſtum gemituoſum ſpiritum po-
ſtulare dixit.Attamen non fuit datum illi. ¶Ad hæc inquam.Vnde hoc habemus,quod Reſponſio.
non datum fuerit illi? Nunquid hoc ipſe dicit ? Scimus quidem noſtros maiores,&nobis
multo meliores hoc dixiſſe,hoc ſcripſiſſe,quod non fuerit exauditus,& circa hoc laboraſ-
ſe,vt oſtenderent illi non fuiſſe vtile vt exaudiretur.Verum & ſi authoritate illorum, quia
magni habentur,nos quiſquam premere velit, nihilominus dicere non dubitamus , quia
exauditus fuit . Quid enim ſi non ſtatim , non ad primam, non ad ſecundum,ſed neque Matth.7
ad tertiam rogationem exauditus fuit? Denique nec Saluator hoc dixit:Si quid petieritis Luc.11
patrem in nomine meo,ſtatim dabit vobis. Sed neque ſic intelligi voluit , quippe qui di-
cturus:Petite,& accipietis:pulſate,& aperietur vobis,pulchrum exemplum perſeueran-
tiæ præmiſit. Quis veſtrum (inquit) habebit amicum, & ibit ad illum media nocte,& di-
cet illi:Amice,commoda mihi tres panes,& cætera vſque, propter improbitatem tamen
eius ſurget,& dabit illi. ¶Ne ergo dicas mihi,quia non fuit exauditus,&quod ab illo ne- Paulus cõtra angelũ Satanæ exauditus eſt
quam angelo talis heros vſque ad finem vitæ fuerit colaphizatus.Denique fuerit hoc di-
uinæ diſpenſationis,vt interim colaphizaretur , ne iuuenem extolleret magnitudo reue-
lationum,nam vt virum prouectum militemq; emeritum , deinde ab eiuſmodi colaphis
redderet ſecurum , bene decuit illum omnia ſuauiter diſponentem cani & reuerendi ca- Sap.7
pitis antiquum dierum.

Vtrum

### Vtrum poſtquam iſte paracletus ſemel familiari viſitatione ſeſe infuderit, contingere poſſit, vt ſeſe auferat, & animam illam ſemel deoſculatam prorſus & irrecuperabiliter derelinquat. Ca. XX.

Quæſtio HIc iam queritur, vtrum nec ne iſte paraletus, poſtquam ſemel illa, de qua nobis hactenus ſermo fuit, familiari viſitatione ſeſe infuderit in ſecretariũ animæ, rurſus ita ſeſe inde auferat offenſus aliquo crimine, vt animam ſemel deoſculatam
Reſponſio. ſua conſolatione prorſus deſerat, & derelinquat deſolatã ſempiterna deſolatiõe.
¶Super hoc breuiter reſpondere libet, quia nimia cõfidentia res periculoſa eſt. Non vult.
Philip. 3 Apoſtolus quenquam nimium confidere, qui de ſemetipſo dixit, & vtique pro exemplo
Roma. 5 ad vtilitatem noſtram dixit: Ecce enim me non arbitror comprehendiſſe. At idem alibi cum dixiſſet, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, continuo ſubiunxit. Spes autẽ non confundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus ẽ nobis. Igitur non audemus quidem ſecuritatem prædicare illi, quicunq; eſt eiuſmodi, qui talem ſancti ſpiritus gratiã, de qua loquimur, accepit, quam appellat Apoſtolus primitias ſpiritus, veruntamen hoc dicere non dubitamus, quod ſpes illius firmior ſit, aut eſſe debeat pro tali conſcientia, pro eo quod iam ſenſerit, quia cuſtodem habet illum
Pſal. 120 de quo ſcriptum eſt: Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodiet Iſrahel.
Luctatio Iacob cũ deo ¶Hoc enim dicit illi, quicunq; Iſraeli ſimilis factus eſt. In quo? Nimirum in eo, quod ſicut ille cum deo luctatus eſt, & contra deum fortis fuit, & inualuit, dixitq́ꝫ ad eum, flens,
Gene. 32
Oſee. 12 & rogans eum, quæ vera fortitudo eſt, ſicut Oſee meminit, dicẽs: Et inualuit ad angelum & confortatus eſt, fleuit, & rogauit eum, non dimittam te niſi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco, ſic & iſte nonnihil luctatus eſt cum deo, flendo quod ſciret ſe eſſe peregrinum, & fortis fuit cõtra deum, & non poterat deus ſuperare eum, non potuit ſe cõtinere flente illo & rogante, quin de multitudine viſcerum ſuorum ſpiritum paracletum effunderet in eum. Qui ergo cuſtodiuit illum Iſrael & genus eius, vt confirmata benedictio, quamuis multis illius populi peccatis offenſa non deficeret donec Chriſtus ex eo naſceretur: Ecce (inquit Pſalmiſta) non dormitabit neque dormiet, te verum quoq; Iſraeli-
Iohan. 11 tam cuſtodiet, vt nõ pecces, ſed & ſi peccaueris, cito peccatum deplores, iuxta illud: Amẽ amen dico tibi, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet.

### Quod nulli nimia ſecuritas habenda ſit, & de eo quod Apoſtolus ait: Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei, & quod Dauid, quia contriſtauerat eum: Redde (inquit) mihi lætitiam ſalutaris tui. Ca. XXII.

IGitur non nimia ſecuritas habenda, vel præſumenda eſt cuiquam dum viuit. imo
Roma. 5 quanto familiarius expertus eſt oſculum illud. conſolantis paracleti, de quo (vt ſupra meminimus) Apoſtolus dixit: Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, tanto ſolicitior eſſe debet, ne contriſtet
Ephe. 4 eundem ſpiritum, ſicut idem Apoſtolus dicit: Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Et exponens quibus ex accidentibus ſoleat contriſtari: Omnis (inquit) amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur
Qũo cõtriſtatur ſpũs ſanctus in nobis à vobis cum omni malitia. ¶Nam eſt quidem impaſſibilis natura ſpiritus ſancti, veruntamen dum ſe commouet habitans in homine donum eiuſdem ſpiritus ſancti, ipſe homo in ipſo motu minus dulcedinis, & plus ſentit ſeueritatis, ſi quid negligentius egit, quod
Pſal. 50 melius nouerunt illi qui experti ſunt. Exempli gratia: Dauid hæc expertus erat, qui dicebat: Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. ſtatim ſubiũgens: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Nimirꝫ quamuis grauiter peccaſſet. nõ receſ-
1. Reg. 16 ſerat ab ipſo ſpũs domini, de quo ſic ſcriptum eſt: Vbi Samuel vnxit eum, & directus eſt ſpũs dñi in Dauid, à die illa in reliquum, ſed non tam lætum vel iocundũ in motu, vel atta-
Pſal. 14 ctu ſuo ſe exhibebat, ſicut eatenus ſolitus fuerat, nec tã cito recuperauit lætitiam ſiue iocũditatem illam, niſi vſque ad ſatisfactionem congruam, paſſus interim foras, & intus tribu-
2. Regũ. 15.
Pſal. 104 lationem magnam, ita vt fere nulli magis quàm ipſi congruerit dicere: Tribulationem & dolorem inueni. Sciendum quippe quod & intus doluit, eo quod contriſtaſſet ſpiritum domini, & quæ foris tribulatio prouenit, ſcilicet, domeſtica clades, ſine dubio acriter illum tetigit, & quamuis ſecundum corpus euaſerit gladium filij ſui, gladius tamen vſque ad animã peruenit, ferrum animam eius pertranſiuit.

Ruper-

# RVPERTI ABBATIS TVITIEN. DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & proceſſione ſpiritus ſancti.

## LIBER TERTIVS.

### Benedicendũ eſſe dñm à nobis quantũ poſſumus & quod maior ſit in laude, multa enĩ abſcondita ſunt, & pauca vidimus operꝫ eius. Ca. I.

BEnedicentes dñm (ait quidam Sapiens) exaltate illũ quantũ pote- Ecci. 43
ſtis, maior enĩ omni laude. Exaltantes eũ, replemini virtute, ne laboretis, non enĩ peruenietis. Quis vidit eũ, & enarrauit? & quis magnificauit eũ, ſicut ẽ ab initio? Multa ſunt abſcõdita, maiora his, pauca enĩ vidimus operꝫ eius. Quæ pauca viderat iſte, cum hæc diceret? Altitudinẽ firmamenti, & pulchritudinẽ eius, ſolẽ ſpecioſum, vas admirabile, opus excelſi, ſpẽm lunæ, & gloriã ſtellarum, quæ illuminant mundũ, vt cætera opa dñi, ac deinde viros glorioſos legerat vel audierat, quos vel in quibus dñm laudare incipiens: Laudemus (ait) viros glorioſos, & parẽtes nr̃os in generatione ſua. Hæc oĩa pauca & parua iudicans cõparatione maiorꝫ vel pluriũ, multa (inquit) Eccliaſtica plura & maiora abſcõdita fuerũt quam viſa.
abſcondita ſunt maiora his, pauca enĩ vidimus operꝫ eius. ¶Quænã ſunt illa maiora vel plura abſcõdita & nõ viſa? Nimirꝫ ante altitudinẽ firmamenti pulchri, à quo laudare cœpit, facti fuerant angeli quam multi, ac nouẽ ordinibus diſtincti, de quibus vel de quorꝫ gloria ordinata ac multiplici recte dicere potuit, abſcondita ſunt à nobis, & poſt viros glorioſos, quorꝫ laudẽ in ordinẽ digeſſit, vſq; ad Symonẽ Oniæ filiũ, venturus erat Chr̃us dei filius, tanta facturus in primo & ſecundo aduentu ſuo, vt de oĩbus quæ nouerat, vel quę eatenus ante ipſum facta fuerant, recte dicere potuerit: pauca enĩ vidimus operum eius. Argumentũ libri huius tertij
¶Et nos quidem iuxta propoſitũ quod propoſuimus, abſconditũ in agro ſcripturarꝫ, quærere ſiue oſtendere theſaurꝫ ſancti nominis patris & filij & ſpũs ſancti, ſtetimus aliquantiſper in capite libri, quo dictũ eſt: In principio creauit deus cœlũ & terrã, & ſpũs dei ferebatur ſup aquas: ſed diligẽtia contẽplandi proceſſionem ſpũs ſancti longius abduxit nos. Redimus nunc ad ipſum caput, & de felicitate ſanctorꝫ angelorꝫ aliquid eiuſdem ſanctæ Gene. 2.
trinitatis, cui aſſidue benedicunt, dicere intendimus.

### De angelica creatura, quod facta ſit vbi dixit deus: Fiat lux, & de iudicio ſpũs ſancti in dãnatione tenebrarꝫ, ſiue principis tenebrarꝫ diaboli. Cap. II.

VBi dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux, & vidit deus lucẽ quod eſſet bona, & diuiſit lu- In. xlij. lib. de operib⁹ trinitatis
cẽ & tenebras, creaturam eſſe angelicã factã, & noĩe lucis bonos angelos, tenebrarꝫ aũt vocabulo, malos eſſe angelos ſignificatos, multorꝫ & maxime pr̃is Auguſtini nõ paruipẽdenda firmat autoritas. Verꝫ nos in alio ope de creatura iſta mirabili, & de cæteris quæ de hinc ſcripturæ ſeries creata vel facta narrauit, latius tractauimus, & rerꝫ ordinẽ pro poſſe diligẽter proſecuti ſumus. Nũc ad pſens propoſitũ ptinet pia iocundi feſtiuitate ſermonis celebrare beatitudinẽ huius lucis, tanquam ſpeculũ ſummæ trinitatis, & laudare ſiue admirari iudiciũ ſpũs ſancti in dãnatiõe tenebrarꝫ, ſiue principis diaboli tenebrarꝫ, qua ptinet contẽplatio hæc ad laudẽ proceſſionis ipſius, de qua iam aliqua diximus, & ad glorificationem trinitatis, de qua ſimul dicere propoſuimus.

### De eo quod ait dominus ad beatum Iob, nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationes eius in terra. Cap. III.

NVnquid noſti ordinẽ cœli (ait dñs ad B. Iob) & pones rõnes eius in terra? Sub- Iob. 38
audit vt ego, & rñdeas non. Nemo enĩ niſi ſolus deus nouit hunc ordinẽ cœli, 1 Corꝫ. 15 Nouẽ chori angelorꝫ
cuius vniuerſitas hic deſignata eſt noĩe lucis dicente ſcriptura: Dixitq́ꝫ deus: Fiat lux, & facta eſt lux. Attñ aliquibus ſpũs ſanctus reuelauit, vt partim quaſi p ſpeculum & in ænigmate viderent adhuc viuentes in carne illum dicentẽ, cœli opus beatæ trinitatis ter trinis diſtinctũ choris, quorꝫ noĩa hæc ſunt: Angeli, archangeli, throni, dñationes, principatus, poteſtates, virtutes, cherubin atq; ſeraphin. Iſte ordo cœli ordinat⁹ ad videndã atq; laudandã gloriã ſanctæ trinitatis, tãtæ eſt beatitudinis, vt recte admiret Roma. 8
Apoſtolus, & dicat omnibus, qui illuc ad ſocietatem illorꝫ ſecundum præſciam, & præde- 1. Corꝫ. 2
ſtinationem dei vocati ſunt, & iuſtificati atq; magnificati illuc perueniunt, ac peruenturi ſunt: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ pparauit deus his qui diligunt illum. Statimq́ꝫ ſubiungit: Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum.

Quibus

Ordinē cœli qs nouit.

Quibus nobis? Vtiq; hoībus in terra manētibus, terrenā habitationē huius corporis inhabitantibus. Quis alius iſtis reuelaret niſi deus? ¶Cū igit̃ dicit, nunqd noſti ordinē cœli, & pones rōnes eius in terra? bene (vt iam dictū eſt) ſubaudit̃, vt ego: Et rñdetur non. Nunc ipē ordo cœli qd ſit, & qūo ipē qui loquebat̃ hæc deus, rōnes eius poſuerit in terra, quantum poſſumus, & quantum accepimus ex deo, vel ex ipſis quibus deus reuelauit ꝑ ſpiritū ſuum, noſtra infantia geſtit effari paruulis ſimilibus noſtri.

Quid ſit ordo cœli, ſiue ordo cœloꝝ, & de verſu pſalmi, verbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpū oris eius om̄is virtus eoꝝ. Ca. IIII.

Pſal. 32

ORdo cœli, ſiue ordo cœloꝝ illud eſt firmamentū eoꝝ, de quo Pſalmiſta: Verbo (inqt) dñi cœli firmati ſunt, & ſpū oris eius omnis virtus eoꝝ. Qui ſunt enim illi cœli, niſi om̄es ſancti, in qbus deus habitat, quam ob rem & dicunt̃, & ſunt cœli, qa deus habitat in illis? Anguſtior vero ſenſus eſt ſolos intelligere Apoſtolos Chriſti, quos incarnatum verbū ſua p̃ſentia firmauit, & ſpm̃ ſanctum ad pfectionem confirmationis miſit eis de cœlo ſedens ad dexterā patris. Ante cœlos iſtos valde paucos, q̃ plures & nobis innumerabiles erant cœli, i. ſancti. Et leuabat oculos ſuos Dauid illuc, dicens: Ad te leuaui oculos meos, q habitas in cœlis. Maxime ergo p̃ſenti loco dum dicitur: Verbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpū oris eius omnis virtus eoꝝ, ſanctos angelos intelligimus, p̃ſertim qa ſicut illic, vbi ſcriptum eſt: Dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux. Deinde ſequitur, dixit deus, fiat firmamentū in medio aquaꝝ, & diuidat aquas ab aquis. Et ſubinde dixit deus, congregent̃ aquæ quæ ſub firmamento ſunt in locum vnū, & appareat arida, ita & hic contino poſt p̃ſcriptum verſiculum ſubſequit̃: Congregans ſicut in vtrem aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. Timeat dñm om̄is terra, ab eo autē cōmoueant̃ oēs inhabitantes orbē, Qm̄ ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. In qbus nimiꝝ dictis, & ſi pulchra ſubeſt allegoria, nihilominus tñ veridica magnificæ hiſtoriæ manet, & non euacuat̃ litera. Igit̃ verbo dñi cęli firmati ſunt, & ſpū oris eius os virtus eoꝝ. i. ſancti angeli habitantem in ſemetipſis habentes beatam trinitatem, vnum deum patrem, & filium, & ſpm̃ ſanctum, firmiter in ordine ſuo conſiſtunt. Nam dñs ipē eſt pater, verbum dñi ipſe eſt filius, ſpūs oris eius, ipſe eſt ſpūs ſanctus, vnum & vnicum ſanctoꝝ angelorum & electoꝝ hominum firmamentum, vt iam in æternum non moueat̃ pes alicuius eoꝝ, & qui iam ordinati, & adhuc illuc ordinandi ſunt.

Cœli dicuntur oēs ſcti, in qbus habitat deus. Pſalm. 122 · Gene. 1 · Pſal. 32 · Cœli firmati ſancti angeli ſunt

Primū in illo beatoꝝ ſpirituū ſctō ordine contēplandū eſſe ordinē ſanctę trinitatis ꝙ illa glorioſa ciuitas, cuius ſctā ſcriptura toties meminit, amatorē habeat deū amore ineffabili, q videlicet amator apud Hieremiā contēptum ſe eſſe queritur ab anima infideli. Cap. V.

Hebræ. 12. · Galat. 4

IPſa eſt ciuitas glorioſa, de qua tā multa ſcripturæ loquunt̃ nobis, & exempli gr̃a, ſic Apl̃us dicit: Sed acceſſiſtis ad Syon montē, & ciuitatē dei viuētis Hierl̃m cœleſtē, & multoꝝ miliū angeloꝝ frequentiā, & eccleſiā primitiuoꝝ, q conſcripti ſunt in cœlis. Itē ad Galatas: Illa aūt quæ ſurſum eſt, Hierl̃m libera eſt, quæ eſt mater noſtra, & multa his ſimilia. In hac ergo beata ciuitate, in iſto beatoꝝ ſpirituū ordine, quē dñs nouit, primū cōtēplari cupimus, oculo licet exiguo, gloriā ſanctę trinitatis, & q aliquā ſimilitudinē veſtigare pulchritudinē illius firmamēti, quo iſtā matrē noſtrā, iſtā ciuitatē glorioſam, ſibi copulando firmauit dñs, & verbū dñi, & ſpūs oris dñi. ¶Qualē vel cuius rei ꝑ ſimilitudinem? Nimiꝝ ꝑ ſimilitudinē viri legitimi, genus vel poſteritatē ſuā propagare oppido cupiētis. Et ob hanc cauſam coniugiū ſibi aſſumentis, exempli gr̃a, qualis fuit Dauid, fortis vtiq;, & in oī maritali copula legitimus vir, excepto ſermone Vriæ Ethæi. Nā reuera illo excepto, legitime vixit quotquot vxores habuit, vtpote pluribus indigens filijs atq; cognatis, qa rem grandē ſuſceperat. ſ. gubernacula regni, cū eſſet homo eiuſmodi, vt̃ ipſe dixit: Ego aūt ſum vir pauper & tenuis: pauper videlicet, reꝝ poſſeſſione, tenuis exiguitate familiæ. Nec vereamur nimiū pudorati, de hoc viro, ſiue de aliquo huic ſimili, ſcd̃m rem coniugalem aſſumere ſimilitudinē, ad contēplandā cauſam dei, propter quā illā matrē noſtrā Hierl̃m cœleſtē & creauit, & ſibi copulauit. ¶Ipſemet quippe in multis ſcripturaꝝ locis ſeipm̄ vult agnoſci, quod amator ſit. Exempli gr̃a, cū in Hieremia dicit: Qūo ſi contemnat mulier amatorē ſuū, ſic contempſit me domus Iſrael. Ergo econtra veraciter dicas: Qūo ſi libenter admittat mulier amatorē ſuum, ſic libenter admiſit me vera domus Iſrael, vera ciuitas Syon, cœleſtis Hierl̃m. Itaq; ſecundū eiuſmodi ſimilitudinem cauſam vel opus dei, opus ſanctæ trinitatis ſpeculari licet in illo ordine cœli, in illa ſancta, & ter beata Hierl̃m. Eſt em̄ in his ſimilitudo, q̃uis diſſimilis, qa videlicet caro ſpiritui qdem diſſimilis eſt, ſed tamen diſſimilium iſtoꝝ aliqua ſimilitudo eſt: Quod natum eſt ex carne (ait dominus) caro eſt, & quod natum eſt ex ſpū, ſpūs eſt. Sed iam accedamus ad rē.

Cōiugium Dauid apta ſilitudo ad ꝓpoſitū · 1. Regū. 18 · Deus recte amator dicitur. · Hiere. 3.

¶Quod ſecundū ſimilitudinē amatoris, in quo hæc tria ſunt, amator ipē, & amor ipſius,

& cremē



& crementum, propter quod ad propagandam prolem amore ſuo ducitur, vnus ſit deus pater, & amor ipſius ſpūs ſanctus, & verbū ipſius. Cap. VI.

IN amatore tria ſunt, amator ipſe, & amor ipſius, & crementū, propter q̊d ad propagandam prolē amore ſuo ducitur. Similiter in creatore noſtro, q amatorē ſe nominat (vt ſupra dictū ſit) ſunt tres. Ipſe, & amor ipſius, ſcilicet ſpūs ſanctus, & verbum ipſius, q̊d non eſt aliud q̃ crementū eius, ſemen eius, filius eius. Hæc ſimilitudo quàmuis (vt ſicut iam dictū eſt) longe diſſimilis, ita vt ſpūs carni, vel caro ſpiritui, adeo vera eſt, vt in Eſaia q̊q; ſcriptū eſt: Nūquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariā dicit dñs? Si ego q generationē cæteris tribuo, ſterilis ero ait dñs deus tuus. Loquebat̃ em̄ huic ordini cœli, huic (de qua nūc loquimur) Hieruſalē magnæ & ſanctæ ciuitati. Vnde & protinus dicit: Lætamini cū Hieruſalē, & exultate in ea oēs qui diligitis eam. Gaudete cū ea gaudio vniuerſi q lugebatis ſuper eam, vt ſugatis & repleamini ab vbere conſolationis eius, &c. Neſciremus quicq̃ de ordine vel generatione eiuſmodi, niſi rationes eius in terra poſuiſſet ipſe q nouit. Quomodo em̄ poſuit? Ipſe ſpūs dei, q tunc ferebatur ſuper aquas dicēte deo: Fiat lux. Ipſe (inquam) etiam nūc fertur ſuꝑ aquas, dū in Chriſto baptizamur. Et hoc eſt deū dicere: fiat lux, regenerare nos, vt q eramus aliquādo tenebræ, iam nūc in dño ſimus lux. ¶In hoc eſt regeneratio, qa iam dictus amator deus, animam credētem imprægnat verbo ſuo, dignā amore ſuo. Verbū em̄ ſemen eſt eius, ſicut ait Iacobus Apoſtolus: Volūtarie genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliq̊d creaturæ eius. Semen hoc non niſi cū amore ſuſcipitur, verbū hoc nō niſi ꝑ ſpiritū ſanctum immittitur. Hæc eſt trinitas vnus deus, amator creaturæ, rationalis deus, & ſemē eius q̊d eſt verbū ipſius, & amor eius q eſt ſpūs ſanctus. Igitur q̃uis, vt ſupra iam dictū eſt, caro & ſpūs diſſimilia ſint, nihilominus tamē aliqua hic ſimilitudo eſt, qa videlicet, ſicut generatio carnis ab aliquo ſemine eius & amore eius patratur, ſic generatio ſpūs à deo verbo eius & ſpū oris eius conſummatur. Et ſi aliter exponi poteſt iam dicta ſententia: Nunqd noſti ordinem cœli, & pones rationes eius in terra, nihilominus tamen ſenſus iſte, quem diximus, locū habet, & pondere non caret, qa nullo modo ſplendidius rationes ordinis cœli deus in terra poſuit, q̃ regenerando per aquam filios lucis, ituros in illum ordinem cœli ad angelos lucis: Erūt enim, ait ipſe dominus, ſicut angeli dei.

Eſaię. 66 · Imprægnatio animæ in baptiſmo · Iacobi. 1 · Iob. 38 · Matth. 22.

De eo q̊d Apoſtolus: Decebat enim, inqt, eū propter quē omnia, & per quē oīa, & ꝙ paꝝ nobis ſit ſcire, quod per eū, niſi etiam ſciamus ꝙ propter eū facta ſit & angelica creatura, & omnis creatura. Cap. VII.

ADhuc ad ſupradictam ſimilitudinem & illud pulchre accedit, qa ſicut legimus, vir non niſi propter amorē ſobolis coniugem ducit, ſic & deus pater non niſi propter amorē verbi ſui creaturā rationalem, creaturam angelicā, de qua nūc loquimur, & creaturā humanā, de qua poſt hæc locuturi ſumus, condidit. Hinc Apoſtolus de illo ſcilicet dei filio loquēs: Decebat enim (inqt) eum, propter quē omnia, & per quem omnia, q multos filios in gloriā adduxerat, &c. Non ſolum hoc dixit, per quem omnia, ſed primum dixit, propter quē omnia, qa videlicet ipſe eſt omniū cauſa. Per ipſum facta eſt iſta lux, qa ſic ſcriptum eſt: Dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux. Si dixit & facta eſt, vtiq; ꝑ verbū facta eſt. Sed paꝝ eſt ſcire hoc, etenim plus habet delectamenti, hæc ſentētia fidei, ſciēdo ꝙ etiā propter ipſum facta ſit, ſcilicet vt ipſum in ſemetipſa creatura hæc haberet, & habēdo lux exiſteret. ¶Ipſe em̄ lux eſt, & vtiq; lux nō facta, lux nō ab aliquo illuminata, ſed illuminās, & proinde lux vera. Comparatione eius qualiſcūq; lux, quiuis angelus lucis, recte & fideliter negatur eſſe lux. Hinc Iohānes Euāgeliſta de Baptiſta Iohāne: Non (inquit) erat lux, ſed vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumine. De ipſo aūt Chriſto dño: Erat (inqt) lux vera, quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundū. Iohānes & quiuis angelus lucis, ſiue hō filius lucis, ſic lux dicit̃ vel eſt, tanq̃ lucerna, id eſt, lux nō carēs materia: verbū autem dei, verbū deus, ipſa lucis eſt ſubſtātia. Nec em̄ aliud eſt illi eē, & aliud lucere: iſtis aūt aliud eē, & aliud eſt lucere. Diligēdo qppe lucē, ipſi ſunt lux: ſicut econtra apoſtatæ angeli odiendo lucē tenebræ ſunt.

Hebrę. 2 · Filius dei lux vera. · Angeli & ſancti, non lux, ſed lucerna. · Iohan. 1.

Item de proceſſione ſpūs ſancti, ꝙ in nos hoīes duobus datis diffundatur, altero q̊d eſt in remiſſionē peccatoꝝ, altero q̊d eſt in diuiſiones gratiaꝝ, in ſanctos aūt angelos vno tantū, q̊d eſt in diuiſiones gratiaꝝ. Cap. VIII.

DE proceſſione ſpūs ſancti, qui hoc operatur, & in illis beatis ſpiritibus, & in nobis hominibus, vt per hoc ipſum, quod verbū dei, filium dei, manentē in nobis habētes, filij dei nominemur & ſimus, hoc in ſuperiore diximus, ꝙ duob⁹ datis, ſiue per duo data diffundat̃: altero q̊d eſt dari in remiſſionē peccatoꝝ, altero q̊d eſt in diuiſiones gratiaꝝ. Veꝝ nobis dūtaxat hominibus iſtis duobus modis datur. In ſanctos aūt angelos vno modo, ſcilicet in diuiſiōes gratiaꝝ larga dignatiōe effu

Iohan. 3.



ſus eſt

Angelis apoſtatis, cur nõ dat̃ ſpũs ſ. in remiſſionem peccatoꝝ.
ſus eſt. Nam vt in remiſſionẽ peccatoꝝ nunquã detur apoſtatis angelis, iudiciũ verum
fuit, & eſt eiuſdem ſpũs ſancti. Illi nãq; cũ ſuo principe diabolo non per infirmitatẽ ſeu
per ignorantiam, ſed per ſuperbiam peccauerũt. Cuius videlicet ſuperbiæ magnitudinẽ
ſpũs propheticus apud Ezech. denotat verbis huiuſcemodi, diabolũ coarguẽs ſub noĩe
principis Tyri: Eo quod eleuatũ eſt cor tuũ, dixiſti deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi
Ezech. 28 & dediſti cor tuũ quaſi cor dei. Item ſub noĩe Pharaonis regis Aegypti: Ecce ego ad te
Ezech. 29. Pharao, draco magne, q cubas in medio fluminũ tuoꝝ, & dicis, meus eſt fluuius, & ego
feci memetipſum. ¶Pro hmõi ſuperbia ſententiã damnationis æternæ accepit, de cœlo
proiectus, factusq; princeps tenebraꝝ diabolus, q fuerat angelus ſpecioſus. Vnde apud
Eſa. 14. eundẽ prophetã dicit ei: Tu ſignaculũ ſimilitudinis plenus ſapiẽtia & pfectus decore, in
Apoc. 12. delicijs paradiſi dei fuiſti, & cætera, vſq;, repleta ſunt interiora tua iniq̃tate & peccaſti
& eieci te de mõte dei. Quibus vtiq; verbis tria pdicantur, horribilis eius ſupbiæ inſtru-
Ezech. 28. mẽta, ſapiẽtia, decor ſiue pulchritudo, maxime vbi ſub noĩe Aſſur dicit in eũ, omẽ lignũ
paradiſi nõ eſt aſſimilatũ illi & pulchritudini eius, qm̃ ſpecioſum feci eũ. Tertiũ eius fuit
Ezech. 31. magnitudo, nã cedri (inq̃t) nõ fuerũt altiores illo in paradiſo dei, abietes nõ adæquaue-
rũt ſummitatẽ eius, & platani nõ fuerũt æquales frondibus illius. ¶Cæteꝝ vera magnitu
do deus eſt, & vera ſapiẽtia, verbũ dei, filius dei eſt: & vera pulchritudo ſpũs ſanctus eſt:
quæ beata trinitas, ſanctoꝝ angeloꝝ & magnitudo & ſapiẽtia & pulchritudo eſt: At ille
diabolus magnitudinẽ illã non honorificauit, ſapientia illam nõ adoptauit, pulchritudi
nem illam nõ amauit. Q̃uo ergo niſi p Ironiã plenus ſapiẽtia, & perfectus decore exten-
Ironia ĩ ſcriptura ſacra tusq; & protegẽs dicitur fuiſſe? Sunt eñi in ſcriptura ſacra Ironiæ grauiſſimæ. Exempli
Gene. 3. gratia: cũ dicit ſancta trinitas, ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt: cum reuera po-
Pſal. 48 tius propter peccatũ cõparatus ſit iumẽtis, & ſimilis factus ſit illis. Et ſicut filia Babylo-
Eſa. 47 nis virgo dicitur, cũ ſit meretrix. Itaq; & quod ibidẽ illi dicitur, oĩs lapis pretioſus ope-
Ezech. 28 rimentũ tuũ, ſardius, topazius, iaſpis, chriſolitus, onyx, berillus, ſaphyrus, carbunculus
& ſmaragdus, q ſunt ſanctoꝝ nouẽ ordines angeloꝝ, cũ improperio dictũ eẽ ſentimus,
quia ſic ſibi ille arrogauit, ponẽs (vt ſupra dictũ eſt) cor ſuũ quaſi cor dei, & dicẽs, in ca-
thedra dei ſedi. ¶Deniq; ſolius dei eſt operimẽtũ oĩs lapis eiuſmodi, id eſt, oĩs perluci-
dus ordo angelicæ dignitatis, ſicut dicit in Pſalmo: Cõfeſſionẽ & decorẽ induiſti ami-
Pſalm. 103 ctus lumine ſicut veſtimẽto, id eſt, decora cõfeſſione ſanctoꝝ (qui oẽs lumẽ, id eſt, filij lu
cis ſunt) ſic es indutus, ſic es ornatus, vt aliq̃s veſtimẽto ſuo. Quod nimiꝝ paꝝ eſt, de ſo
lis intelligere hominibus, filij lucis: nã & ſancti angeli, imo & primum ipſi lux, & filij ſiue
angeli lucis, cõfeſſione ſua decora creatorẽ ſuũ induerũt, & ipſi ſunt, de q̃bus idẽ dñs ad
Iob. 38. beatũ Iob dicit: Cum me laudarẽt aſtra matutina, & iubilarẽt oẽs filij dei.

Quod recte & iuſto dei iudicio diabolum ſpiritus ſanctus ſuo reſpectu indi-
gnũ iudicauit, reũ æterni delicti, & de ruina eiuſdẽ diaboli, & q̃d po
ſitus fuit in monte ſancto dei. Cap. IX.

QVia igitur per ſuperbiã peccauit, recte & iuſto iudicio ſpũs ſanctus procedẽs
à patre & filio, nõ in illum, ſicut in electos angelos, ſed omnino longe ab illo
declinauit, eandẽ paſſus ab ipſo repulſam, quam & ex hominibus ſimilibus e-
Hiere. 3 ius paſſus eſt, vel patitur dicẽs: Quomodo ſi contẽnat mulier amatorẽ ſuũ,
ſic contẽpſit me domus Iſrael. Sicut eñi illũ populũ Iſrael ſibi adduxit, & legẽ ſiue tabu
Exod. 20 las teſtamẽti dedit illi in monte, q & ob hoc dictus eſt mõs dei, hoc exigẽs pro cunctis
beneficijs ſuis, vt diligeret eũ, atq; dicẽs. & nũc Iſrael q̃d dñs deus tuus petit à te, niſi vt
Deuter. 10 timeas dñm deũ tuũ, & diligas eũ? & multa hic ſimilia. Sic & illũ malignũ in cœlo poſuit
Ezech. 28 quemadmodũ dicit: Et poſui te in medio monte ſancto dei, in medio lapidũ ignitorum
ambulaſti. Hoc ab illo exigẽs, vt creatori & tanto largitori haberet gratias, vtpote ra-
tionalis creatura, & tãquam lapis appoſitus vel pparatus in foraminibus ſuis ſuſciperet
ligaturas auri, vinculũ dilectionis dei. Nã hoc eſt quod eadẽ ſcriptura dicit: Auꝝ opus
decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt. Itaq; quia p nimiã
(ſicut iam dictũ eſt) ſuperbiam repulit à ſe amatorẽ deum, & contemptuoſam ab illo ſpi
ritus dilectionis paſſus eſt repulſam. Neq; enim in ſemetipſo vnq̃ recepit illum, quamuis
ita ſcriptũ ſit: Auꝝ opus decoris tui: ſubauditur enim eſſe debuit vel promptũ fuit. Iuſto
valde iudicio, ſpũs ſanctus, non, ſicut ad nos peccatores homines in remiſſionẽ pecca-
Lucifer nõ ſtatim vt cõditus eſt cecidit torum procedit, & deinde diuiſiones gratiarum ſuperaddit, ita vt in illam creaturam &
cõplices eius malos angelos facere vnquam voluit aut propoſuit. ¶De hoc miror quoſ-
dam cõtẽdere, dicẽtes, q̃d ſtatim, vt cõditus ẽ, cecidit, cũ hoc autẽtica nulla ſcriptura tra
diderit, imo & cõtrariũ ſonet q̃d hic ſcriptũ ẽ. Præmiſſo nãq;, & foramina tua in die, q̃
Ezech. 28 cõditus es, pparata ſunt. Q̃d eſt dicere, & rõnalis creatus es, & ſubtili dotatꝰ ingenio, p-
pter q̃d excuſationẽ nõ habes de pctõ tuo: ſtatim ſubiũgit: Et poſui te in monte ſancto
dei



die in medio lapidũ ignitoꝝ ambulaſti, pfectus in vijs tuis, ſubauditur per hypocriſim à
die cõditionis tuæ, donec inuenta eſt iniq̃tas in te. Et multa hmõi, quæ qm̃ non poſſunt
ſolui, cũ ſint verba diuinæ authoritatis, neceſſario nõnulla debet intelligi mora, inter il-
lud quod creatus eſt, & illud quod proiectus eſt, vel de cœlo cecidit, iuxta quod dicit: Et
peccaſti, & eieci te de monte ſancto dei.

Reſponſio ad illũ qui forte quærit, Ad quid poſuit diabolum in mõte ſancto
dei? & vt quid illi tanta contulit, cũ ſciret eũ ſpũs ſanctus, qui omĩa
ſcrutatur, etiam profunda dei. Cap. X.

HIc forte quærat aliq̃s, Ad q̃d illũ talem poſuit in mõte ſancto dei? Vt q̃d illi tan Quæſtio
ta contulit? Nunquid neſciebat ſpũs, q omnia ſcrutatur, etiã profunda dei, q̃d 1. Coꝝ. 2.
ille lapis duriſſimus atq; rẽbellis, nõ recepturus foret in ſe auꝝ opus decoris ſui?
Cur ergo illic poſuit eũ, vt ambularet in medio lapidũ ignitoꝝ? Hoc qui q̃rit,
quærat & illud, cur idem dñs hominẽ in paradiſo poſuit. Neq; eñi illum in paradiſo fe-
cit, ſed tulit ergo (ait ſcriptura) dominus deus hominem, & poſuit eum in paradiſo volu Gene. 2.
ptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Dicat ergo: Nunquid neſciebat deus q futurum Reſponſio
eſſet, vt non operaretur & cuſtodiret illum. Vt q̃d ergo illic poſuit eum? ¶Ad hæc in-
quam. Non neſciebat deus, ſed niſi angelum in cœlo, & hominẽ tentaſſet in paradiſo, vt
nota fierent ſeculis ſuperuenturis, vel quæ in corde angeli, vel quæ in corde erant homi
nis, nos iudicia eius laudare neſciremus, multũq; deeſſet nobis de cognitione dei, cuius
cognitio vita æterna eſt, quẽadmodũ dicit ipſe filius dei. Hæc eſt aũt vita æterna, vt co-
gnoſcant te veꝝ deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. ¶Hoc q̃d diximus p aliq̃d ſimile me- Iohan. 17
lius intelligitur. Cum dominus Moyſen mitteret ad Pharaonem, dicẽs: Clamor filioꝝ Similitudo
Iſrael venit ad me: Veni mittã te ad Pharaonẽ, &c. Hæc q̃q; dixit: Sed ego ſcio q̃d non Exod. 3.
dimittet vos rex Aegypti vt eatis niſi per manũ validam. Attamẽ ipſam manũ validam
non ſtatim exercuit, nõ ſtatim primogenita Aegypti, vel ipos Aegyptios cũ Pharaone
percuſſit, ſed prius multis & bonis illũ ſermonibus conuenit, pluribus ſignis leuioribusq;
plagis tentauit, donec ſcirent qui viderũt, ſciremus nos quoq; qui legimus, glorificatio-
nem domini in curribus Pharaonis & exercitus eius, q̃a iuſtus eſt dñs, Pharao aũt & po
pulus eius impius. ¶Sic nimiꝝ idẽ dñs, cũ ſciret de angelo illo, q̃ eſſet malus, debuit eũ
non ſtatim iudicare, vel dãnare cæteris vidẽtibus, ſed tentare prius, ſimiliterq; hominẽ,
vt ſciremus nos quoq; cũ angelis ſanctis ab effectis, ſiue ex operibus, quod ſolus ſciebat
deus iam, nullis adhuc malis meritis præcedentibus, & ſcientes iuſtitiam eius, vel in il-
lius angeli ruina, vel in hominis pœna laudaremus.

Propter quid tã terribili iudicio dãnatus fuerit, & de eo q̃d in Apocalypſi dictum
eſt: Vnũ de capitibus beſtiæ quæ habebat capita ſeptẽ, quaſi occiſum in mor-
tẽ, & plaga mortis eius ſanata eſt, ſiue habet plagã gladij & vixit. Ca. XI.

SVperius iam diximus, ſpiritũ ſanctum paracletũ, vinũq; vel ſiceram conſolatiõis
eius, ſecundum viſionem Lamuelis dandũ eſſe mœrentibus, & his q amaro ani- Prou. 31.
mo ſunt, id eſt hominibus, & q peccatoꝝ ſibi conſcij, conſtanter ſecundũ deum,
& ab hoc ſeculo conſolationem recipere nolunt & renuunt. At illi apoſtatæ an-
geli, cũ ſuo capite diabolo, q̃ longe fuerint vel ſint ab iſto laudabili mœrore, ab iſta dul-
ci amaritudine, mirabiliter innuit ſcriptura libri Apocalypſeos, cuius q̃t verba, tot pene Laus libri
ſunt ſacramẽta. Imo & amplius dicas, paꝝ enim pro merito voluminis dictũ eſt (ait bea Apocalyp.
tus Hieronymus) nã in verbis pene ſingulis multiplices latẽt intelligẽtiæ. Q̃uo ergo illa
ſcriptura dicit? Et vnũ, inquit, de capitibus eius, videlicet beſtiæ, q̃ habebat capita ſeptẽ, Apoc. 13.
quaſi occiſum in mortẽ, & plaga mortis eius ſanata eſt. ¶Septẽ beſtiæ capita, quæ illa e-
rexit cõtra mulierẽ in vtero habentẽ, q̃ & clamabat parturiẽs, & cruciabat vt pareret, vt
cũ peperiſſet deuoraret filiũ eius: nos intelligimus ſeptẽ regna mundi huius principalia,
ſiue notiſſima, quæ à tẽpore promiſſionis beati ſeminis, q̃d eſt Chrũs, in hoc ſteterũt a-
gente diabolo (cuius corporis ſic illa regna recte intelligunt capita, ſicut oẽs iniqui recte
dicuntur & ſunt eius mẽbra) vt promiſſio non adimpleret, vt Chrũs non naſceretur, aut Exodi. 1.
vt natus moreretur, & periret nomen eius. Primum illoꝝ fuit regnum Aegyptioꝝ, q̃d
maſculos ſeminis Abrahæ oẽs iuſſit interfici, aut in aquis necari. Secundũ, regnũ Iſrae-
litarum carnalium, quod maxime regnante & agente Iezabel promiſſionis verbũ abo- 3. Regũ. 19
lere voluit, cultum Baal ſuperadijciẽs vitulis, quos fecerat Hieroboam, & pro his inter-
ficiens prophetas, & ſuffodiẽs altaria dñi. Tertiũ, regnum Babylonioꝝ, quod populum Dani. 3.
illũ captiuauit, & tres pueros nolẽtes adorare ſtatuã, quam erexerat, miſit in caminũ ig- Heſter. 3.
nis. Quartũ, regnũ Perſaꝝ & Mœdoꝝ, q̃d agente Aman, vniuerſum Iudæoꝝ genus de 1. Mach. 1.
lere voluit. Quintũ, regnũ Græcoꝝ, cuius vires diabolus maxime per Antiochum Epi-
phanen ſibi aſſumpſit, ſicut narrãt Machabæoꝝ libri. Sextum, regnum Romanoꝝ, quod

 Chri-

Chriſtũ,& martyres eius interfecit. Septimũ, regnũ erit Antichriſti, de iſto recte intel-
ligas quod dictũ eſt: Et vnũ de capitibus eius, quaſi occiſum in mortem,& plaga mortis
eius ſanata eſt. Diabolus eñ eſt, vel erit, ꝗ plagam æternæ dãnationis in cœlo accepit,
Apoc. 13. ſed plaga mortis eius, inqt, ſanata eſt, ſiue (vt poſtmodũ repetitũ ẽ) habet plagam gladij
Habet diabolus plagam gladij & vixit. & vixit. Mirabiliter ergo (vt ſupra dictum eſt) ſcriptura hæc duritiam eius innuit. Quid
eñ eſt dicere: habet plagam gladij & vixit, niſi & damnatus eſt,& ſuperbit? Et qd eſt di
cere: quaſi occiſum caput in mortẽ,& plagam eius ſanatam eſſe, niſi de perditione & ſe-
paratione ipſius à deo, quæ vera occiſio,& vera mors eſt, nõ curare, imo & cõtemnere,
ac ſemetipſum quaſi viuũ, id eſt, iuſtũ defendere? Non eñ vere viuit, aut vere plaga eius
ſanata eſt, ſed idcirco dictũ eſt, quia ſic ſibi arrogat, ſic conſolatur miſer.

De eo qd dictũ eſt ad beatũ Iob: Spũs eius ornauit cœlos,& obſtetricante
manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Cap. XII.

IGitur non minus ſcienter q̃ fideliter dicimus, ad laudẽ huius procedẽtis ſpũs ſancti,
quia ſicut nũc, ita & tũc ſuꝑ omne cor impœnitens iuſti & recti in proceſſione ſua
tenuit iter iudicij, donis gratiaꝝ ſuarum humiles & ſubiectos perornans angelos
& relinquens ſuperbos diabolum, ſimulq́; cõplices eius omnis ſpũs ſuperbiæ filios.
Iob. 20 ¶Hinc illud ad beatũ Iob pulcherrime & veriſſime dictũ eſt: Spũs eius ornauit cœlos,&
obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. Neq; eñ, qm̃ de beatis Apoſtolis
recte intelligitur hoc dictũ: Spũs eius ornauit cœlos, idcirco minus veꝝ erit, hoc ſenti-
re, vel dicere de illis beatis angelis, ꝗs ornauit idẽ ſpũs, nouẽ ordinibus diſtinctos. Et qa
Iohan. 12. tunc quoq; eductus eſt coluber tortuoſus, quando dixit dñs: Nũc iudiciũ eſt mũdi, nunc
princeps huius mũdi eijcietur foras, ꝗd tunc futuꝝ erat, quãdo ſcriptura iſta cõdebatur
Luce. 10 nõ idcirco minus veꝝ eſt, iam tunc de cœlo illum fuiſſe eductũ eductione terrifica, cuius
meminit ipſe dñs dicẽs: Videbã ſatanã ſicut fulgur de cœlo cadentẽ. Imo & adhuc ter-
tia vice eſt educendus idem coluber tortuoſus, ſummæ trinitatis aduerſarius,& proinde
trino iudicio dãnatus atq; dãnandus, ſcilicet in die iudicij, quãdo fiet illud, ꝗd itidẽ bea-
Iob. 40. to Iob dñs loquit: Ecce ſpes eius fruſtrabit eum,& vidẽtibus cũctis præcipitabitur. Nũc
vide quãta res, quanti ponderis actio, q̃ breui, q̃ parco deſignata eſt eloquio, dum dicit:
Iob. 26. Et obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus, præmiſſo: Spũs eius ornauit
cœlos. Quidnã eſt obſtetricare, niſi naſcẽtes infantulos excipere,& diligẽter tractando
ad vitã cuſtodire? Cum ergo hæc dicit, mirabiliter creatoris noſtri deſignat, quam ha-
Pſal. 114. buit, vel habet curã, circa electã creaturã ſuã, tam angelicam q̃ humanã, pro ipſius crea-
Coluber tortuoſus ter proijcitur de cœlo turæ humilitate, ſicut ſcriptum eſt: Cuſtodiẽs paruulos dñs, humiliatus ſum,& liberauit
me. ¶Idcirco plane & quando cœlos illos ornauit, ꝗ ſunt ſancti angeli, colubrũ tortuo-
ſum eduxit, id eſt, diabolũ de cœlo proiecit, vt ablato ſcandalo faceret pacẽ & cõcordiã
in ſublimibus ſuis. Et quando cœlos alios, id eſt, Apoſtolos ornauit, idcirco colubrũ eũ-
dem tortuoſum eduxit, id eſt, foras eiecit, ſicut ipſe in Euãgelio dixit, vt liberati per ſan-
guinem ipſius à ſcandalo peccati, ſciremus & poſſemus ſeruire creatori noſtro & redẽ-
Iohã. 12. ptori. Et quãdo cœlos oẽs, id eſt, ſanctos omnes, tam angelos q̃ hoĩes, ita perornabit, vt
& angeli iam nõ habeant negotiũ adminiſtrandi, ſicut adminiſtrãt,& vſq; ad diẽ illum
Heb. 1. adminiſtrabũt, vnde & Apoſtolus dicit: Nonne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpũs, in miniſte
rium miſſi propter eos, ꝗ hæreditatẽ capiunt ſalutis:& hoĩes ſiue hominũ ſpũs, reſum-
ptis corporibus, duplici gloria corporis & animæ remunerentur, idcirco colubrũ eun-
dem tortuoſum funditus educet, videntibus enim cũctis præcipitabitur, vt omnia ſcãda
la de regno eius auferantur, pacẽq́; habeat illa dormitio, de qua itidem ad beatũ Iob di-
Iob. 38. ctũ eſt: Quis enarrauit cœloꝝ rationem,& concentũ cœli quis dormire facit?

De eo quod dictũ eſt ad eundẽ beatũ Iob: Quis enarrauit cœloꝝ rationem,& cur
ſaltem nec ipſe Moyſes deſcribere debuerit rationem cœloꝝ, id eſt, ſan-
ctorum ordines angeloꝝ, ꝗ primus enarrauit rationes terraꝝ gene
rationes filiorum hominum. Cap. XIII.

SVper fundamentum literæ huius pulcherrimũ atq; firmiſſimũ, libenter atq; de-
lectabiliter ſuperædificauimus, quoad poſſumus, cœpti ſermonis auꝝ, ſiue argen
tum, aut aliqd pretioſoꝝ lapidũ ad laudem ſpũs ſancti, qui ornator eſt eiuſmodi
cœlorum. ¶Sed interim occurrit quæſtio, quia quæri poteſt, cur nullus enarrare
Quæſtio debuit eatenus rationẽ eorundẽ cœloꝝ. Etenim cũ dicit dominus: Quis enarrabit cœ-
loꝝ rationẽ? ſubaudit nullus, ego aũt ſum enarraturus. Deniq; Moyſes, ꝗ ante beatũ Iob,
Gene. 1. & literas primas, ſcilicet Hebraicas, deo vel digito dei ſcribẽte, ſibiq́; tradẽte, accepit, fe
re nihil de illoꝝ ratione cœloꝝ enarrauit, niſi hoc tãtũ. Dixitq́; deus: Fiat lux,& facta ẽ
lux,& vidit deus lucem quod eſſet bona, diuiſitq́; lucem & tenebras. Appellauitq́; lucem
diem,& tenebras appellauit noctem. Hoc ergo quæritur (vt iam dictũ eſt) cur cœlorum
rationẽ



rationem nullus eatenus enarrauit, nec ſaltem ipſe Moyſes, qui terræ, id eſt, hominis ra-
tionẽ enarraturus, de cœleſtibus illis ſolum hoc breuiſſime enarrauit, ſic incertũ,& quaſi
ſub velamine, vt vix aliqui patrũ ſpiritualiũ intelligere potuerint, maxime ꝗd pater Au-
guſtinus noĩe lucis ſanctos angelos,& nomine tenebrarum malos angelos deſignauerit,
quoꝝ diuiſio, qua dictũ eſt: Diuiſitq́; deus lucẽ & tenebras, illud indicat iudicium, ꝗd ca-
tholica firmiter tenet eccleſia, quia angeli lucis nunq̃ vlterius in tenebras,& angeli tene-
braꝝ nunq̃ vlterius in lucẽ redituri ſunt. ¶Quiſqs iſtud quærit cur nec ipſe Moyſes de Alia quæſtio
illis cœleſtibus plus ſiue manifeſtius aliqd ſcripſerit, ſiue ſcribere debuerit, quærat & il-
lud cur de cœleſtibus ſacramẽtis ſcripturis, quæ poſt illũ futura, vel faciẽda erãt circa ge
nus humanũ, tantũq́; groſſum, ſiue denſum velamẽ ſuꝑ faciẽ ſuã obduxerit, vt nõ ſolum
illi carnales filij Iſrael, ꝗ tunc erãt vicẽtes cornutã faciẽ eius fugere potuerint, ſicut vſq; Exod. 34.
hodie fugiunt illoꝝ poſteri, verumetiã ſpũales filij Iſrael, ex quibus ſumus & nos, vix ali-
quatenus tractando & retractando ſcripturã eius perſpicere poſſumus, quo tendat clari- Reſponſio ad vtrãq;.
tas vultus eius, q̃ intendãt radij cornutæ faciei eius. ¶Quærenti hoc vel illud reſpondere
debemus, qa cœleſtia ſacramẽta portare tũc non poterat totus fere carnalis mũdus. Sic
enim tunc erat mũdus, quaſi puer ſiue adoleſcẽtulus laſciuus atq; petulcus, cui pro parte
illoꝝ, quibus hæreditas promittebatur in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus, vix poſſet Nu. 16. 21
inueniri pædagogus, ꝗ reprimeret laſciuientes mores eius pœna præſente, vindicta ꝑ-
ſto apparente, ita vt pleroſq; illoꝝ ignis abſumeret, terra deglutiret, ſerpẽtinus morſus
deuoraret. Cũ igitur talis eſſet mũdus, quomodo illi cõpeteret reuelata facie, vel mani-
feſtis ſermonibus enarrari rationem cœloꝝ, deſcribi ſanctoꝝ ordines angeloꝝ, cum &
ipſa, quæ ad hoĩes ſpecialiter pertinẽt, oportuerit velari mirabilia ſplẽdida ſpiritualium
ſacramentoꝝ? Proinde ſatisfactũ ſibi eſſe putet, quiſqs illud quærit, cur nõ ſaltem Moy- Exod. 33
ſes, cui deus facie ad faciẽ loquebatur, cœloꝝ iſtoꝝ rationem enarrauit.

De eo quod dictum eſt ad eundẽ beatum Iob: Et cõcentum cœli qs dor
mire facit,& quæ vel qualis illa dormitio ſit. Cap. XIIII.

IAm nũc vt ad capitulum hic & ſupra memoratũ ſermo recurrat, qs eſt ille cœli cõ- Cõcentus
centus? Et quæ vel qualis eſt dormitio eius. Dixit eñ: Et concentum cœli quis dor- cœli con-
mire facit? Nimiꝝ cõcentus cõcors eſt,& in nullo diſſonans cantus, & eiuſdẽ ange cors.
licæ cantionis oĩs ſymphonia laus eſt ſanctæ trinitatis, cuius videlicet laudis ſum- Iob. 38
mam hanc audimus in Eſaia: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus deus exercituum, plena
eſt omnis terra gloria eius, ſiue pleni ſunt cœli & terra maieſtate eius. Verus & pulcher Eſaię. 6
cõcentus chordis omnibus bene extentis,& vocibus cũctis bene cõſonãtibus, ex ꝗ (ſicut
iam ſupra dictũ eſt) eductus eſt coluber tortuoſus omni voce diſſonus, oĩni ſymphonię
contrarius, ſibilator nõ cantor, nõ præcentor aut ſuccentor, imo quantũ in ipſo fuit, vel
eſt, totius ſacræ muſicæ corruptor. Quomodo illũ talem cõcentum cœli dñs deus dor-
mire fecit, vel facit? Nimiꝝ deijciendo, ſiue eijciendo de ordine vel choro cantantium
illum ſæpe dictũ,& ſæpe execrãdũ colubrum tortuoſum, qa dum illũ deiecit, pacem fir-
mauit,& concordiã fecit in ſublimibus ſuis. Pax illa, concordia illa, nonne dormitio eſt?
Quid eñ aliud nobis hominibus ſancta & myſtica lex repromittit, niſi ſecuritatẽ illam
ineffabilem ſub verbo dormitiõis? Et comedetis (inqt) panẽ veſtrũ in ſaturitate,& abſq; Leuit. 26
terrore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacẽ in finibus veſtris, dormietis & nõ erit qui
exterreat. Et protinus oſtendẽs, qũo, vel per quid efficiatur illa dormitio noſtra: Auferã
(inquit) malas beſtias,& gladius nõ tranſibit terminos veſtros. Malæ qppe beſtiæ, ſunt
maligni ſpũs,& malaꝝ beſtiaꝝ caput eſt ille coluber, id eſt, diabolus, quoꝝ terminos iã
tranſiuit gladius, id eſt, ſententia damnationis æternæ, quam ſupra iam diximus. Quid
igitur in ſermone pulchrius, in re pretioſius, iſto quod ait? Et concentum cœli qs dor-
mire facit? O ter quaterq́; beatus ille concẽtus cœli, vbi omnis multitudo & concinẽdo
dormit,& dormiendo concinit. Sabbatizat eñ & dormitio eius in ſabbato eſt, ipſa re-
quies domini, ſeptima dies domini,& in illam requiẽ introiuit cũ cõcentu interminabi-
li cum voce ineffabili, cum extenſione infatigabili

Item de eodem concentu,& de verbis concentus, ſiue cantionis illius, quem
apud Eſaiam audiuimus: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus
deus. Cap. XV.

AVdiuimus (vt ſupra iam dictũ eſt) verba quædam cõcentus, ſiue cantionis illi-
us: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus. Quàm pulcher, q̃ æqualis tenor in Eſa. 6.
verbis, q̃ certus, q̃ ſtabilis. Nulli gradus ſunt hic, nullum momentũ incrementi
ſiue decrementi in vocibus iſtis. Vnde ergo gradus ſuos accepit inimica hære Cantus hæreticorum diſcors.
ſis? Nã ac ſi cõcentus ille ſic cecinißet: Sanctus, ſanctior, ſanctiſſimus, & pluraliter addi-
diſſet: Dñi & dij, non ſingulariter dñs deus, ita ſibi gradus fecit, maxime per os Arrij, vt
 dice-

diceret ſpiritũ ſanctũ magnũ quidẽ, ſed filiũ ſpiritu ſancto maiorẽ, & deo patre minorẽ. Vnde (inquã) gradus iſtos accepit impia vel ſerpentina hæreſis, niſi ab ipſo colubro patre mẽdacij, quẽ de concentu illo manus domini propter diſſonantiã ipſius eduxit, & foras miſit? Idcirco talis hæreticus reus eſt æterni delicti, ſicut & pater ipſius diabolus qui fecit gradus iſtos, quibus nõ aſcenditur ad ſuperos, imo deſcẽditur ad inferos. In Oſee ſcriptũ eſt: Proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eis. Vſquequo nõ poterũt emũdari? Quia ex Iſrael ipſe eſt. Artifex fecit illum, & nõ eſt deus. Eſt autem hic ſenſus: Ne mireris quod ſordes Iſrael, ſcilicet vituli, quos fecit Hieroboam, nõ potuerũt aut poſſunt emũdari, ꝗa videlicet ipſe, ſubauditur vitulus, ſiue vituloꝝ cultus ex Iſrael ẽ. Neq; enim aliunde hoc accepit, vt vitulũ pro deo coleret, ſicut Baal & Aſtaroth, & cætera dæmoniorum portenta, de vicinis gentibus accepit, forte errantibus, & per ignorãtiam multis peccantibus: ſed artifex fecit illum, ſubauditur Hieroboam, ſiue Iſrael, ſciẽs quia non eſt deus, artifex (inquam) ſicut manifeſte ſcriptura dicit: Dixitq; Hieroboã in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domũ Dauid, ſi aſcenderit populus iſte vt faciat ſacrificia in domo domini in Hieruſalẽ, Et excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos Propter excogitationem conſilij Propheta ſiue deus artificem illũ nũcupauit, ꝗa nõ ignoranter, ſed malitioſe peccauit, & idcirco non potuerũt peccata illa emũdari, vt recederet Iſrael à vitulis ſuis, ſaltem tẽpore vnius ex regibus ſuis. ¶Similiter de Arrio ſciendum, cæteriſq; hæreticis, ꝗ intelligere noluerũt, illum cõcentum cœli, & maluerũt ſcindere vnitatem cantionis, ꝗa non eſt eoꝝ amplius illum audire concentũ cœli, neq; partem aut cõmunionem habebũt cum illis, ꝗ per planitiem, ſiue fidei æquitatem, abſq; illis gradibus inæqualitatis vadũt, hinc vt dormiant & concinant illic, iuxta illud de Canticis graduũ. Illuc enim aſcenderũt tribus, tribus dñi, teſtimoniũ Iſrael, ad cõfitendum nomini domini: neq; enim emũdari poterunt, ſed immũdi erũt & in hoc ſeculo, & in futuro & laborabũt in æternũ, ſicut laborabat ille coluber circũductor ipſoꝝ, perforatas nares in ſudibus, & circulũ habẽs in naribus, atq; ita nuſꝗ ſabbatizans, nuſꝗ dormiens circuit terrã, diſſimulare volẽs quidẽ, ſed nõ valẽs fatigationem ſuam, dũ requiſitus vnde venis reſpondet & dicit: circuiui terram & perambulaui eã, & maxime hoc tẽpore habens irã magnam, quia ſcit ꝙ modicũ tempus habet, & non diu illi circuire licet.

Oſee. 8
Sordes Iſrael vituli Hieroboã
3. Regũ. 12
Hæretici nõ audiũt cõcentum cœli.
Pſal. 121.
Coluber ſine requie.
Iob. 40.
Iob. 1.

Sentẽtia beati papæ Gregorij de illis cœleſtibus ſanctoꝝ angeloꝝ ordinibꝰ, qui vel quales hoïes cuius ordinis ſocietatẽ ſortiant. Cap. XVI.

BEatus papa Gregorius de illis cœleſtibus ſanctoꝝ angeloꝝ ordinibus loquens, & ſpei noſtræ cõgaudens, ꝙ̃ vẽturi ſimus in illorum ſocietatem, ſiue (vt ait ipſe dominus) æqualitatẽ, hæc inter cætera dicit: Iſti itaq; qui parua quæ capiunt, pie fratribus annũtiare non deſiſtunt, in angeloꝝ numeꝝ currũt. Alij ſecretoꝝ cœleſtium ſumma & capere præualent, & nunciare. Quo ergo iſti (inqt) niſi inter archãgelorum numeꝝ deputantur. Alij mira faciunt, ſigna valenter operantur. Quo iſti, niſi ad ſupernarum virtutũ ſortẽ & numeꝝ congruunt? Nonnulli etiam de obſeſſis corporibus malignos ſpũs virtute orationis, & vi acceptæ poteſtatis eijciunt. Quo iſti meritum ſuum, niſi inter poteſtatum cœleſtiũ numerum ſortiuntur? Nonnulli acceptis virtutibus cum & bonis meliores ſint, electis quoq; fratribus principantur. Quo iſti ſortem ſuã niſi inter principatum numeros acceperũt? Nonnulli ſic omnibus vitijs dominantur, vt iure dij inter homines vocentur, qualium vni ſcilicet Moyſi: Ecce (inquit dominus) cõſtitui te deum Pharaonis. Quo iſti, niſi inter numeros dominationum currunt? Nõnulli hoc in munere virtutis acceperũt, vt recte & alios iudicare poſſint. Quid iſti, niſi throni ſunt conditoris ſui? Nonnulli tanta dei ac proximi dilectione pleni ſunt, vt Cherubin iure nominentur. Quia enim Cherubin plenitudo ſcientiæ dicit. Et Paulo dicente didicimus, ꝗa plenitudo legis eſt dilectio, oẽs qui dei & proximi charitate pleni ſunt, meritoꝝ ſuoꝝ ſortem inter Cherubin perceperũt. Nõnulli ſupernæ cõtemplationis facibus accenſi, amãdo ardent, loquendo & alios accedũt, & quos verbo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt. Qui ergo ita ad amorem ſui conditoris inflammati ſunt, quo niſi inter Seraphin ſortem ſuæ vocationis acceperunt.

Hoïes vẽturi in ſocietatem. 9 ordinũ angelorum.
Exodi. 7
Roma. 13

Reſponſio ad illos qui dicũt, quod de ſingulis ordinibus multitudines ceciderũt, quoniam ſecundum illam ſententiam beati Gregorij ex hominibus alij in illum, & alij in illũ ordinem ſint aſſumpti, ſiue aſſumendi. Cap. XVII.

DVm hæc dicit, ſcilicet ex hominibus alios in angeloꝝ, alios in archangelorum numero deputari, alios inter ſupernas virtutes, alios inter cœleſtes poteſtates alios inter principatꝰ, alios inter donatiões, alios ĩter thronos, alios inter Cherubin, alios inter Seraphin, accipere ſortẽ ſuæ vocatiõis nõnulli ſolẽt aſſerere, quod



quod de ſingulis ordinibus multitudines ceciderint, quoꝝ itidem in ſingulis ordinibus ruinæ debeant ex hoïbus reparari. Quid ad hęc dicere potuimus, aut poſſumus? Hoc eñ pertinet ad rões illas, de ꝗbus ſcriptum & ſupra memoratum eſt: Nunꝗd noſti ordinem cœli, aut pones rõnes eius in terra? Dicimus ergo: Si de ſcriptura qualibet canonica confirmare poſſent opinionem illam, qua præuenti ſunt, dicentes, angelos ſiue ſpũs illos, mox vt creati ſunt, in ſuis ordinibus conſtituiſſe, moxq; & illos cecidiſſe, & iſtos in gradibus ſuis ꝑſtitiſſe, concedendum eſſet opinioni. Nunc autẽ non ita eſt. Nulla eñ ſcriptura canonica opinioni illi ſuffragat, imo & prophetica veritas apud Ezechielẽ oppido refragat, vt lõge ſupra memorauimus. Proinde recte econtra quærimus. Quid illi ſpũs beati remunerationis acceperunt pro eo, quod peccantibus apoſtaticis ſpiritibus, ipſi peccare noluerũt? Si eñ iam tunc erant vt nũc ſunt in ordinibus ſuis ſtabiliti ac perfecti angeli, archangeli, throni, dominatores, principatus, poteſtates, virtutes, Cherubin, atq; Seraphin, quomodo exinde tam multi cadere potuerunt? Verbi gratia: Si erant in ordine Seraphin. i. eoꝝ angeloꝝ, qui diuini amoris igne ardent, ſiue incendunt, qũo exinde excidere potuerunt? Imo qũo nunꝗ illius amoris dulci ardore arſiſſe putandi ſunt? ¶Verius ergo & rationabilius hoc dicimus, ꝗa in remuneratione pro eo quod nõ peccarunt, & creatori ſuo ſubijci maluerunt, ordines illos acceperunt quos habent nunc, in hoc ipm ordinati, verboq; dñi & ſpũ oris eius firmati, vt amplius cadere. i. peccare non poſſint, ſicut lapides ſupra memorati, auro aſtricti, tenent in ordinibus ſuis diſpoſiti ſecundum ſcientiam artificis, ligãdo ordinati, ordinando ligati, vt excidere non poſſint, nec aliud doctoris ſupradicti ſermo bene perſpectus recipere nos compellit.

Iob. 38
Ezech. 28
Remuneratio angelorum

Alia ſcia de ſimilitudine nouẽ ordinum angeloꝝ, & nouem chariſmatum ſpũs ſancti, quæ ſecundum Apoſtolum hoïbus data ſunt, dicentes: Alij ꝗdem per ſpm̃ datur ſermo ſapientiæ &c. Cap. XVIII.

NVnc iam, ꝗa ſermo idem nos lætificauit ſecundum ſpẽm quam dñs ipſe fundauit, dicens: Aequales eñ ſunt angelis, cum ſint filij reſurrectionis, ꝗa (inquam) ſumus eiſdem nouenis ordinibus diſponendi perpulchrum eſt conſiderare, ꝗa quot ſunt illic à ſpũ oris dñi ornamenta cœloꝝ, tot ſunt hic in hoïbus ſanctis ab eodem ſpũ diuiſiones gratiaꝝ. Sic eñ ait Apoſtolus: Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpũs ad vtilitatem. Alij ꝗdem per ſpm̃ datur ſermo ſapiæ, alij autẽ ſermo ſciẽtiæ ſecundum eundem ſpm̃, alteri fides in eodem ſpũ, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguaꝝ, alij interpretatio ſermonum. Hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idem ſpũs, diuidens ſingulis, prout vult. Hoc ergo qui perpendit, ſ. electionem ex hominibus tot eſſet chariſmatum varietate ornatam, quot ordinibus illos beatus ſpũs conſtat eſſe diſtinctos: poteſt etiam apte ſecundum eadem chariſmata coijcere, ꝗ vel quales homines, quibus aut cuius ordinibus angelis ſimiles debeant exiſtimari. ¶Deniq; qui habẽt interpretationẽ ſermonum, vt ſaltẽ in vna lingua poſſint enuntiare ſenſum ſcripturaꝝ ad vtilitatem audientium, nonne angeli ſunt? Labia eñ ſacerdotis (vt dñs in Malachia) cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Qui autem etiam genera linguarum acceperunt, in hoc ipſum non vna lingua, verumetiam varijs linguis efficere poſſint, & de gente in gentem transferre ac dilatare verbum dei, quod maxime ſanctis datum eſt Apoſtolis, nonne merito dicuntur & ſunt archangeli? In diſcretione ſpirituum nimirum dignitatem iudiciariam recte intelligis, quod iure vocentur throni, eo quod de ſpiritibus, deo in ipſis ꝑſidente, iudicare nouerint, iuxta illud: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt. In gratia prophetica non incongrue dominationum agnoſcitur authoritas, quia profecto regibus quoq; prophetæ dominati ſunt, maximeq; Helias & Heliſæus, nam Heliſæo quoq; clamauit rex: Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius, cæteriſq; regibus prophetæ dominati ſunt, & maximo prophetarum Moyſi dictũ eſt: Ecce conſtitui te deum Pharaonis. Fides nonne principatũ meretur? Deniq; & Abraham, & Iſaac, & Iacob, & Dauid propter fidem, ſiue iuſtitiam fide patriarchæ. i. patrum principes nominati ſunt, & Petrus quoq; apoſtolus ob excellentiam fidei, princeps apoſtolorum nominari meretur. Ergo & omnes, quoꝝ fides præclarior habetur, recte principatus nominant, & ipſi fratribus ſuis, ſiue eccleſiis Chriſti principari, id eſt, præeſſe digni habent. Gratia ſanitatum, & operatio virtutum hoc maxime differunt, quod gratia ſanitatum circa infirma corpora expendit, ſiue per impoſitionem manuum, ſiue ꝑ alium quemlibet modum. Operatio vero virtutũ extrinſecus exhibet in rebus exterioribus, in elementis huius mundi, ſicut maxime factũ eſt ꝑ manum Moyſi, ꝗ circa corpoꝝ ſanitatẽ ferre hoc ſolum feciſſe legitur, quod Mariæ ſororis ſuæ lepram ſanauit. Quibus ergo gratia ſanitatum data eſt, nonne inter poteſtates, & ꝗbus operatio virtutũ data eſt, nõne iure

Luc. 20.
Diuiſiones grarum tot ſunt, ꝗt ordines angelorum
Qui hoïes in ꝗs angelorũ ordines recipiunt
Malach. 2
1. Iohan. 4
4. Regũ. 13
Exod. 7.
Roma. 4
Num. 12

reputantur inter virtutes? Porro, q̄bus ſermo ſciæ, ipſi ſunt tanq̃ Cherubin: & q̄bus ſermo ſapiẽ datus ẽ, ipſi ſunt tanq̃ Seraphin. In illa gr̃a maxime apoſtolus Paulus claruit, habuit em̃ ſcientiam non ſolum dei, verumetiam ſeculi: in iſta vero Iohannes dilectus dñi, cuius ſermo totus verſaẗ circa charitatem, quæ vera ſapientia eſt, & auditores intendit accendere igne amoris dei, ſecundum ipſum vocabulum Seraphin.

De eo quod Apoſtolus dicit: Nuſquam enim angelos apprehendit, ſed ſemẽ Abrahæ apprehendit. Cap. XIX.

Hebr. 2

ADde illud quod idem Apoſtolus dicit: Nuſquam em̃ angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Quorſum iſtud? Diximus enim longe ſuperius, q̄a nobis hoĩbus duobus modis datur ſpũs ſanctus, altero quod eſt in remiſſionem peccatoꝝ, altero quod eſt in diuiſiones gratiaꝝ. In ſanctos autem angelos vno modo, ſ. in diuiſiones gratiaꝝ, larga dignatione effuſus eſt. Nam vt in remiſſionẽ peccatoꝝ nunq̃ detur apoſtaticis ſpiritibus, iudicium verum fuit, & eſt eiuſdem ſpiritus ſancti.

Maximus debitor dei homo

¶Vt ergo quantum creatori debeas hõ perpendas & cauſam tuam melius ipſe diſcernas, adde quod nuſquam angelos apprehẽdit, ſed humanam de ſemine Abrahæ naturam apprehendit tali apprehenſione, vt author ſalutis tuæ dignaretur per paſſionem mortis cõſummari. Quota in hoc eſt portio debiti tui debitæ gratiaꝝ actionis? Angelos & creauit & eos q̄ non peccauerunt, magnificauit, te autem & creauit, & cum vniuerſus in Adam peccauiſſes iuſtificauit, & inſuper magnificauit, Iuſtificauit (inquam) dato illo ſpũs ſancti, quod eſt remiſſio peccatoꝝ, quo electio creaturæ angelicæ q̄a non perierat, nõ indiguit, magnificauit alio dato eiuſdem ſpũs ſancti, quod eſt diuiſio gratiaꝝ, quo in primis illos cœleſtes ſpũs ornauit ſiue magnificauit. Angeloꝝ itaq; deus eſt, tibi autẽ idẽ deus eſt, & pontifex, ſimul vero & angeloꝝ & hominum rex, vnus idemq́; dei filius eſt. Cum hæc ita ſint, putasne plura in altari pectoris tui ligna, q̃ angelus habes ad nutriendum ignem diuini amoris? Scriptum eſt em̃ in ſancta ac myſtica lege domini. Ignis in altari ſemper ardebit, quẽ nutriet ſacerdos ſubijciens mane ligna p̱ ſingulos dies. Igni deniq; ligna ſubijcere, eſt commemorationẽ beneficioꝝ ſanctæ trinitatis iugiter habere, & propter hęc in amorem eius magis ac magis proficere, & interim ardere aliquantiſper, donec veniat id quod p̱fectum eſt, ſicut in Eſaia ſcriptum eſt: Dixit dñs, cuius ignis eſt in Syon, & camin⁹ eius in Hieruſalem. Sion nanq; præſens eccleſia eſt. Hieruſalem autem illa ſuperna ciuitas id eſt, ſanctorum angelorum vniuerſitas, de quibus nobis hactenus ſermo eſt. Ergo ignis domini in Sion, & caminus eius in Hieruſalem. i. abundantia diuini amoris quæ illic eſt p̄ſenti dilectione dei, ſic maior eſt, ſicut paruo ſiue quantulocunq; igniculo grandis & valide ſuccenſus camin⁹ fortior eſt.

Leuit. 6

Eſa. 31

Item, ſn̄ia B. Gregorij in illo verſu cantici Deuter. Conſtituit terminos gentium, iuxta numeꝝ numeꝝ angeloꝝ dei, pro quo nos ſcd̄m hebraicã veritatẽ interpretante B. Hieronymo, ita legimus: Conſtituit terminos populoꝝ, iuxta numeꝝ filioꝝ Iſrael. Cap. XX.

AIt idem doctor ſupra memoratus: Decem dragmas mulier habuit, q̄ nouẽ ſunt ordines angeloꝝ, ſed vt compleretẽ electoꝝ numerus, homo decimus eſt creatus. Idem poſt aliqua: Superna illa ciuitas ex angelis & hoĩbus conſtat, ad quam tm̃ credimus humanum genus aſcendere, quantos illic contigit electos angelos remanſiſſe, ſicut ſcriptum eſt: Conſtituit terminos gentium iuxta numeꝝ angelorum dei. Quod ſcripturæ teſtimoniũ (fateor) vtrũ ad hanc rem confirmandã ſatis idoneum ſit ambigo. Præſertim q̄a iuxta Hebraicam veritatem, interp̄tante B. Hieronymo, taliter ſcriptum eſt: Conſtituit terminos populoꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ Iſrahel. Quæ litera qualem adhuc ſenſum poſſit habere, poſtmodũ dicemus. ¶Nunc illud dicere p̄ſtat, q̄a propter illa verba quæ dixit. Sed vt cõpleret electoꝝ numerus, homo decimus eſt creatus. Solent pleriq; arbitrari, quod ſi oẽs angeli p̱ſtitiſſent, nullaq́; ruina facta fuiſſet ex eis, non crearetur, neq; fuiſſet cauſa cur deberet homo creari. Quod ſi concediẗ, cauendũ eſt, ne ita pueri ſimus, vt exiſtimemus deũ nullũ ante ruinam angeloꝝ de homine creãdo habuiſſe propoſitum, ſed poſtq̃ caſus ille contigit, tunc demũ illi veniſſe in mentẽ conſilium hm̄oi. ſ. facere genus noſtrum, ob recuperandã multitudinem domus ſeu familiæ ſuæ quæ cecidit. ¶Rectius ergo dicitur, q̄a non homo propter angelos, imo propter hominem quendam angeli quoq; facti ſunt, ſicut & cætera omnia teſtante Apoſtolo cum dicit: Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, cuius capituli memoria nos non præteriuit in primo libello præſentis operis, cũ de principio loqueremur, in quo creauit deus cœlum & terram. Si enim verum dicit, imo quia verum dicit Euangeliſta: Quod factum eſt in ipſo vita erat, nihil excipiens, p̄miſerat em̃: Om̄ia p̱ ip̄m facta ſunt, & ſine ip̄o factũ eſt nihil: quanto magis homo iſte decorus, ab ip̄o verbo in vnitatẽ p̱ſonæ aſſumẽdus angeli, qua

Deuter. 32

Falſa q̄rũdã opinio de hois creatiõe propter ruinã angeloꝝ.

Hebræo. 2

Iohan. 1



qua anteq̃ angeli fierent, in ip̄o vita erat? Teſtaẗ & hoc ip̄a ſap̄ia, quæ non eſt aliud q̃ ip̄m verbũ, dum dicit: Dñs poſſedit me ab initio viaꝝ ſuaꝝ, &c. vſq; quando appendebat fundebat terræ cũ eo eram cuncta cõponens, & ludens coram eo omni tp̄e, ludens in orbe terraꝝ. Statimq́; ſubiungit: Et deliciæ meæ eſſe cum filijs hoĩm. Quidnã hoc eſt, niſi ac ſi dixiſſet: Anteq̃ deus quicq̃ faceret à principio, & q̄n hæc vel illa faciebat, hoc erat in propoſito, vt ego verbum dei, verbum deus caro fierem, & in hominibus habitarem magna charitate, & ſumma humilitate, quæ veræ deliciæ ſunt.

Prouerb. 8

Probabilius dici poſſe, quod non tam homo propter ſupplendum angeloꝝ numerum, quàm & angeli & homines propter hominem Ieſum Chriſtum facti ſunt. Cap. XXI.

IGitur probabilius hoc dicimus, quod non tã homo propter ſupplendũ angeloꝝ numeꝝ, q̃ & angeli & hoĩes propter vnum hoĩem Ieſum Chr̄m facti ſunt, vt q̄m vnus idemq́; & deus ex deo natus erat, & homo naſciturus erat, haberet præparatam ex vtroq; latere familiam, hinc angeloꝝ, hinc hominũ, & ip̄e deus, & homo, dñs & creator angeloꝝ, dñs & creator atq; ſaluator emineret hoĩm ſanctoꝝ, dñs (inquam) in eis ſicut in domo ſua, rex in gente ſua, deus in maieſtate ſua. Quia (ſicut dictum iam eſt) & propter ip̄m, & per ipſum omnia. ¶Hoc aſpicientibus nobis perpulchrum eſt etiam illud attendere, q̄a non ante ſed poſtq̃ ad Abraham factũ eſt verbum de promiſſione tam beati ſeminis, de aduentu vel natiuitate tanti hoĩs, cœperunt ſancti angeli congaudentes hominibus viſibiliter quoq; interdum illud exhibere miniſterium, de quo Apoſtolus: Nonne (inquit) omnis ſpũs adminiſtratorij ſunt, miſſi in miniſterium, & ita familiariter vt hoſpitio quoq; illoꝝ ſuſcipi dignati ſunt, & appoſitos ſumere cibũ more hoſpitiũ hoĩm, & multa beneficia per eos adminiſtrata ſunt, ſicut paſſim teſtaẗ ip̄a ſacraꝝ hiſtorica, ſiue prophetica ſeries literaꝝ. Verũ nos de illis ipſoꝝ beneficijs ſiue miniſterijs alio in opere diximus aliquid, quod intitulatur de Victoria verbi dei. Hic tantum hoc meminiſſe libuit, quod recte à verbo promiſſionis, quod factum eſt ad Abraham de ſemine eius in quo benedicerentur omnes gentes, quod eſt Chriſtus, cœperunt angeloꝝ miniſteria cum hoĩbus celebrari ſiue frequentari, ac ſi dicat nobis ſcriptura, quia iure patribus illis angeli famulabantur, quoꝝ ex ſemine naſciturus erat angelorum dominus.

Hebr. 2

Miniſteriã angelorum ad hoĩes p̱pter Chr̄m

Hebr. 1

Gene. 18. 19

Gene. 12

Qualem ſenſum habere poſſit litera hæc, quam ſecundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante, legimus: Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Ca. XXII

PRopoſuimus ſupra dicere, quẽ ſenſum habere poſſit litera hæc, quã ſecundũ Hebraicũ beato Hieronymo interpretante legimus: Conſtituit terminos populoꝝ, iuxta numeꝝ filioꝝ Iſrael. Nam quod iuxta aliam æditionẽ legiẗ: Statuit terminos populoꝝ iuxta numeꝝ angeloꝝ dei, ſenſum haberet firmiorem authoritate ſupradicti doctoris eximij, ſi hebraica quoq; veritas ſic haberet vt Septuaginta tranſtulerunt, iuxta numeꝝ angeloꝝ dei. ¶Primũ ergo quærenda eſt intentio Moyſi in verbis iſtis cantici Deuteronomij: Interroga patrẽ tuũ & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicet tibi: Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populoꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ Iſrael. Pars aũt dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Nimiꝝ in iſtis, & in his quæ ſequunẗ commemorando beneficia dei, hoc intendit, vt beneuolentiam alliciat illius populi circa cultũ dei, vel amorẽ patris ſui. Qui poſſedit (inq̄t) & fecit, & creauit te, Qualẽ aũt ab initio, vel quanto à numero cœpit poſſidere tali poſſeſſione, vt ille homo Iacob gens fieret, aut populus exiſteret? Nimiꝝ ab ingreſſu ſiue introitu Iacob in Aegyptũ, dicẽte dño ad illũ: Ego ſum fortiſſimus deus patris tui, noli timere, deſcẽde in Aegyptũ, q̄a in gentẽ magnã faciã te ibi. Et poſt pauca ſic ſcriptum eſt: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptũ, fuerũt ſeptuaginta Porro, Ioſeph & duo filij eius, Ephraim & Manaſſes in Aegypto erãt. Itemq́; ſcriptũ eſt: Erant igitur omnes animæ eorum, q̄ egreſſi ſunt de fœmore Iacob ſeptuagintaquinque. ¶Profecto iuxta hunc numeꝝ filioꝝ Iſrael, q̄ tunc populus eſſe cœpit, iamdudũ cõſtituerat dñs terminos populoꝝ, q̄n (ſicut ibidẽ dictũ eſt) diuiſit altiſſimus gentes, & ſeparabat filios Adam propter ſuperbiã, vbi turrim Babel ædificabant. Illa nanq; diuiſione ſeptuaginta tres, q̄d aiunt ſcriptores, vel potius (vt ratio declarat) ſeptuagintaduæ gẽtes totidemq́; linguæ per Serras eſſe cœperunt, quæ creſcendo prouincias & inſulas impleuerunt. Hinc beatus Hieronymus, vbi dñs dixit ad Petrum: An putas, q̄a non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angeloꝝ, illius iam dictæ multitudinis gentium ſiue populorum, hoc modo meminit. Vna legio apud veteres ſex milibus complebaẗ hominum. Pro breuitate temporis, numerorum non accurrimus explicare typos. Tantum dixiſſe ſufficiat, quia ſeptuagintaduo milia angeloꝝ, in quot gẽtes

Deuter. 32

Intẽtio Moſi in Cãtico ibidem.

Gene. 46

Diuiſio gẽtiũ ſcd̄m ſeptuaginta duas lĩguas

Matth. 26

hominũ

hominum lingua diuiſa eſt, duodecim legionibus fieri manifeſtum eſt. Nonnihil igiẽ ponderis habet ſecundũ hunc ſenſum litera hæc: Conſtituit terminos populoꝝ iuxta numerum filiorum Iſrael. Quantum eñ valet ad exigendam Iſraelis beneuolentiam circa deum, quod cum iam haberet deus ſeptuaginta gentes, dimiſſis illis, ſolos elegit ſibi in gentẽ ſeptuaginta duos homines, vel paulo plures, q̃a Ioſeph cum filijs ſuis in Aegypto erant? Vnde fit, vt recte propter paucitatem cum admiratione legatur: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hęreditatis eius.

# RVPERTI ABBATIS TVITIEN. DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & proceſſione ſpiritus ſancti.

## LIBER QVARTVS.

Propoſitio, dicere aliquid de humana creatura ad laudẽ ſanctæ trinitatis, ad honorem ſpiritus ſancti, de patre & filio procedentis. cuius in iſta creatura valde clara rutilant bona. Cap. I.

Matth. 7
Aedificiũ ſupra petrã ponẽdum.

SApientis viri eſt, dum ædificat domũ ſuam, fodere in altum, & ponere fundamenta ſupra petram. Deſcendit pluuia (ait dominus) venerunt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerũt in domũ illã, & nõ cecidit, fundata eñ erat ſupra petram. Nimirum illi viro ſapienti aliquatenus & nos extremũ cupimus aſſimilari. Quoties enim cupientes exigere aliquod boni ac fidelis ſermonis ædificiũ, quęrimus ac tenemus aptum ſiue conueniens quodlibet capl'm de authoritate diuina, authoritate canonica, ſiue Prophetarum, ſiue Apoſtolorum, vt ædificemus ſuper fundamentum illorum, profecto fodimus in altum, & ponimus fundamenta ſupra petram.

Pluuiæ ſophiſtarum flumina hęreticorum

¶ Ac proinde ſi deſcendant loquaces pluuiæ ſecularium, maximeꝗ ſophiſtaꝝ odibilium, quibus ſua ſtipula, ſuumꝗ placet fœnum, noſtrum aũt vile eſt aurũ, ſiue argentũ. Et noſtri lapides pretioſi contẽptibiles ſunt, ſi (inquam) veniãt flumina hæreticoꝝ, & irruãt in domum noſtram non cadet, q̃a ſupra petram fundata eſt. Igiẽ de humana creatura iã dicturi aliquid, ad gloriam & laudem ſanctæ trinitatis, ad honorẽ ſpũs ſancti de patre & filio procedentis, cuius in iſta creatura valde clara rutilant dona, quærimus hoc fundamentũ & in omni portiuncula ſermonis noſtri certũ de ſanctis ſcripturis tenere cupimus capitulum, quia videlicet hoc eſt (ſicut iam diximus) fodere in altum, & ponere fundamenta ſupra petram. Primum capitulum hoc eſt.

De propoſito dei dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cap. II.

Gene. 1
Pſal. 118
Iob. 10

FAciamus hoĩem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Hinc ait fidelis Dauid: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me totũ in circuitu. Fodiens hic in altũ vt fundamenta ponã, qualem inuenio petram, niſi ipſam beatæ trinitatis intentionem dicentis: Faciamus hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram? Quænã erat intentio, vel q̃d erat in intentione eius, niſi is q̃ nunc ſedet ad dexterã p̃ris, mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus? Si eñ (quod ſępe dictum, ſemperꝗ ſciendum eſt) nõ ſolum per ip̃m verũetiam (vt Apoſtolus ait) propter ip̃m oĩa, quanto magis humana propter ip̃m facta eſt creatura.

1. Timot. 2.
Hebrę. 2

Cũ ergo dicit: Faciamus hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram, parum eſt ad conſummationẽ propoſiti dei hoc attendere, ꝙ oẽs electi, q̃ ſecũdũ propoſitũ vocati ſunt ſancti, & rationales creati, & ſimiles deo ſunt futuri tanq̃ patri ſuo filij, iuxta illud: Chariſſimi nũc filij dei ſumus, ſed nondũ apparuit q̃d erimus: ſcimus, q̃a cũ apparuerit, ſiles ei erimus, q̃m videbimus eũ ſicuti eſt, parũ (inquã) hoc eſt, niſi hunc hoĩem attendas, q̃ ipſe eſt (vt Apoſtolus ait) imago dei inuiſibilis, & ſicut idẽ alibi loquiẽ: ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius.

Roma. 8
1. Iohan. 3
Coloſſ. 1
Hebrę. 1

¶ Nunq̃d eñ cũ hæc diceret beata trinitas: Faciamus hoĩem &c. de hoĩe iſto nihil cogitauerat aut propoſuerat, ſed poſtq̃ peccauit Adã tunc demũ iſtud cogitauit deus, vt homo fieret dei filius, ob redimendũ humanũ genus. Diximus de hoc in præcedẽtibus, cũ de angelis loqueremur, q̃a ſi verũ dicit, imo q̃a veꝝ dicit Euangeliſta: Quod factum eſt in ipſo, vita erat, nihil excipiens, præmiſerat enim: Omnia per ip̃m facta ſunt, & ſine ip̃o factũ eſt nihil, multo magis homo iſte ab ip̃o verbo in vni-

Iohan. 1.



in vnitatem perſonæ aſſumendus, antequã angeli fierent in ipſo vita erat, & hoc erat propoſitum eius delicioſum, ſicut Sapientia loquitur, quæ non eſt aliud, q̃ ipſe dei filius. Dominus poſſedit me initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio, & cætera quæ ita concludit, & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.

Prouer. 8

De eo quod ait beatus Iob, & poſt eum Dauid: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Ca. III.

Conſilium trinitatis

MAgnum igiẽ negotiũ, & res valde operoſa, magnũ ſanctæ trinitatis exigebat conſiliũ, vt taliter diceret: Faciamus, & ſic dicendo, quaſi ſemetipſam vna patris, & filij, & ſpũs ſancti diuinitas ad operandũ hortareẽ, tali modo, vt rem bene perpendentes, recti dicant ſancti ſupra dicti: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me, da mihi intellectũ: Manus tuæ fecerunt & plaſmauerunt me totũ in circuitu. Quid eñ tale creatũ eſt in diebus primis? Quid tale factũ ẽ in illis generatiõibus cœli & terræ? In illo die, quo fecit dñs deus cœlum & terrã, & omne virgultum agri?

Pſal. 118.
Iob. 10
Gene. 2
Cur ait, faciamus, nõ fiat.

¶ Pulchre ergo dictũ, & magna cũ reuerentia eſt audiendum, q̃a cum de ſingulis opeꝝ dei ſpeciebus narrans ſcriptura dixerit, Dixitꝗ deus, fiat hoc vel illud, de hoĩe ſolo narrat deum dixiſſe: faciamus: De ſingulis vero diebus, ſiue dieꝝ operibus nos latius alio in opere tractauimus, in quo nec illud diligentiã noſtrã præteriuit, q̃a ſepties deus dixit: fiat, & ſi non eodem verbo, tamen eodẽ modo vſus dicendi, quẽ imperatiuũ modũ appellant Grammatici, & ſepties bonitati eius opus ſuum complacuit, dicente ſcriptura: Et vidit deus q̃a bonum eſt, quæ videlicet bonitas dei non eſt aliud, q̃ ſeptiformis ſpũs dei. De hoĩe autẽ nõ dixit: fiat homo, ſiue producat terra hoĩem, ſed faciamuus (ait) ac deinceps ita ſcriptũ eſt: Formauit igiẽ dñs deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ. Nimirum vbi dicit: Formauit de limo terræ, quod eſt plaſmare, locum ſiue cauſam prębuit admirationi noſtræ, ſciamꝗ ſuggeſſit humilitati noſtræ, vt diceret: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. O igiẽ magnũ ſpectaculũ, grande miraculũ.

Gene. 1
Gene. 2

¶ Putas ne ſancti angeli, q̃ iam fuerant conditi, ſciebant q̃d tanto molimine plaſmator deus inciperet operari? Nimiꝝ abſconditum erat illis hoc ſacr̃m, ſi verum loquitur Apoſtolus, imo q̃ in Apoſtolo loquitur Chriſtus. Ait eñ: Mihi minimo oĩm ſanctoꝝ data eſt gr̃a hæc in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chr̃i, & illuminare oẽs, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo, q̃ omnia creauit, vt innoteſcat principibus & poteſtatibus in cœleſtibus per eccleſiam multiformis ſapiẽtia dei. Solus plaſmator ip̃e ſciebat & in ſemetipſo abſconditum habebat tantummodo dignitatem futuri operis præſignãs qualitate operationis, operando manibus ſuis.

Sacr̃m incarnatiõis angelis abſconditum
Ephe. 3.

Quod manus aut pedes in deo non ſint, quemadmodum in nobis, ſicut putauerunt hi, qui ꝓ ruſtica ſimplicitate dicti ſunt humaniformij, & de eo ꝙ ſcriptũ eſt in Eſaia: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera. Cap. IIII.

NEc vero hoc dicimus aut opinamur, quod manus aut pedes in deo ſint, quẽadmodũ in nobis, ſicut putauerunt hi, q̃ pro ruſtica ſimplicitate dicunẽ humaniformij, ſed pluralitate manuum, dum diciẽ: Manus tuæ fecerunt me, pluralitas innuiẽ perſonaꝝ, ſicut & alibi pluralitate trium digitoꝝ. Scriptũ quippe eſt in Eſaia: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera? Tribus eñ digitis. i. tribus perſonis vnius veræ & ſummæ deitatis. Cum ergo dicit: Quis appendit tribus digitis, ſapiens reſponſum expoſtulat vt dicas: Tu deus appẽdiſti. Quod cũ reſponderis, placet illi, vt quæras adhuc & dicas, Vbi? Q̃uo? Qualẽ molem terræ? Quos montes? Quales appendi, atq; libraui colles? Taliter ꝑcunctanti, pulchrum eſt vt reſpondeas illi: Dñe, ſi dicam, q̃a terrã inanimatam, & inſenſibilem, quã calcamus pedibus noſtris tu appendiſti ſuper nihilum, neq; eñ aliq̃bus ſuſtentaẽ columnis, ſed tu eam poſitione præcepti tui, fundaſti vt ſtabilis ſit, montes & colles (q̃ ſunt terræ tumores) conſiſtere iuſſiſti. Verum q̃dem dico, ſed parum eſt ad gloriam & laudem trinitatis, quã per tres digitos nobis inſinuatam eſſe vis, cuius capax non eſt terra hæc inanimata & inſenſibilis. Plus ergo dicam, q̃a vbi vel quando dixiſti: Faciamus hominẽ, & de limo terræ maſculũ & fœminã creaſti ſiue plaſmaſti, & benedixiſti eis, dicens: Creſcite & multiplicamini, ibi ſiue tunc tribus digitis molem terræ appendiſti, monteſꝗ in pondere & colles in ſtatera libraſti. Tunc illã terræ molẽ appendiſti, quæ nimiꝝ digna erat appenſione triũ digitoꝝ tuoꝝ. ſ. montem illum magnum, q̃ ſecundũ viſionem Danielis, impleuit orbem terrarum. Et illos montes in pondere, atq; illos colles in ſtatera libraſti, de quibus Apoſtolus dicit: Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit. Et quos vocauit, hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, hos & magnificauit. Veriſſime nihil

Eſa. 40
Tres digiti dei, tres perſonæ trinitatis
Pſal. 148
Gene. 1
Danie. 2
Montes & colles hoĩes ꝑdeſtinati ſunt
Roma. 8

nihil hoꝝ in præſcientia & prædeſtinatione defuit, quando dixiſti: Faciamus hoīem ad
imaginē & ſimilitudinē noſtrā,& creaſti maſculū & fœminā,& benedixiſti dicens: Cre-
ſcite & multiplicamini. Præfinitū habebas numeꝝ multiplicitatis eoꝝ,ꝑcognitū habebas
modū cremēti.i.meriti ſinguloꝝ,& appendebas pōdus meriti in libra ſiue ſtatera iuſtę re-
Hoīes nō ꝑ muneratiōis. ¶ Quid aūt illi,q̄s nō tetigerunt hi tres digiti in appenſione eiuſmodi.i.q̄s nō
deſtinati ſūt prædeſtinaſti in hoc verbo benedictionis: Creſcite & multiplicamini,quorum ſuperflua
ſicut ſitula multiplicitas de peccato, vel propter pc̄tm̄ venit,te dicente ad mulierem: Multiplicabo
aquę & pul ærumnas tuas,& conceptus tuos? Si filij benedictionis quos naſci iuſſiſti,dicendo, Creſci-
uis exiguꝰ te & multiplicamini,recte dicunt & ſunt montes & colles tribus digitis appēſi ſiue libra-
Gene.3 ti,q̄d de illis protinus cenſet in eodem Propheta ſpūs ſanctus,quos vitiata caro protulit,
aut profert vltra modū & multiplicati ſunt ſup numeꝝ? Ecce(inqt)gētes,q̄ſi ſtilla ſitulæ,
Eſa.4 & quaſi momentū ſtatere reputatæ ſunt. Ecce inſulæ quaſi puluis exiguus. Omnes gentes
quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. Quid rogo,
vel quantū eſt ſtilla ſitulæ ad magnos montes? Quid puluis exiguus, q leui vento aufert
Eſa.4. ad colles ſtabiles q de loco ſuo,nec ꝑ terræmotū,nec per tonitrua mouentur? Sic oēs filij
Roma.3 huius ſeculi quantumlibet alti videant,& magni ſint in oculis ſuis,nihil ſunt in cōparatio-
ne filioꝝ benedictionis, q ſecundū propoſitū tuum trinitas deus vocati ſunt ſancti,quos
ante ſecula præſcitos & prædeſtinatos,ſuis quēq; tpibus in noīe tuo vocaſti,iuſtificaſti,&
Matth.25. magnificaſti,quoꝝ magnitudo tunc clariſſime apparebit,qn̄ conſtitutus dicet eis: Venite
benedicti patris mei,poſſidete regnū, quod vobis paratū eſt à conſtitutione mundi.

De eo quod ait dominus deus: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſci-
ens bonum & malum,ad ipſum Adam,quia puluis es,& in pulue-
rem reuerteris. Cap.V.

PRocedamus vlterius. Propoſitū quippe nobis eſt,ſanctæ ſcripturæ agrum peram
bulare,& q̄rere & demonſtrare theſaurū ſancti noīs huius, patris, & filij, & ſpūs
ſancti,ſic in agro iſto abſconditū, vt tamen inueniri poſſet ab his qui deo diuites
eſſe volunt: Ecce(inqt deus) Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis,ſciens bonum
Gene.3 & malum. Nunc ergo ne forte mittat manū ſuam,& ſumat etiā de ligno vitæ, & viuat in
æternum,emiſit eum dn̄s deus de paradiſo voluptatis, vt operaret terrā,de qua ſumptus
Snīa mor- eſt. Et ad ipm̄ Adam dixit: Quia puluis es, & in puluerē reuerteris. Quod'q; vni dixit,ni-
tis corpalis mirum oīmi generi humano dixit: Et concedit dictioni vel iudicio,imo miſericordiſſimę
ex miſeri- prouidentiæ eius,humilitas hoīs,dum in Pſalmo dicit: Mane ſicut herba tranſeat,ſubau-
cordi ꝓui- dit homo,ſiue natura humana,mane floreat & tranſeat, veſpere decidat,induret & areſcat
dentia dei. q̄a defecimus in ira tua,& in furore tuo turbati ſumus. Et eſt ſenſus: Dixi,ne auertas ho-
Pſal.89 minē in humilitatē,tn̄ non id oro,vt homo ſtatim ex quo natus eſt,fiat immortalis & im
paſſibilis,ſed potius concedo diuinæ ſnīæ,qua dixiſti: q̄a puluis es,& in puluerē reuerteris
ſcilicet,vt ipe apparens ſicut herba mane, nimiꝝ viridis,& pulchra,tranſeat.i. ad modū
ipſius herbæ deficiat,hoc modo,ſiue tali ordine. Sicut herba mane,ita homo in iuuentute
poſitus floreat.i. vigeat,& poſtea ab ipo matutino flore iuuētutis trāſeat in veſperū ſene
ctutis,& in illo veſpere poſitus decidat.i.moriat,& poſt mortē induret.i.rigidū cadauer
fiat. Et deinde areſcat.i.aridus puluis exiſtat. Recta & valde prudens conceſſio,q̄a videli
cet non ſolūmodo concedendū,verūetiam oībus modis laudandū eſt prouidū ſanctæ tri
nitatis conſiliū,cuius eſt vox iſta ſecundū pluralē numeꝝ: Ecce Adam q vnus ex nobis fa
ctus eſt,ſicut & illa de qua iam ſupra tractatū eſt: Faciamus hoīem ad imaginē & ſimilitu-
dinē noſtrā. Laudare vel ſatis conſiderare mens humana non ſufficit ad altitudinē huius
diuini conſilij,quo beata trinitas homini mortuo morte peccati,quæ mors animæ eſt,ne
ceſſariam prouidit mortē corporis, præparatū habens apud ſe bonæ artis inſtrumentū,
quo poſſet per mortem corporis, mors animæ deſtrui.

Exclamatio ſupra prophetæ,q poſt illud ſupradictū: Quis appendit tridigitis mo
lem terræ,protinus ſubiunxit: Quis adiuuit ſpm̄ dn̄i,aut q̄s conſiliarius eius
fuit,& oſtendit illi. Cap.VI.

HIc igit exclamare libet cum propheta,q cum dixiſſet: Quis appendit tribus digi-
tis molē terræ,& librauit in pondere mōtes, & colles in ſtatera(cuius capituli ſu
Eſa.40 pra meminimus)protinus ſubiunxit: Quis adiuuit ſpm̄ dn̄i? aut quis conſiliari
us eius fuit,& oſtendit illi? Cum quo inijt conſiliū,& inſtruxit eum,& docuit eū
ſemitam iuſtitiæ,& erudiuit eū prudentia,& viam prudentiæ oſtendit illi? Exclamatio ſi
ue admiratio hæc,nimiꝝ & ſi in alijs mirabilibus tuis deus congrua eſt,maxime in iſto,vel
pro iſto conſilio tuo locū habet,quo ſic bene conſuluiſti humano generi, vt diceres ironia
Gene.3 q̄ grauiſſima: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt,q̄a videlicet ſic ſerpēs dixit: Eritis
ſicut dij,ſtatim'q; ſubiūgeres: Nūc ergo,ne forte mittat manū ſuā,& ſumat etiam de ligno
vitæ



vitæ,& comedat,& viuat in æternū. Hoc deniq; cū cōſilio locuta es ò beata trinitas. Eſt
enim conſiliū apud te. Si nō eſſet apud te conſiliū,non diceret Propheta: Dn̄e conſilium Pſal.32.
tuū,antiquū veꝝ fiat,& Pſalmiſta dicat: Conſiliū aūt dn̄i in æternū manet. Eſt ergo cō- Eſa.11
ſilium apud te deus in ſpū tuo ſancto,ſicut & fortitudo. Vnde idem ſpūs ſic dicitur ſpūs Altitudo
conſilij,ſicut & ſpūs fortitudinis. ¶ Viderit q̄d ſentiat aliquis, ego in nullo magis admi- cōſilij dei
ror,in nullo magis amplector altitudinem conſilij diuini,q̄ in iſto dicto vel facto,quod in ſentētia
dixit homini: Puluis es,& in puluerē reuerteris,& emiſit eū,ne comederet de ligno vitę mortis cor-
& viueret in æternū. Audebo igitur circa illud conſiliū verſari, & reſpondere percūcta- poralis
tionibus iſtis,qm̄ & ſi verum Apoſtolus dicit: Quis em̄ cognouit ſenſum dn̄i? & vt ſub- Gene.3
audias nullus,tamen idem alibi loquitur: Nos autem ſenſum Chriſti habemus. Deniq; Roma.11
anteq̄ conſilium iſtud antiquū iniret deus,nullus ſenſum eius cognouit, & nullus extrin 1.Coꝛ.2.
ſecus conſiliarius eius fuit,nūc aūt poſtq̄ factum eſt,cognouerūt multi,& vt verbis vtar
eiuſdem Apoſtoli,manifeſte magnū eſt pietatis ſacramentū,quod manifeſtū eſt in car-
ne,iuſtificatū eſt in ſpū,apparuit angelis,creditū eſt mundo, aſſumptū eſt in gloria. Per-
cunctabor igitur ſicut percunctando ipe Propheta percūctari nos docuit,& reſponde-
bo prout Chriſtiana fides ad reſpondendum nos inſtruxit.

Item de eadem exclamatione: Quis adiuuit ſpiritū domini,& de obediē
tia filij quod ipſa adiuuerit ſpiritū domini. Cap.VII.

QVis adiuuit ſpiritū domini? Laborabat em̄ ſpūs domini. Deniq; ſi q̄s alius eū
laborare fecit vt dicat ei,laborare me feciſti in iniq̄tatibus tuis: ſi q̄s hominū
contriſtauit eum,vt recte dicat Apoſtolus: Et nolite contriſtare ſpiritū ſanctū Ephe.4
dei,in quo ſignati eſtis in die redemptionis,maxime Adam illum contriſtauit
& laborare fecit in iniq̄tatibus ſuis,quibus omnē poſteritatem ſuā anteq̄ naſceret inuol
uit & prædamnauit. Quis in huiuſmodi labore adiuuit ſpiritū dn̄i, volentē ſupplantare
authorem peccati,& reformare iuſtitiam naſcituris filijs benedictionis,ne periret bene-
dictio qua benedicēs dixerat: Creſcite & multiplicamini. Quis(inquā)illum adiuuit? Ve
re nullus extrinſecus,ſed ſola intrinſecus ſapientia dei,obedientia filij dei. Puta ergo di-
xiſſe in illo conſilio ſpiritū domini. Ecce homo,ſiue humanū genus cū ſit mortuū ſecūdū Cōſiliū ſa-
animā,ſi vita corporis vixerit in æternū,nō erit q̄ recuperetur. Quid aūt ad hæc ſapien- piētiæ di-
tia dei? filius dei, Holocauſtū,ait,pro peccato nō poſtulaſti,tūc dixi,ecce venio. Ego ego uinę ſuper
ex antiquis anteq̄ terra fieret,& dū hæc vel illa fierent,dū tecū eſſem cūcta cōponens, iā- morte ho-
dudum pro delicijs meis habebā eſſe cū filijs hominū? Sed ecce oportet,vt oēs moriātur, minis cor-
morte carnis filij hominū,qm̄ morte aīæ mortui ſunt. Num ego ſubterfugiam propoſi- porali
tum,& renuam eſſe cū filijs hominū? Imo in maiore neceſſitate maiorē confirmabo cha Prouer.8
ritatē. Et ecce venio,taliter vt cauſa illoꝝ fiam holocauſtū & pro peccato. Quis in hoc
cōſiliarius fuit, & oſtēdit illi? Vere nullus extrinſecus,ſed ipſe dei filius ſpōtaneā offerēs
obediētiā cōſiliarius fuit,imo eſt. Vnde propheta loquit: Et vocabit nomē eius admira- Eſa.9.
bilis,cōſiliarius? Cum q̄ inijt cōſiliū & inſtruxit eū? Vere cū nullo extrinſecus,ſed intrin- Hebr.2.
ſecus in abſcōdito trinitatis rōnabiliter diffinitū eſt,decere eū(ſicut Aplūs dicit)propter
quē oīa,& per quē oīa,q multos filios in gloriam adduxerat, iam ꝑ præſcientiam & prę
deſtinationem ante oīa ſecula,authorē ſalutis eoꝝ per paſſionē cōſummari. Quid rogo
iſta cōſummatione decentius? Quid iſta rationabili charitate pulchrius? Hæc eſt ſemita
iuſtitiæ,quā nullus extra docuit eū. Hæc eſt ſciētia qua nullus erudiuit eū. Hæc eſt via pru
dentiæ,quā nullus oſtēdit illi,ſed ipſe adinuenit. Vide ergo. Niſi præcautū fuiſſet ne ſu-
meret homo etiā de ligno vitæ,& viueret in æternū, quales fierēt vel fieri poſſent deli-
ciæ huic ſapiētiæ dei,eē cū filijs hoīm? Si em̄ nec filij hominū, q mortui erāt ſecundū ani
mam,ſecundū carnē morerent,nec ipſe dei filius dignatus eſſe cū filijs hominū,ſecūdum Iohan.12
carnē moreret,q̄d delicioſum illi,aut quæ vtilitas nobis,illū eē cum filijs hominū? Nulla.
Sicut em̄ granū frumēti cadēs in terrā,niſi mortuum fuerit ipſum ſolū manet, ita niſi &
nos oēs filij hominū ſecundū carnē moreremur,& ipſe volēs eſſe cū filijs hominū, fuiſſet
nobis locutus hoc vnū de ſimilibus, vt ſecundum carnē moreretur, maneret ipſe ſolus,
nec eſſet in quo,vel per quid diuinitas nobis propiciaretur. Nunc aūt quia dixit deus ho
mini: Puluis es,& in puluerē reuerteris. Dicit Iob: Inueni in quo propitier ei. & q̄d eſt Iob.33.
illud? Nimiꝝ vt debeam per omnia fratribus aſſimilari, ſubauditur abſq; peccato, ſicut
dictū eſt alio loco. Tentatum aūt per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. O inuentio Hebr.4
mirabilis,ob hoc tradendū eſſe morti filiū, vt ſeruo dn̄s deberet repropitiari.

Item de eo quod ibidem in Propheta ſcriptū eſt: Cū quo inijt conſiliū, & inſtru-
xit eū,& docuit eū ſemitā iuſtitiæ,& erudiuit eū ſcientiā,& viā prudētiæ oſtendit
illi. Et reſpōſio ad illā percunctationē ſecundū Apoſtolū dicentē: Sapientiā loqui
mur inter ꝑfectos. Et alibi: Nobis aūt reuelauit deus per ſpiritū. Cap.VIII.

D Iſtam

Eſa. 35
Differunt ſemita & via.

IStam iuſtitiæ ſemitã quis eũ docuit? Iſtam prudẽtiæ viam quis oſtendit illi? Eſt enim ibi & ſemita & via, & via ſancta vocabitur, ait idem propheta. Et alijs quidẽ ſemita, id eſt, anguſtior via: alijs autẽ via, ſubaudit plana ſiue amplificata, & quibus vel qualibus eſt ſemita? Quibus itidem vel qualibus eſt via? Nimirũ ſemita illis eſt, ꝗ non ſapiunt ea quæ dei ſunt, ſcilicet ſapiẽtibus huius ſeculi, de quibus vel qualibus Apoſtolus cum dixiſſet, quoniã Iudæi ſigna petũt, & Græci ſapientiã quærũt: nos aũt prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, poſtmodũ ait: Sapientiã autem loquimur inter perfectos. Sapientiã vero nõ huius ſeculi, neq; principum huius ſeculi qui deſtruuntur, ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio quæ abſcõdita eſt, quam præſtinauit ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo principum huius *ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunq̃ dominum gloriæ crucifixiſſent.* Nimirum iſtis vel omnibus, qui eiuſmodi ſunt, iſta ratio iuſtitiæ, de qua nũc loquimur, ſemita eſt, id eſt, via tamq; arta, vt pauci ſint vel fuerint ex eis qui inuenirẽt eam. Porro via prudẽtiæ, via (inquã) id eſt plusq̃ ſemita iſtis eſt, ꝗ diligũt illum, quorum vel qualium eſt vnus idem Apoſtolus, qui protinus ſubiungit: Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum, & cætera, vſq;, ſpiritualis homo iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicat, quis enim cognouit ſenſum dei qui inſtruat eum? nos aũt ſenſum Chriſti habemus. ¶O ergo q̃ pulchra via prudẽtiæ, quanta pulchritudo iuſtitiæ in verbo crucis, de quo tunc loquebatur Apoſtolus *dicens: Verbũ enim crucis pereuntibus* ꝗdem *ſtultitia eſt*, *his aũt qui ſalui fiunt*, id eſt, nobis, *virtus dei eſt*, & de quo videlicet verbo crucis mentio nunc nobis occurrit, contemplantibus illud concilium trinitatis, quod admiramur cũ propheta dicentes: Quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Audemus nos adiungere, *his qui dicũt*, nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum: audiuimus enim dicentem dei filium, cum dignaretur baptizari à Iohanne, nimirum baptiſmo pœnitentiæ. *Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Audiuimus & Apoſtolum dicẽtem, quia decebat eum autorem ſalutis per paſſionem conſummari, quæ videlicet paſſio pœnitentiæ illius, quam ob *implendam omnem iuſtitiam* ſuſcepit, conſummatio fuit.

1. Cor. 1

Via prudẽtiæ in verbo crucis.

Eſaiæ. 40.

Matth. 3.

Heb. 2

De illa ironia dei ſiue ſanctæ trinitatis, qua dixit: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt ſciens bonum & malum, cũ iam præmiſiſſet, quia puluis es & in puluerem reuerteris, & quomodo illa ironia in ſerium conuerſa eſt, quando nouus Adam Ieſus Chriſtus factus eſt vna perſona ex tribus pſonis ſanctæ trinitatis. Cap. IX.

Filius dei factus quaſi Adam, vt Adã vere fieret vnus ex nobis

NOn ergo dubitamus, ꝗa ſimul vt ſancta trinitas hanc ironiã edixit: Ecce Adã, quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonũ & malum, cũ iam præmiſiſſet, quia *puluis es, & in puluerẽ reuerteris*, iamq; feciſſet Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induiſſet eos, taliter in eodẽ conſilio pertractatũ eſt, vt diceret: Non eſt Adam factus vt putabat, quaſi vnus ex nobis, imo amiſit illud quod habuerat, vel habere potuerat ex nobis. ¶Sed decet nos *implere omnẽ iuſtitiã*, taliter, vt vnus ex nobis fiat quaſi Adam, id eſt, ita fiat homo, vt ſit etiã mortalis ſecundũ carnẽ ſicut Adã, & tali morte moriatur, quaſi ſceleratus ſicut eſt Adam, & inter iniquos reputetur, qualium omnium exemplum eſt Adam. Per hoc enim fiet, vt q̃ multi filij Adam, fiant, quaſi vnus ex nobis, nequaquã à ſua ſpe decepti, ſicut deceptus eſt Adam, fiant inquam quaſi vnus ex nobis, id eſt, fiant filij dei per gratiam, fratres & cohæredes vnici filij, ꝗ eſt vnus ex nobis. Nonne ſic eſt factum? Non ergo dubitamus in illo trinitatis conſilio ſic fuiſſe dictũ ſiue tractatũ, filius dei vnus ex illis tribus pſonis, bonũ pro malo, id eſt, gratiam pro rapina reddidit homini, factus quaſi Adam. Vnde & dicit, *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde*, id ẽ, mortuus morte aïæ, & *factus ſum tanq̃ vas perditũ*, nimirũ vt fuit Adam, & *æſtimatus ſum cũ deſcẽdẽtibus in lacũ*, qualiũ primus factus eſt Adam, & factus ſum, id eſt reputatus *ſum ſicut hõ*, ſubaudit *ſine adiutorio*, ſubaudit diuino, & *ſicut vulnerati dormiẽtes in ſepulchris*, id ẽ, oppreſſus tã actualibus peccatis q̃ & peccato originali, q̊d fecit Adã cũ eſſem inter mortuos liber, videlicet poteſtatẽ habẽs ſumendi animam meam poſt mortẽ, quæ libertas mortuoꝝ nõ eſt. Ita plane factũ eſt, ac perinde cõuerſa eſt ironia illa in ſerium, vt veraciter dicas, ò trinitas deus, ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, id ẽ, homo *in vnitatẽ pſonæ prouectus eſt in filio*, ꝗ vnus eſt ex nobis, hõ inquam filius dei factus eſt, & hic eſt nouus Adam multoꝝ filioꝝ pater, q̊ꝝ vniuerſitas, quaſi vnus ex nobis eſt, id eſt, filio dei ſimilis. Hinc eſt illud q̊d dicũt: Scimus quia quum apparuerit ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.

Eſa. 53

Pſal. 30

1. Iohan. 3

De fide quæ eſt vnum & præcipuum donorum ſpiritus ſancti, quod ipſa in ſanctis antiquis, in patribus primis tanti ſacramenti tantæ ſalutis præparatio fuerit. Cap. X.

Ad



Ordo iuſtitiæ in reparatione hominis.

AD tam mirũ, tamq; ineffabile ſacramentũ, nimirũ grãdi ꝓparatione opus erat. Qua vel cuiuſmodi præparatione, niſi fide? deniq; per culpã pfidiæ & ambitionis nimiæ, ſeſe indignum deo fecerat Adam, credendo ſerpẽti magis q̃ deo, & ambiẽdo celſitudinem illam, quam primus ambiuit ille, dicẽs in corde ſuo: ero ſimilis altiſſimo. Quid enim aliud mẽdax ille promiſit, dicendo eritis ſicut dij? Ergo econtra, præparatione opus erat fidei, & humilitatis, vt ſaluo ordine iuſtitiæ, dignos ſe redderent filij hominũ illa gratia, quam propoſuerat ſapientia, qua intelligimus & ſcimus ipſum eẽ dei filiũ, dicẽs (vt ſuperius memoratũ eſt) & deliciæ meæ eẽ cũ filijs hominũ. Vñ hæc præparatio ſcilicet fides, niſi ex dono tuo venit ò ſpũs dñi? Hæc enim de diuiſionibus gratiaꝝ, quas tu operaris, vna & optima eſt, dicente Apoſtolo: Alij ꝗdem p ſpiritũ datur ſermo ſapiẽtiæ, alij aũt ſermo ſcientiæ ſecundũ eundẽ ſpiritũ, alteri fides in eodem ſpiritu, & cætera, quaꝝ videlicet gratiaꝝ numeꝝ nouenariũ pulchre (vt arbitror) ſuperius aſſimilari diximus nouẽ nominibts ordinũ angelorum. ¶Cum igitur dicit idẽ Apoſtolus: Fide plurimam hoſtiam Abel q̃ Cain obtulit deo, per quam teſtimoniũ conſecutus eſt iuſtus, teſtimoniũ perhibente deo muneribus eius, & per illã defunctus adhuc loquitur, fide Enoch translatus eſt, ne videret mortem, & non inueniebat, quia tranſtulit illum deus. Ante translationem enim teſtimonium habebat placuiſſe deo: ſine fide aũt impoſſibile eſt placere deo. Cum (inquã) hæc & cætera dixit, admirationẽ nobis adauget, vt dicamus magis ac magis, ſicut ſupra memoratus Propheta dicit: Quis adiuuit ſpiritum dñi? Imo vbi erãt illi adiutores tui o ſpũs domini. ¶Quoꝝ vel qualiũ vnus loqtur Apoſtolus, dei enim ſumus adiutores, ſubiungẽs: dei agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis ſecundũ gratiã, quæ data eſt mihi, vt ſapiẽs architectus fundamentũ poſui, alius aũt ſuperædificat. Vbi (inquam) erãt, quãdo ponebas illa fundamẽta terræ, illos primos ſecũdum fidem patres eccleſiæ? Nã hodie vbicũq; fundamentũ hoc ponitur, vbicũq; fides fundatur, multi eiuſmodi adiutores ſunt, multæ voces prædicatoꝝ, multi libri Prophetaꝝ & Apoſtoloꝝ, multa ſigna frequentia ad confirmationẽ dictoꝝ. At vero tunc ꝗs te adiuuit o ſpũs domini? Quid habuiſti huiuſce adiutorij? Tu ſolus abſq; libris, abſq; ſignis vel portentis ſcripſiſti, vt es digitus dei in cordibus eoꝝ ſcripturã hanc, id eſt fidei ſcientiã, per quam, vel in qua teſtimoniũ conſecuti ſunt ſenes (ait idem Apoſtolus) ſcilicet Abel, & cæteri antiqui patres vſq; ad Moyſen, quoꝝ in cordibus abſq; libris cęteriſq; adiumẽtis fundamentum hoc, te ponente fundatum eſt.

Eſa. 14
Prouerb. 8

1. Cor. 12

Heb. 11

Fidei commendatio in pr̃ibus.

1. Cor. 3

Hebr. 11.

Quod illo tẽpore non ſolũ fides, verũetiã prophetia ante diluuiũ ſanctis illis à ſancto ſpiritu data fuerit, prout voluit: & de ſacramẽto numeri, quo ait Lamech, ſeptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Cap. XI.

Scientia tã diuina q̃ humana i patribus antiquis.

CAeteroꝝ quoq; chariſmatũ nonnihil iam tunc temporis ſenibus, ſiue patribus illis diuiſit idem ſpũs ſanctus, prout voluit, ſcilicet prophetiam, ſiue ſcientiam diuinã. Nã ſcientiam humanã nõ adeo nos hic attendimus, quã humano plerunq; ingenio conſequũtur, & illi qui ſunt ſine fide, vel expectatione huius paracleti. Verbi gratia muſicam, cuius ita meminit ſcriptura in illo ꝗ ſeptimus fuit à Cain, & nomẽ fratris eius, videlicet Iubal, fuit Tubal, ipſe fuit pater canentiũ cithara & organo. ¶Diuinam aũt ſcientiam dicimus, quæ diuinum aliꝗd, ſiue ſpũale ſapit, vt eſt illud: Septuplũ (inqt Lamech) vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Huius nãq; dicti meminiſſe, & huc reſpicere dignatus eſt ipſe dñs, qui fere nihil abſq; ſcripturaꝝ authoritate loquebat, dũ Petro dicẽti: Dñe quotiens peccabit in me frater meus, & dimittã ei, vſq; ſepties? ita reſpõdit: Nõ dico tibi Petre vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Diuinus nãq; ſenſus in verbis iſtis latet, ꝗ ex ratione numeroꝝ facile colligi poteſt. Nam ſeptenarius numerus, in quo eſt poſitũ peccatũ Cain, dicẽdo: Septies vltio dabitur de Cain, inſolubilis eſt: neq; enim partes habet mediã aut tertiã, aut alias p̃ter ſolas vnitates. Numerus vero ſeptuageſimus ſeptimus p̃ter vnitates habet etiã alias partes in quas reſoluat, ſcilicet ſeptenariũ & vndenariũ: Deniq; ſepties vndecies, ſiue vndecies ſepties. lxx. ſeptem ſunt. Recte ergo & pulchre, ſicut p ſeptenariũ, in q̊ numero, ſicut iã diximus, ſignatũ eſt peccatũ Cain, inſolubilis intelligitur vltio, quæ de ipſo data eſt, eo q̊d impœnitẽs fuerit, & per. lxx. ſeptem, in q̊ numero poſitũ eſt vulnus ſiue liuor Lamech, dicẽdo de Lamech vero. lxxvij. ſolubilis intelligitur vltio, id eſt, quam aliquãdo terminet, vel finiet remiſſio, & hoc eſſe quod dñs Petro dixit: Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, id eſt, non cuiq̃ impœnitenti, ſed omni pœnitentiam agenti dimittes. ¶Prophetiam q̊q; æui illius hominibus nõ omnino defuiſſe, vel illud pro exẽplo ſiue teſtimonio ſit, q̊d in canonica legimus epiſtola Iudæ Apoſtoli: Prophetauit aũt de his ſeptimus ab Adã Enoch dicẽs: Ecce venit dñs cũ ſanctis milibus ſuis facere iudiciũ cõtra

Gene. 4

Ibidem.
Matth. 18

Prophetia Enoch.

omnes inique agentes,&c. Quæ prophetia & ſi de notis non habet exemplũ literis, ante
illam epiſtolã Apoſtoli, non tamẽ leuiter poteſt contemni, quod Apoſtolus Chriſti pro-
phetatum fuiſſe ſcripſit, & per ſpiritũ ſanctum ſcire potuit.

Item de chariſmatibus ſpũs ſancti, quod illo tẽpore & poſt illud tempus ante ad-
uentũ ſpũs ſancti in remiſſionẽ peccatoꝝ datus non fuerit, quodq́; data eius
tunc præparationes fuerint regenerationis, qua nunc ſunt filij dei,
& de eo quod ait beatus Iob de illis, quia concepti non vide-
runt lucem. Cap. XII.

HIs & alijs chariſmatibus ſuis ſpiritus ſanctus homines illuſtrãdo, ſine dubio mul
Gene. 6 Filij dei de ſtirpe Seth filiæ hoim de ſtirpe Cain titudinem iam tũc fecit filiorum dei, quamuis paucos, quamuis tantũ duos aut
tres ante diluuium manifeſte ſcriptura nominauerit. Cũ eñ cœpiſſent (ait) ho
mines multiplicari ſuper terrã, videntes filij dei filias hominũ, quod eſſent pul-
chræ, acceperũt ſibi vxores ex omnibus quas elegerãt, filios dei illos, q de ſtirpe Seth: &
filias hominũ illas nominans, quæ de ſtirpe Cain procreatæ fuerãt. Verũtamen q̃uis fi-
lij dei iam tũc nominati fuerint, propter fidem & propter cætera (de qbus diximus) cha
riſmata ſpũs ſancti, non iam tũc eadẽ chariſmata hoc perfecerũt, vt eſſent filij dei, ſed p̃-
parationes erãt generationis, imo regenerationis, filioꝝ dei, in quo conſummati ſunt tã
veteres q̃ noui, deo prouidẽte (ait Apoſtolus) vt nõ ſine nobis conſummarentur. Nã per
Hebr. 11 ſanguinẽ huius ſolius, tam illi, q̃ nos, ſpiritũ ſanctũ in iſta gratia, quæ eſt remiſſio pecca-
torum, accepimus. ¶ In quoꝝ, videlicet veteꝝ & nouoꝝ, diſtinctione illud perpendere
Differẽtia inter veteres & nouos in donis ſpũs ſ. pulchrũ eſt, qa cũ (ſicut alio in loco diximus) duo ſunt data ſancti ſpũs, alteꝝ in remiſſio
nem peccatoꝝ, alterum in diuiſiones gratiarum: veteres prius in diuiſiones gratiaꝝ q̃ in
remiſſionẽ peccatorum acceperunt, noui aũt ſcilicet nos, q poſt paſſionẽ Chriſti renaſ-
cimur aut renati ſumus, prius in remiſſionem peccatoꝝ q̃ in diuiſiones gratiaꝝ accepi-
mus, præter Cornelium de Actibus apoſtoloꝝ, & eos qui cum illo erant, ſuper quos an-
tequam baptizarent in remiſſionẽ peccatoꝝ cecidit ſpũs ſanctus, & erãt loquentes lin-
Acto. 10 guis, & magnificantes deũ. Ratio quippe tẽporis hoc exigebat, propter eos q crediderant ex Iudæis, & gentiles niſi circũciderentur, ne liceret illis, videlicet credẽtibus ex Iu
dæis pertinacius dicere, quare introiſti ad viros præputiũ habentes, magisq́; daretur li-
bertas Petro, vt diceret ad eos: Quis prohibet baptizari eos qui ſpiritũ ſanctum accepe
runt ſicut nos? Itaq; de illis, ſcilicet de veteribus ſanctis ſiue filijs dei, maxime qui ante
diluuium fuerũt, recte dicas illud myſticũ beati Iob, quia concepti nõ viderũt lucẽ. Gra
tia nãq; ſpũs ſancti, q eſt ipſa benedictio patris & filij, qua benedixit deus maſculũ & fœ
minam dicẽs, creſcite & multiplicamini, ſterilis qdẽ deinde nunq̃ fuit, quin tanquã ma-
ternus vterus conciperet filios dei, ſed qa nõ peruenerunt ad iam dictæ remunerationis
diem, imo nec cogniti ſunt mũdo per alicuius ſcripturæ narrationem, nimiꝝ quaſi cõ-
cepti non viderunt lucem. Proinde his omiſſis, iam ad cætera tranſeamus.

De tribus filijs Noe, ex qbus reparatus eſt orbis, & quod valde notandũ eſt,
trina enũciatione renouatũ ſuper eos verbũ benedictionis quod deus ſu
per primos homines edixit, & quod Chanaan potius pater q̃
ipſum Cham maledixit. Cap. XIII.

Gene. 6. NOe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generatiõibus ſuis. Cũ deo ambulauit, & ge
nuit tres filios Sem & Cham & Iaphet. Ex iſtis tribus hominibus reparatus ẽ
Gene. 8. 9. orbis, & q̊d valde notandũ eſt, trina enunciatione renouatũ eſt ſup eos verbũ
Ibidem. benedictionis, quod deus ſup homines primos edixit. Egredere, inquit deus
Trinitas partim in ſermone, partim in opere veteris teſtamẽti oſtẽſa eſt. ad Noe, de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filioꝝ tuoꝝ, & ingredimini ſup terrã.
Creſcite & multipl. camini ſup eã. Itẽq; ſecũdo: Benedixitq́; deus Noe & filijs eius, & di
xit ad eos: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Ac deinde tertio: Vos aũt creſcite
& ingredimini ſup terrã, & replete eam. ¶ Nonne ergo trinitas quæ illic ſe oſtẽderat in
ſermone, ipſa hic ſeſe oſtendit in opere? Nam illic dicendo, faciamus hominẽ ad imagi-
nem & ſimiliudinem noſtram, & ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt: nimirum ſe
oſtendit in ſermone & hic reſeruatos habens tres filios Noe, & benedicẽs eis trina bene-
dictione, vt eſſent initia tantæ rei, ſcilicet reparandi generis humani, profecto ſeſe oſtẽ-
Gene. 2. dit in opere. Nec vero ſacramentum hoc imminuit culpa vnius ex illis tribus viris, ſicut
Ephe. 5. nec præuaricatio Adæ deſtruit ſacramẽtũ verboꝝ eius, q̃ dixerat: Hoc nũc os ex oſſib⁹
Gene. 9 meis, & caro de carne mea. Vnde Apoſtolus, ſacramentũ, inqt, hoc magnũ eſt, ego aũt
dico in Chriſto & in eccleſia. ¶ Quapropter valde notandũ, quod pater Noe, cum didi-
ciſſet, q̃ fecerat ei filius ſuus Cham, nõ dixit, maledictus Cham, ſed maledictus, ait, Cha-
naan, ſeruus ſeruoꝝ erit fratribus ſuis. Neq; eñ decebat, vt in illũ maledicti plagã mitte
ret homo ſapiẽs, in quo deus benedictionẽ dederat inter fratres ſuos, benedicẽdo ſimul
omni-



omnibus illis tertio, ſicut iam dictum eſt: & dicẽdo: Creſcite & multiplicamini: ſicut nec
ipſe deus, poſtq̃ eodẽ modo benedixit Adam & Euæ dicẽs: Creſcite, & multiplicamini, Gene. 4
verbum benedictionis ita in contrariũ mutauit, vt diceret ad eum, quod poſtea dixit ad Gene. 3
Cain, nũc igitur maledictus eris ſuper terrã. Et ad ſerpentẽ: Quia feciſti hoc, ait, maledi
ctus eris inter oĩa animantia, & beſtias terræ: ſed maledicta (inqt) terra in opere tuo. Ni
miꝝ ſicut deus incõmutabilis non ad ipſum, cui benedixerat, dignũ iudicauit dicere: Ma
ledictus eris, ſed: maledicta terra in opere tuo, dicere maluit: ſic homo dei vitauit dicere: Cur Noe Chanaã & non alijs filijs Cham maledixerit.
maledictus maledictus Cham, cui deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Cha-
naan. ¶ Quare aũt, cũ habuerit Cham etiã alios filios, ſicut ſcriptura dicit: Filij aũt Cham
Chus & Meſraim, Futh & Chanaan, iſtũ potius ſub maledicto eẽ Moyſes ſcripſerit, dice
re nũc ex abundãti eſt, tamẽ breuiter dicendũ, quia tunc tẽporis Iſrael egreſſus ex Aegy
pto, ducebatur in terram Chanaan, & implebantur peccata Chananæoꝝ: idcirco, vt ſci
ret Iſrael, auxilium domini ad delendũ eos ſibi non defutuꝝ, ſcire etiam debebat genus Gene. 10
illud fuiſſe maledictum anteq̃ natum.

De illius intentione iudicij, ſcilicet diluuij, q̊d in illa ſubluceat ſplẽdor ſanctæ
trinitatis, textum literæ diligẽtius inſpicienti. Cap. XIIII.

VT ſciamus aũt certius, quia non caſu, ſed per prouidentiam ſanctæ trinitatis,
Noe tres filios genuit, & ex huiuſce numeri hominibus, reparatus eſt orbis, Gene. 6
ipſam diligentius literam pſpiciamus in illius intẽtione iudicij, ſcilicet diluuij.
Nã vbi dictũ eſt: Videntes filij dei filias hominũ, q̊d eſſent pulchræ, acceperũt
ſibi vxores ex omnibus quas elegerãt, cõtinuo ſequitur. Dixitq́; deus: Nõ pmanebit ſpi
ritus meus in homine in æternũ, qa caro eſt. Moxq́; repetita quærela de illa permixtiõe
filioꝝ dei cũ filiabus hominũ, protinus ſequitur: Vidẽs aũt deus, q̊d multa malitia homi-
num eſſet in terra, & cætera, vſq;: Pœnitet eñ me feciſſe eos. Cõtinuo ſubiungẽs ſcriptu
ra: Noe vero inuenit gratiã coram dño, & genuit tres filios, ſic ait: Cumq́; vidiſſet deus
terram eſſe corruptam, dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me, fac tibi ar- Trinitatis ſplẽdor in verbis dei ad Noe.
cam de lignis leuigatis. ¶ Quem non delectet pro modo, ſiue intẽtione præſentis operis
quod etiam hic vbi forte non putabatur, lucere ſplendor apparuit ſanctæ trinitatis. De-
niq; in tam breui, ecce tertio nomẽ dei, dum dicitur: Dixitq́; deus, Vidẽs aũt deus, Cũq;
vidiſſet deus. Quid hic deeſt de manifeſtatione trinitatis, niſi q̊d idcirco, quia oportebat
(ſicut in exordio diximus) hunc theſauꝝ in iſto agro ſcripturaꝝ eſſe abſconditũ, tacitũ
eſt de relatiuis nominibus, vt non diceretur, Dixitq́; deus pater: Vidẽs autem deus dei fi
lius. Cũq́; vidiſſet deus patris & filij ſpũs? Deniq; ſi hoc totum ſcriberetur, tunc non po-
tuiſſet portare mũdus, faciesq́; Moyſi, nimis cornuta, ſiue ſplendida fuiſſet, & longius ab Exodi. 34.
eo fugiſſet ſcandalizatus Iſrael. Nũc velamen vultus eius ſubleuare licet, & demonſtrare
quia ſedentem in throno iudicij ſanctam trinitatẽ prædicat litera hæc, pro magno iudi
cio videlicet ad faciendũ tam terribile iudicium ſuper illos gigantes, nimisq́; multipli-
ces homines, quoꝝ malitia & iniquitate terra repleta eſt. Sententias ergo iudicij, ſentẽ-
tias libet hic perpendere ſingularum perſonarum ſanctæ trinitatis.

De prima ſententia illius iudicij: Non permanebit ſpũs meus in homine
in æternum, quia caro eſt, quod congruat perſonæ
patris. Cap. XV.

DIxitq́; deus: Non permanebit ſpũs meus in homine in æternũ, quia caro eſt.
Nimirum perſonæ illi, quæ dixerat (quod ſuperius tractatũ eſt) Ecce Adam
quaſi vnus ex nobis factus eſt, nunc ergo ne forte ſumat etiam de ligno vitæ,
& viuat in æternum, ipſi congruit dixiſſe: Non permanebit ſpũs meus, id eſt,
à me factus ſiue datus, in homine, in æternum, deniq; priorem ſententiam iſta cõfirmat, Duplex ſẽtẽtia mortis in hoĩe, vna patris alia filij.
& quodammodo ſatisfacit audientibus, q̊d vere ſapiẽter & valde vtiliter obcluſerit ho
mini lignũ vitæ, ne viueret in æternũ. Ac ſi dicat: Quid facerent homines, ſi viuerent in
æternum: quandoquidem propter longiuſculam vitam (verbi gratia, nongentoꝝ aut
octingentoꝝ annorum) tam corrupti, tamq́; ſuperbi ſunt? Ergo, ſicut nũc dixi, ne ſumat
de ligno vitæ, & viuat in æternũ: ita & nũc dico: Non permanebit ſpũs meus in homine
in æternũ, quia caro eſt, id eſt, qa corruptus eſt, imo & annos eius diminuam, vt non am
plius tot annorum, ſed erũt anni centũ viginti annoꝝ. ¶ Et qdem alij paucioribus annis Anni hoĩs. CXX.
vixerũt poſt diluuium, ſed Moyſes, qui ſcripſit hãc ſcripturam, huius fuit numeri, quã-
do mortuus eſt, ſcilicet centum viginti annorum. Eſt & alia de hoc numero ſentẽtia, ſed
hæc potior videtur. Sed nos propoſito tenemur, & in huiuſmodi immorari non poſſu-
mus, præſertim qa alio in opere latius tractauimus. Ergo cui magis congruat hæc iudi-
cij ſententia, perſona patris eſt. Nam ea quæ ſequitur, nimirum perſonæ filij congruit,
& hoc perpendere, nobis dulce ac delectabile eſt.

**De ſecunda ſententia, videns deus pœnituit eum quod hominē feciſſet in terra & præcauens in futuꝝ, & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo, inquit, ho minem quem creaui, quod perſonæ congruat filij. Cap. XVI.**

Gene. 2

VIdens aūt deus, ꝙ multa malitia hominū eſſet in terra, & cūcta cogitatio cor dis intenta eſſet ad malū omni tēpore, pœnituit eū ꝙ hominē feciſſet in terra Et præcauens in futuꝝ & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ, ab homine vſq; ad animātia, à reptili vſq; ad volucres cœli, pœnitet enim me feciſſe eos. Hæc, inquam, ſententia perſonæ filij magis cōgruit, ſcilicet iudiciū facere de hominibus, q̄a filius hominis erat futurus, quemadmodū in Euangelio dicit: Et poteſtatē dedit ei iudiciū facere, q̄a filius hominis eſt. Nō enim q̄a nondū erat factus ipſe filius hominis, idcirco illud de hominibus facere iudiciū, id eſt, diluuiū inducere, minus illi congruit, cū certiſſime futurus eſſet filius hominis, iāq; eſſet opus iſtud coram eo, ſicut ſcriptū eſt: Ecce merces eius cū eo, & opus illius corā eo. Similiter pœnitētia ſiue baptiſmus pœnitētiæ, quo baptizādus erat in forma ſerui eandem pœnitentiā conſummaturus, paſſione & morte crucis, nonne iam tūc erat corā illo? Et languores atq; dolores noſtros, quos ipſe portaturus erat, vulnera q̄bus vulnerādus erat propter iniquitates noſtras, attritio, qua atterēdus erat propter ſcelera noſtra: diſciplina & liuor ſiue flagella & vibices, q̄bus ſacratiſſimū corpus eius ſecandū erat, nōne iam tūc erāt coram illo. Si propheta, cū adhuc eſſent futura, quaſi iā præterita vidit, & hæc oīa verbis p̄teriti tēporis enūciauit: Vidimus eū, conſiderauimus eū, nec reputauimus eū, languores noſtros tulit, dolores noſtros portauit, vulneratus eſt, attritus eſt, liuore eius ſanati ſumus: quāto magis corā illo erāt præſentia, q̄uis nondū facta. ¶Quod ergo dicit ſcriptura, pœnituit eū, ꝙ hoīem feciſſet in terra, ſiue hoc dictū, pœnitet enim me feciſſe eos, nimiꝝ huic pſonæ congruit, ſcilicet filio, & recte hāc ſententiā, tanq̄ prophetiam, & ſic dictū pœnitet em̄ me feciſſe eos, ac ſi diceret, pœnitentiam agam vſq; ad mortem, mortem autem crucis, quia feci eos, ſiue vapulo, id eſt, certiſſime vapulabo, non ob aliam culpā meā, niſi quia feci eos, q̄d nimiꝝ erit retribuere mala pro bonis. Propterea delebo eos, ſcilicet & nūc iſtos præſenti diluuio, & oēs impios futuro per ignē iudicio. Propterea, inquā, quia videlicet propter hoc ipſum iuſtā habeo poteſtatē facere iudiciū, q̄a filius hominis ſum, vel ſimul intelligendū eſt, & ab eis vel ab eoꝝ ſimilib⁹ mortificatus, id eſt certiſſime mortificādus ſum. ¶Quid vero eſt, quod dicit ſcriptura, tactus dolore cordis intrinſecus? Quid ē illud intrinſecus? Nō em̄ eſt deus, vt hō cuius eſt corpus extrinſecus & anima intrinſecus. Ergo q̄d dictū eſt intrinſecus, illud ſecretū ſignificat, de q̄ Apoſtolus ad Epheſios: Et illuminare, inquit, omnes quæ ſit diſpēſatio ſacramēti abſconditi à ſeculis in deo, q̄ omnia creauit, innoteſcat principibus & poteſtatibus in cœleſtibus. Nam q̄a dolor ille, quo futurus erat dolens pro nobis, & quem ipſe quaſi iam præſentem videbat, vt iam dictū eſt, abſconditus erat & angelis & hominibus, recte dictum eſt, & tactus dolore cordis intrinſecus. ¶Quid illud q̄q; eſt, q̄d dicit, & p̄cauens in futuꝝ? Nimiꝝ ſecundū eundē ſenſum idem eſt ac ſi diceret, prouidēs vt dolor ipſius multum haberet fructū. Ad eandē prouiſionē ſiue prouidentiam & illud pertinet, q̄d in pſalmo dicit: Quæ vtilitas in carne mea, dū deſcendo in corruptionē? Niſi enim & illo diluuio deletum, & alijs multis miſerijs repletū fuiſſet genus humanū, & niſi cito ceruices noſtræ redigerentur in lutum, quomodo ſuſciperemus humilitatis Chriſti iugū, cū etiam nūc vix vexatio auditui det intellectū: quando homo natus ex muliere, breui viuēs tempore, repletur multis miſerijs, & dies annoꝝ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Iohan. 5
Eſa. 40. 62
Eſaie. 53.
Pœnitet eū feciſſe hoīem.
Philip. 2
Tactus dolore cordis intrinſec⁹.
Et p̄cauēs in futuꝝ.
Pſal. 29.
Eſa. 28
Iob. 14.
Pſal. 89.

**De tertia ſententia: Cūq; vidiſſet deus, dixit ad Noe, finis vniuerſæ carnis venit coram me, fac tibi arcam, quod perſonæ congruat ſpiritus ſancti. Cap. XVII.**

EA quæ ſequūtur, cūq; vidiſſet deus terram eſſe corruptā, dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me, fac tibi arcam de lignis leuigatis, & cætera, inter quæ ſcriptū eſt, quia columba venit ad eum ad veſperā portans ramū oliuæ, virentibus folijs in ore ſuo, nimiꝝ perſonæ cōgruit ſpūs ſancti: ita vt iā hic veraciter dicas illud Dauidicū. Miſericordia & veritas obuiauerūt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. ¶Deniq; ſpūs ſanctus ipſe eſt miſericordia, ſicut in Pſalmo canimus: Deus meus miſericordia mea: & dei filius ipſe eſt veritas, ſicut ip̄e dixit, ego ſum veritas. Et q̄s neſciat, quia ſicut veritatis fuit q̄d deus vidēs, vt iā dictū eſt, quod multa malitia hominū eſſet in terra: Delebo (inquit) hominē quē creaui, à facie terræ, ab hoīe vſq; ad animātia, à reptili vſq; ad volucres cœli: ita & miſericordiæ fuit, quod dixit ad Noe: Ponā fœdus meum tecū, & ingredieris arcā tu & filij tui, vxor tua, & vxores filioꝝ tuoꝝ tecū, & ex cūctis animātibus vniuerſæ carnis bina induces in arcā, vt viuāt tecū maſculi ſexus & fœminini,

Gene. 6.
Gene. 8.
Pſal. 48.
Pſal. 58
Iohan. 14.
Gene. 6.
Ibidem.

vt



vt ſaluetur ſemen ſup̄ vniuerſam faciem vniuerſæ terræ. ¶Igitur tam verbis q̄ factis in illo tanto negotio tam magni iudicij, trinitas ſeſe oſtendit pariter & abſcondit, & in cæteris huius agri. i. ſanctæ ſcripturæ, locis præcipuis idem ſperamus, quod theſaurus iſte ab illis, qui pie quærunt, ſine dubio poſſit inueniri. Proinde ſequamur, & vigilantibus oculis omnem quoad poſſumus, locum perſpiciamus, & perſcrutemur.

Trinitas theſaurus in agro ſcripturæ abſconditus

**De eo ꝙ dixit deus: Venite igitur, & deſcendamus, & cōfundamus ibi linguas eorum, quia ſic vox trinitatis, ſicut & illud dictum pluraliter: Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt. Ca. XVIII.**

DEſcendit autem dn̄s, vt videret ciuitatē & turrim, quam ædificabant filij Adā, & dixit: Ecce vnus eſt populus, & vnum labium oībus. Cœperuntq; hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere cōpleant. Venite igit, deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum. ¶Et reuera ſicut in præuaricatione Adæ res acciderat tam magna, cui ſeſe deberet opponere ſancta trinitas, ita & hic. Quale em̄ erat quod intendebant filij Adam, dicentes: Venite faciamus nobis ciuitatē & turrim, cuius culmen p̄tingat ad cœlum? Nimiꝝ eodē auſu ſuperbiæ decipiebant, quo & ille deceptus eſt, ambiendo vt eſſet ſicut deus, & ille agitabat eos, q̄ dixit in corde ſuo: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Propter eiuſmodi ſuperbiam, quam imitabant, cōgrue ſcriptura denotat eos nominans filios Adam. ¶Deſcēdit autē (inquiēs) dn̄s, vt videret ciuitatē & turrim, quam ædificabant filij Adam. Deniq; huiuſmodi locutio admirationi eſſe vult, quod filij adhuc tantam ſpirabant audaciā, iam ferētes paternæ ſuperbiæ pęnam, quia profecto magis mirum eſt, ſuperbire poſt pœnā vel in pœna, q̄ ante pœnam. Auſum igitur illoꝝ libet admirari verbis quoq; æthnici, ſ. poetæ inſignis, qui pœnas infernales deſcribere geſtiens, dicit:

Gene. 11
Eſa. 14
Vergil. 6. Aeneidos.

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum,
Aggreſſi, ſuperiſq; Iouem detrudere regnis.

¶Sed nunquid hoc deum tenuiſſe putabimus, & idcirco dixiſſe, cœperuntq; hoc facere, nec deſiſtent à cogitatiōibus ſuis, donec eas opere compleant? Deniq; & ſi hodieq; viuerent, & ædificare nō ceſſent, aut ceſſarēt. Nunq̄d vel vſq; ad medium altitudinis cœli, ſiue firmamēti p̄ueniſſent? Minime. Sed, eſto, peruenerint, ſiue p̄uenire potuerint vſq; ad illā firmamenti celſitudinem, quam dicunt Aplanen. Quid ibi nocere poſſent inuiſibili maieſtati, etiam non deturbati aut fulminati? Ergo præcauiſſe q̄dem deum aliq̄d, non ſit dubium, quoniam ſic ſuperius ſcriptum eſt: Et præcauens in futurum: veruntamen nō præcauiſſe manus ebrum, imo præcauiſſe linguas eorum. In quo? Simus attenti, quia non minimam intelligentiam locus iſte quærit, dicente deo: Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant, qui & non manus eorum præcidit, ſed linguas eorum confudit. Dicamus ergo, qualem pręcauit ædificationem ſuperborum, quia veraciter dictum eſt ſuperius: Et præcauens in futurum.

Quid p̄cauit deus in ædificantibus Babel.
Gene. 6

**De eo quod dixit: Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant, qualiter eas opere compleuerint. Cap. XIX.**

SCripturas veritatis conditurus erat propter homines humiles ſpūs ſanctus, quas nunc legimus, & in illis recondere propoſuerat theſauꝝ, quem nunc vſq; & inuenimus, & inuenire cupimus, theſauꝝ nominis ſui, theſauꝝ ſacramentoꝝ Chriſti filij dei. ¶Nouerat em̄ altitudinem ſatanæ, regnantis ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et illius turris ædificationē vanæ & mendacis eoꝝ ſcientiæ ſiue loquacitatis, extollentis ſe aduerſus veritatem dei, proſpiciebat eſſe imaginē. Dixit ergo: Cœperuntq; hoc facere nec deſiſtent à cogitationis ſuis, donec eas opere compleant. Quibus à cogitationibus ſuis non deſiſterent? Vtiq; quas vocibus iſtis enuntiat: Faciamus nobis ciuitatē & turrim, cuius culmē p̄tingat vſq; ad cœlum. Nonne ita fecerunt? Deniq; mox vt ſanctę ſcripturæ illis p̄uulgatæ ſunt, contrariæ ſcientiæ turrim vſq; ad blaſphemandum creatorem erexerunt. Hinc eſt illud: Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam, iniq̄tatē in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cœlū os ſuum, & lingua eoꝝ tranſiuit in terra. i. cū eſſent terreni, trāſiuit lingua eoꝝ blaſphemādo oīa terrena vſq; ad ip̄m deū. Quippe q̄ non ſolū de terrenis male locuti ſunt, ſed etiā de creatore eoꝝ. ¶Dico ergo: Si poſtq̄ diuiſa ſunt vel confuſa ſunt labia inſurgentiū, & diſſipatæ ſunt cogitationes eoꝝ, tanta fecerunt, tanta dixerūt, vt vix ſubſiſtere, aut reſiſtere poſſet illa, cui dicit in Canticis: Sicut turris Dauid collum tuū quæ ædificata eſt cū propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. Quid feciſſent, q̄d dixiſſent, ſi nunq̄ cōfuſę linguę, nunq̄ diuiſa fuiſſent labia eoꝝ. Bene igit

Hier. 48
Iob. 41
2. Theſſ. 2
2. Coꝛ. 10.
Gen. 11.
Hæretici turrim Babel extruūt.
Pſal. 72.
Cur diuiſę ſunt linguæ
Canti. 4



& proui-

Trinitas theſaur⁹ variȩ abſconſionis, in ſcripturis veterum
Exo. 34
2. Cor. 3

& prouide dum tẽpus immineret, vt ſcriberent ſcripturæ veritatis, ſcripturæ legis & prophetarum, in qbus eſt theſaurus veritatis, facta eſt diuiſio illa linguarum ſiue gẽtium, vt in vna tm̃ lingua, ſiue gẽte theſaurus iſte vſq; ad tp̃s poſſet abſcondi. ¶Nunquid vero vel iſtud ſufficere potuit? Nõ vtiq;, niſi in eadẽ vna lingua gẽtis Hebrææ ſub figuris & ęnigmatibus in parabolis & allegorijs, pacta fuiſſet ſubtilitas abſconſionis. Neq; em̃ vel ipſi portare potuiſſent, qbus credita ſunt eloquia dei, ſicut ſignificatũ eſt in eo, quod fugerunt vel timuerunt prope accedere filij Iſrael, videntes claritatem vultus Moyſi.

De plaga illa confuſionis, in quo profuerit, & cui perſonæ magis congruit dixiſſe cæteris: Venite, deſcẽdamus, & cõfundamus. Cap. XX.

IGitur plaga qdem grandis accidit mundo, vbi facta eſt linguarum confuſio, ſed in eo nõ minime profuit, quod & Pagani & Iudæi, maximeq; hæretici, per Aſiam, Europamq;, & Aphricam diſſeminati, minus turrim ſuam cõfuſibilem ædificare potuerunt contra veritatem, quam ſi fuiſſent omnes labij vnius, & ſermonum eorundem.

Perſona filij de cõfuſiõe linguarũ conſiliũ dedit.
Iohan. 14.
Actorum. 2
Gene. 9
Hebræo. 2

¶Cui autẽ perſonæ magis cõgruit dixiſſe cæteris: Venite, deſcendamus, & confundamus linguam eorum. Putasne perſonæ filij? Deniq; vbi plaga cõfuſionis illius ſananda erat, perſona hæc. ſ. filius loquens Apoſtolis ſuis: Et ego (inquit) rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Et hoc ita factum eſt, ita linguarum diuiſio, quæ propter ſuperbiam acciderat, reformata eſt per eiuſdem paracleti ſpiritus ſancti aduentũ, vt in ora eorum omnium genera naſcerẽtur linguarum. Quia ergo rogante filio ſic futurum erat, & ſic factum eſt, delectabile nobis eſt aſſcribere perſonæ huic, illud dictum ad patrem & ſpiritum ſanctum Venite deſcendamus, & cõfundamus linguam eorum, quia videlicet, & iſta noua, & illa vetera omnia propter ipſum facta ſunt. Veruntamen verba illa: Venite deſcendamus, & confundamus, non iam ſic accipimus tanquam verba rogantis, quia videlicet rogare minoris eſt. At ille. ſ. filius, non tunc erat minor, ſed quando factus eſt homo, tunc paulominus minoratus eſt, nõ ſolum à patre & ſpiritu ſancto, verumetiam ab angelis, quia ſecundum humanam naturam pati potuit, & mori, quod nimirum rogare fuit. Moriẽdo quippe ſacrificium factus eſt pro nobis. Melius igitur atque fidelius verba illa: Venite, deſcendamus, confundamus, ſic accipimus, tanquam ſapientiæ conſulentis, & cum deo cuncta componentis, ſicut habemus in parabolis, quæ videlicet ſapientia, ipſe eſt dei filius. Procedamus vlterius.

Pſal. 9
Heb. 5
Prouerb. 8

De fide patris Abrahæ credentis promiſſionibus beati ſeminis, & de eo quod tres vidit, & vnum adorauit. Cap. XXI.

Figura trinitatis aptiſſima ĩ tribus angelis corã Abraham
Exo. 3
Gene. 18

IN parte agri, quã nunc attingimus, in loco ſcripturæ, in quẽ nũc progredimur, ſplẽdet fides patris noſtri Abrahæ, credẽtis promiſſionibus beati ſeminis. Et hic ô beata trinitas deus ꝑclare fulget, nec multum abſconditus eſt theſaurus tui nõis, videlicet, in tribus hominibus magnis, & in tribus deſignatus angelis. Tres hoĩes principium magnæ gentis ſunt, Abraham, Iſaac, & Iacob: ſuper quibus hodieq; audimus te profitentem: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob. De tribus angelis taliter ſcriptura dicit: Apparuit autẽ dominus in conualle Mambræ ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo feruore diei. Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri, ſtantes propter eũ. Quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terra, & dixit: Dñe, ſi inueni grãm in oculis tuis, & ne tranſeas ſeruum tuum &c. Illius diei feſtiuitas quanto notior, & quanto eſt celebrior, tanto ad concelebrandum omnis ſermo noſter eſt pauperior.

Tres vidit & vnũ adorauit

¶Quis em̃ neſcit, quis nõ audiuit, quia noſter ſecundum fidẽ pater Abrahã illo die in ipſo feruore diei tres vidit, & vnum adorauit? Tres quippe viros videbat, quibus occurrens, & adorans nõ dixit: Domini, ſi inueni grãm in oculis veſtris, ſed: Domine (inquit) ſi inueni grãm in oculis tuis. Hoc fuit adorare eum, in aſpectu triũ. Quid autem ſibi vult illud cõuiuium trium angelorum, naſciturum Iſaac promittentium, cum riſu & gaudio tales hoſpites ſuſcipientium? Paulo ſupra riſerat ſenex Abrahã, ſicut ſcriptura dicit: Cecidit Abraham in faciẽ ſuam, & riſit, dicẽs in corde ſuo: Putasne cẽtenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Et hic dicente dño, qui apparuerat in tribus pſonis angelorum, reuertens veniam ad te tẽpore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua, riſit Sara poſt oſtium tabernaculi, riſit (inquam) occulte, & dicẽte domino ad Abrahã Quare riſit Sara, dicẽs, num vere paritura ſum anus? Sara timore pterrita negauit, dicẽs: Non riſi. Dominus autem: Non eſt (inquit) ita, ſed riſiſti. Quid (inquam) ſibi vult illud cõuiuium talium hoſpitum, riſu ſenum, & iubilo celebratum, vbi qui & naſciturus promittitur, vocari iubetur Iſaac, id eſt, riſus, & eorum quibus naſciturus promittitur huius nominis filius, alter Abraham, id eſt, pater multarum gentium, & altera Sara, id eſt, princeps nominatur? Dicamus aliquid fide dignum, vt cum riſu æterno mereamur epulari cum beata trinitate, ſecundum illius conuiuij ſignatum myſterium.

Gene. 17
Gen. 18.

De tri-



De tribus pr̃ibus, Abrahã, Iſaac, & Iacob, qũo in illis tribus angelis cõuiuantibus, & naſciturum Iſaac promittentibus, præſignatum fuerit ſacr̃m fidei ſanctæ trinitatis, qua ꝑ aduentum Chr̃i mundus eſt illuſtratus. Ca. XXII.

IN propheta † Amos dñs dicit: Et locutus ſum ſuꝑ prophetas, & ego viſiones multiplicaui, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum. Porro prophetarum ꝑcipui, ſiue maximi tres iſti patres fuerunt, imo ſunt, Abrahã, Iſaac, & Iacob, cum qbus ſancta trinitas, vnus deus, teſtamẽtũ ſuũ diſpoſuit, ſicut Pſalmiſta canẽs, cum p̃miſiſſet: Memor fuit in ſeculum teſtamẽti ſui, qd̃ diſpoſuit ad Abrahã, & iuramẽti ſui ad Iſaac, & ſtatuit illud Iacob in ꝑceptũ, & Iſrael in teſtamẽtum æternũ. Poſtmodũ ita ſubiunxit: Non reliqt hoĩem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Chr̃os meos, & in prophetis meis nolite malignari. Ergo vt illius conuiuij myſterio digni habeamur, ſcire debemus, quali aſſimilatione ſancta trinitas illic in hoſpitio patris Abrahæ aſſimilata ſit, aſſertione nr̃a non indiget, nã fere cunctis vbiq; notũ eſt ſenis Abrahæ filiũ Iſaac, qd̃ interp̃tat̃ riſus, dñi noſtri Ieſu Chr̃i, filij patris antiqui & æterni, naſcendo & viuẽdo geſſiſſe typũ, q ſanctorum riſus hoĩm, & oĩm beatorum gaudiũ eſt angelorum. ¶Futurum aũt ſcd̃m diſpenſationẽ temporum, quæ p̃finita fuerat apud deũ, vt nõ ante aduẽtum, ſed in ipo aduẽtus eius meridie, ſiue feruore diei clariſſimo, ſancta trinitas mundo publica p̃dicatiõe innoteſceret, ipo incipiẽte noſtro Iſaac euãgelica voce. Exempli gr̃a, cum dicit: Ego & pater vnũ ſumus. Et paracletus aũt ſpũs ſanctus, quẽ mittet pater in noĩe meo, ille vos docebit oĩa. Et multa ad huius fidei regulã pertinẽtia, quorum notiſſimũ atq; ꝑclariſſimũ eſt illud apud Matthęum in calce euangelij: Euntes docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos, in noĩe patris & filij, & ſpũs ſancti. Pulcherrime igit̃, atq; ſanctiſſime, nõ ante, ſed vbi iam venerat tp̃s, vt cõciperet̃ ſiue naſceret̃ ille Iſaac, figura ſiue forma huius, apparuerunt patri Abrahæ tres viri illi ſcilicet angeli, & currenti in occurſum, atq; adoranti, ac dicẽti: Dñe, ſi inueni grãm in oculis tuis &c. vſque: ponã buccelllam panis, tam prompte r̃ndentes dixerunt, fac vt locutus es, tamq; familiariter comederunt tria ſata ſimilæ, vitulumq; de armẽto tenerrimũ & optimũ, butyrũ quoq; & lac. ¶Quo alio modo magis familiariter q̃ iſto, cuperet pater Abraham cõicare ciuibus pr̃iæ inuiſibilis, ſiue ſeruire homo fidelis, & iuſtus reputatus pro merito fidei, ſanctæ & indiuiduæ trinitati? Similiter quo alio modo multarum gentiũ vniuerſitas, quarum ille eſt pater ſcd̃m fidẽ, familiarius cupiat miniſtrare ſanctę trinitati, q̃ ſacrificãdo in ſctõ altari ſacrificiũ dñici corpis & ſanguinis, ſtando ſub arbore. i. crucis Chr̃i fide, ſicut illic ſcriptũ ẽ: Abrahã vero ſtabat ſub arbore? Multa hic materia ſeſe offert, & dicẽdi copiã flagitat magna res, ſed nos in alio loco pro poſſe diximus, & idcirco teſtimoniũ ſanctæ trinitatis, qd̃ hic magnifice ſplendet, nos ſcd̃m propoſitũ memoraſſe, ſiue demonſtraſſe cõtenti, finẽ faciamus p̃ſentis libelli, protinus ad vlteriora progreſſuri ſcd̃m tenorem eiuſdẽ propoſiti, quo propoſuimus, in iſto ſanctæ ſcripturæ agro ampliſſimo theſaurum demonſtrare credulis, quem videre vel inuenire non poſſunt increduli.

lege, Oſee
Oſee. 12.
Pſal. 104
Trinitas in aduẽtu chr̃i mũdo publicata.
Iohan. 10
Ibidẽ. 14.
Matth. 28.
Gene. 18
Myſterium cõuiuij Abrahæ cũ tribus angelis.

# RVPERTI ABBATIS

## TVITIEN. DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & proceſſione ſpiritus ſancti.

## LIBER QVINTVS.

De eo quod Salomon in parabolis loquitur: Turris fortiſſima nomen domini ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur, & quod ille ſit iuſtus, q ex fide huius nominis iuſtificatur. Cap. I.

SPes noſtra imo & corona ſpei noſtræ tu es ô nomen dñi, nomen patris, & filij, & ſpũs ſancti, corona (inquã) ſpei, ſicut Propheta dicit: Dñe, excelſum eſt brachiũ tuũ, deus Sabaoth corona ſpei, quę ornata eſt gloria. Quid em̃ aliud q̃ te ſperamus, aut ſperare debemus, dum loquẽdo & ſcribẽdo nomẽ tuũ prædicamus & glorificamus? Quid (inquã) aliud ſperare debemus, niſi qd̃ diligẽtes nomen tuũ, in te gloriabimur? Nam gloriabunt̃ in te (ait Pſalmiſta) oẽs q diligũt nomen tuũ. Et Sapĩa dicit: Turris fortiſſima nomẽ dñi ad ipam currit iuſtus, & exaltabit̃. Quis vero iuſtus, vel vnde iuſtus? Nunqd ex opibus? Nẽpe ſi de opibus agitur, refragatur Pſalmi-

Corona ſpei noſtrę trinitatis
Pſal. 5
Prouer. 18

Pſal.142 Pſalmiſta dicens: Quia nõ iuſtificabit in conſpectu tuo om̃is viuens, cõſonante Ap̃lo cum
Roma.3 dicit: Quia ex op̃ibus nõ iuſtificabit om̃is caro corã illo. Vnde ergo iuſtus? Ex fide, quia
Abacuc.2 ſcriptum eſt: Iuſtus autẽ ex fide viuit. Abrahã ex fide iuſtificatus, ſicut ſcriptura dicit: Cre
Gene.15 didit Abraham deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã: deinde (ſicut memorauimus) myſteriũ
Roma.4 ſanctæ trinitatis in tribus angelis videre, & ſuſcipere meruit. Et nos igit in hac ſpe iuſtitię glorificemus te ô nomen dñi, & hoc nobis ſit currere ad turrim fortiſſimã, & exaltari, q̃d fidelem contendimus ædificare ſermonem ſuper fundamentum fidei, taliter vt turris eſſe poſſit in auxilio opportuno, ſpesq́ꝫ iſta firma ſit.

De eo ꝙ ad Moyſen incipiẽs loqui deus: Hæc (inq̃t) dices filijs Iſrael, dñs deus p̃rm veſtroꝝ, deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob miſit me ad vos, & de noĩe Adonay, q̃d nomen menm (ait) nõ indicaui eis. Ca. II.

Exod.3 AD Moyſen deus incipiens loqui, ſic inter cætera dixit: Hæc dices filijs Iſrael: Dñs deus patrũ noſtroꝝ, deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob, miſit me ad vos. Hoc nomen mihi eſt in æternum. Et alibi ad eundẽ dicit: Ego dñs qui apparui,
Exod.6 Abrahã, & Iſaac, & Iacob in deo om̃ipotente, & nomen meũ Adonay nõ indi-
Nomẽ meum Adonay nõ indicaui eis. caui eis. Illic ſubaudiendũ eſt, ſicut indicabo tibi. Quandã em̃ grãm ſp̃us ſui tũc dabat dñs Moyſi, ſ. operationẽ virtutum, quã non dederat, ſiue indicauerat patribus illis. Neq; em̃ illi virtutes eiuſmodi operati ſunt, ſed ſola fide glorioſi fuerunt. Hoc qui p̃pendit, nimiꝝ rite intelligit hoc dictũ, & nomẽ meũ Adonay nõ indicaui eis. Itemq́ꝫ illud q̃d Eſaias vbi
Eſa.63 præmiſit: Vbi eſt q eduxit eos de mari cũ paſtoribus gregis ſui? Protinus ſubiunxit: Vbi
Cur Moſi potius q̃ prioribus p̃ribus data eſt operatio virtutum eſt q poſuit in medio eius ſpiritum ſancti ſui? Et ſubinde: Sp̃us domini ductor eius fuit. ¶Hæc (inquã) rite intelligit, q hoc perpendit, ꝙ Moyſes pro rõne vel neceſſitate tp̃is, qa nõ dimiſſurus erat Pharao populũ, niſi in manu forti, grãm iſtam accepit à ſp̃ũ dñi, ſ. operationem virtutum, quam Ap̃lus medio, ſ. quinto loco ponit in ordine nouem chariſmatũ eiuſdem ſp̃us ſancti. Nimiꝝ per iſtam grãm, per operationẽ virtutum, nomen ſuum deus indicauit Moyſi, & per Moyſen omnibus nobis, ſ. Adonay, quod nos generaliter dñm di-
1. Cor.12 cimus, ait beatus Hieronymus. Hinc eſt illud quod Eſaias loco ſupra memorato, cum di-
Eſa.63 xiſſet: Vbi eſt qui poſuit in medio eius ſp̃m ſancti ſui, vt aperiret qualem ſp̃us ſancti opationẽ illic intelligi velit, protinus ait: Qui eduxit ad dexteram Moyſen brachio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum, qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingẽtem, quaſi animal in campo deſcendens. Et interpoſito, quod iam ſupra diximus: Spiritus domini ductor eius fuit, rurſum ait: Sic adduxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ

Non fuiſſe diminutionem gloriæ vel meriti patribus illis, quod dixit: Et nomen meum Adonay non indicaui eis. Cap. III.

QVid proinde dicemus? Nunq̃d patres ſancti, Abrahã, Iſaac, & Iacob, pro eo mi-
Pſal.76. noris ſunt gloriæ vel meriti q̃ Moyſes, qa nomen ſuum Adonay non indicauit eis, indicauit autẽ Moyſi in cõſpectu Pharaonis, & Aegyptioꝝ, cæterorumq́ꝫ gentium, p̃ operationẽ virtutũ. Vnde Pſalmiſta canit: Tu es deus q facis mira-
Exodi.9 bilia, notam feciſti in populis virtutẽ tuam, redemiſti in brachio populũ tuũ, filios Iacob
Maxima fides prioꝝ patrum & Ioſeph. Et ipſe dñs ad Pharaonẽ. Idcirco autẽ poſui te (inquit) vt oſtendam in te fortitudinẽ meam, & narretur nomen meum in vniuerſa terra? Minime. Imo per hoc p̃tioſior coram deo in oculis noſtris fulget eoꝝ magna fides, quod eiuſmodi ſignis, quę vſq́ꝫ ho-
1. Cor.14 die Iudæi petunt, ſiue linguis, quæ nõ fidelibus (ait Apoſtolus) ſed infidelibus in ſignũ ſunt
Hebre.11. nõ indiguit, vt creſceret. Hinc idem Apoſtolus, memorata ipſoꝝ fide. Ideo (inq̃t) deus nõ cõfundit vocari eoꝝ deus. Et vere nõ cõfunditur, quippe qui & vltro nomen hoc ſibi
Exo.3 aſſumpſit, nomen ipſoꝝ dicens, vt ſupra memorauimus: Ego ſum deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob. Hoc nomẽ mihi eſt in æternũ, & hoc memoriale meũ in generatiõe
Exo.6 & generationẽ. Cum ergo dicit: & nomẽ meum Adonay nõ indicaui eis, pulchre ſubauditur, & tñ fides eorum magna fuit. Econtra, cum ecce nunc indicauero pp̃lo huic nomen meum Adonay, nunc deniq́ꝫ videbis, quæ facturus ſum Pharaoni, p̃ manum em̃ fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua, fides eoꝝ non magna erit, imo rebelles erunt & increduli, & pp̃lus duræ ceruicis, intantum, vt tu quoq́ꝫ exacerbatus ab il-
Fides Moyſi ad aquas cõtradictionis. lis, diſtinguere habeas in labijs tuis, & loqui ſicut homo non magnæ fidei. ¶Iam quippe ſciebat dominus, dicturum eſſe Moyſen, poſtq̃ indicaſſet nomen ſuum Adonay: Audite rebelles & increduli: num de petra hac aquam poterimus vobis eijcere? Quã culpã mox
Nume.20. ſententia ſecuta eſt, dicentis: Quia non crediſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in terram, quam ego dabo eis. Hęc idcirco dixerim vt liquido conſtet, quia non diminutio eſt gloriæ & honoris, ſed dignitatis patribus illis, qui dixit: Et nomen meum Adonay non indicaui eis, imo & maioris eſſe meriti, q̃d



quod abſq́ꝫ illo indicamento tanti nominis, non viſa tantaꝝ operatione virtutum, exiuit Abraham de terra ſua, cum iſti vix poſt tantaꝝ operationum virtutum crediderunt & ſecuti ſint, vt habitarent in terra ſibi ab ipſo data, p̃ſertim cum clamauiſſent ad dñm, & educerentur de domo ſeruitutis, de ergaſtulo Aegyptioꝝ, de fornace ferrea. Amplius autẽ & hoc mirandum de homine, qui nõ videret reſurrectionem mortuorum, ſicut nec cæte Hebræo.11
rarum acceperat operationem virtutum, quia ſicut meminit Apoſtolus, fide obtulit Iſaac Roma.5
cum tentaretur, & vnigenitum offerebat qui ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum Galat.3
eſt: Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen, arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare poteſt deus. Gene.21
Sed iam ad ſupradictum capitulum reuertamur.

De eo ꝙ Sadducæis reſpondens dñs pro reſurrectione mortuoꝝ, cõgrue patrum iſtorum meminit, dicente deo: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob, pro quo ſic aſſumpſit: Non eſt deus mortuorum, ſed viuorum, omnes enim ei viuunt. Cap. IIII.

HAec (inquit) dices filijs Iſrael: Dñs deus patrum noſtroꝝ, deus Abraham, & deus Exodi.3
Iſaac, & deus Iacob miſit me ad vos. Huius loci memor dñs reſpondit tentanti- Matth.22
bus Sadducæis, qui dicunt nõ eſſe reſurrectionem. De reſurrectiõe mortuorum nõ legiſtis, quod dictum eſt à deo, dicente vobis: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob? Non eſt deus mortuorum, ſed viuorum. Omnes enim ei viuunt. Reſponſio chr̃i contra Sadducęos
¶De qua eius reſponſione nõnulli dubitare ſolent, quaſi non ſatisfecerit pro aſtruẽda reſurrectiõe cõtra illoꝝ ſectam, ſiue hæreticã opinionẽ. Aiunt em̃, ꝙ etiam ſi mortui nõ reſurgant, nihilominus vera & firma ſit ſententia: nõ eſt deus mortuoꝝ, ſed viuoꝝ, oẽs em̃
ei viuunt. Quid em̃? Nunquid Petrus & Paulus, qa nõdum reſurrexerunt, non ei viuunt? 2. Coꝛ.4
Nonne cum in corpore eſſent, cupiebant peregrinari à corpore, & p̃ſentes eſſe ad deum Philip.1.
idcirco vt verius viuerẽt? Hæc quæſtio difficilius ſolueret, ſi Sadducæi ſic dicerẽt, nõ eſſe reſurrectionẽ corpoꝝ, vt ſaltẽ ſp̃m ſiue animam poſt depoſitionẽ corp̃is viuere faterent. Sadducæi neq́ꝫ aĩas neq́ꝫ angelos viuere putant
¶At illi neutrum fatẽtur. Hinc eſt illud in actibus Ap̃lorum: Sciẽs autem Paulus, qa vna pars eſt Sadducæoꝝ, & altera Phariſæoꝝ, exclamauit in cõcilio: Viri frẽs, ego Phariſæus
ſum, filius Phariſæoꝝ, de ſpe & reſurrectiõe mortuoꝝ ego iudicor. Et cum hæc dixiſſet, Acto.23
facta eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo. Sadducæi em̃ dicunt nõ eſſe reſurrectionẽ, neq́ꝫ angelũ. Phariſæi autẽ vtrũq́ꝫ cõfitent. Factus eſt autẽ clamor magnus, & ſurgẽtes q̃dam Puariſæoꝝ clamabant, dicẽtes: Nihil mali inuenimus in hoĩe iſto. Quid ſi ſp̃us ei locutus eſt aut angelus? Igit quia Sadducæi ſic negabant reſurrectionẽ corpoꝝ, vt nullam poſt corpora crederẽt eſſe vitam animaꝝ, pulchre & rõnabiliter dñs ſic aſſeruit, vitam eſſe poſt corp̃a, vt ſimul aſſereret eſſe reſurrectionẽ corpoꝝ. Cõceſſo nanq́ꝫ, q̃d neceſſario cõcedi oportebat, dixiſſe deum: Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, (Pentateuchum q̃ppe Sadducæi ſuſcipiebant) ſimulq́ꝫ aſſumpta hac ſententia, quæ refelli non poteſt, nõ eſt deus mortuoꝝ, ſed viuoꝝ, cõcluſio ſequebat, eſſe reſurrectionem mortuoꝝ. Quia ſicut incõueniens, imo & impium eſt, dicere deum mortuoꝝ, ſic nihilominus abſurdum ẽ & impiũ, dicere deum ſemiuiuoꝝ, ſiue deum ſemimortuorum, quod conſequitur, ſi à viuentibus animabus corpora non reſurgunt

De capitulo prophetæ Oſee: Et locutus ſum (ait dñs) ſuper prophetas, & in manu propheterum aſſimilatus ſum, quomodo ſancta trinitas in iſtis patribus aſſimilata fuerit in Abraham deus pater, in Iſaac deus filius, in ſupplatatione Iacob, deus ſp̃us ſanctus. Cap. V.

LAudare nõ ſufficimus viros tã glorioſos, ſcd̃m fidẽ parẽtes noſtros Abrahã, Iſaac & Iacob, q̃bus tam multam facit gloriã trinitas deus, vt ſub noĩbus eoꝝ, nomen ſuum deſignari dignaret, pater & filius & ſp̃us ſanctus. Quod nomen manifeſte nondũ portare poterat mũdus. Reuera tres iſti ſunt prophetæ, de q̃bus maxime Oſee.12.
in Oſeee dixerit idẽ deus: Et locutus ſum ſup̃ prophetas, & ego viſionẽ multiplicaui, & in manu prophetaꝝ aſſimilatus ſum. Dicendũ ergo, q̃uis breuiter, q̃uo vel q̃bus rebus geſtis in manu prophetæ Abrahã, deus pater: & in manu prophetæ Iſaac, deus filius: & in ma-
nu propheſæ Iacob, cooperante matre Rebecca, deus ſp̃us ſanctus aſſimilatus ſit. Abrahã Abrahã deum patrẽ ſignfica.
pater excelſus, Abrahã pater multaꝝ, ſubaudit gentiũ, interp̃tat. Et q̃s pater veraciter excelſus, niſi deus pater dñi noſtri Ieſu Chr̃i, pater miſericordiaꝝ (vt ait Ap̃lus) & deus to-
tius cõſolatiõis? Et q̃s veraciter pater multaꝝ gẽtium, niſi idem deus per grãm, pater oĩm 2. Coꝛ.1
noſtrũ ex quacũq́ꝫ gẽte credẽtium? Hic antiquã ſibi cõiunxit eccleſiã. Et em̃ eccleſia ſecũdum fidẽ, ab initio vſq́ꝫ ad natiuitatẽ dñi noſtri Ieſu Chr̃i ſecundum carnem, cõiunx eius extitit, & hunc filiũ virgo fidelis ex ſp̃ũ ſancto cõceptũ illi peperit, longe ante promiſſum diu expectatũ. Nonne huic ſimile fuit, q̃d Abrahã ex ſterili cõiuge Sara, diu expectatum vnigenitũ Iſaac in ſenectute ſuſcepit? Deniq́ꝫ in Sara, q̃d nomen interpretatur princeps, recte

Hebræ.7 Iſaac deū filium præſignauit. Gene.21

recte intelligit fides, cuius principatus ante deum magnus eſt. Et in ancilla Agar, quod interpretatur aduena, intelligit lex, quæ prius in ſeruitute generauit, & nihil ad ꝑfectū adduxit, q̃ naſceret ſecundum carnẽ dei filius ex libertate fidei. ¶ Iſaac riſus interpretat, & quis talis riſus, vt eſt dn̄s Ieſus Chriſtus dei filius? In natiuitate, & ante natiuitatem illius Iſaac, in nouiſſima promiſſione, riſerunt ambo parẽtes eius, amplius autẽ mater quę nato illo dixit: Riſum mihi fecit deus, quicunq; audierit corridebit mihi. Nonne illud ſimile eſt huic, quod nato dei filio ex vtero virginis, mater ſuperna Hierl'm riſit. Riſit eñ. i. cantauit gloriam deo in excelſis, & cantando gaudiū ſuum, gaudiū noſtrum, riſum magnū hominibus bonæ voluntatis euangelizauit. Huic proprio filio ſuo deus non pepercit, ſed pro nobis oı̄bus tradidit illum, & ex abundanti eſt aſtruere. Notū quippe eſt oı̄bus, quod per iſtū aſſimilatus fuerit in eo, quod Abraham illum ſuū vnigenitū deo iuſſus in holocauſtū obtulit. Iacob ſupplantator interp̄tatur. Et q̄s ita ſupplantator vt eſt ſpūs ſanctus? Nec eñ indecens eſt deo ſupplantationis verbum, p̄ſertim cum in Pſalmo ſcriptū eſt: Exurge dn̄e, præueni eum, & ſupplanta eum, ſubaudit populum Iudaicū, vt auferat eis, & alijs det non ſolum illud, quod ꝑ ſimilitudinẽ timuerunt, dicendo: Et venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentẽ, verumetiã ea quæ illoꝝ præcipua ſunt, adoptio filioꝝ, & gloria & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa.

Luc.1 — Roma.8 — Gene.22 — Iacob deū ſpm̄ ſanctū p̄ſignauit. — Iohan.11 — Roma.9

Item, de conſilio Rebeccæ, ꝙ ille ad vtilẽ ſuſcepit effectū, quã recte intelligimus in eo aſſimilatam eſſe ſpūs ſancti grãm & de veſtibus valde bonis, quibus illū induit, & de verſiculo pſalmi: Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpẽm Iacob quem dilexit. Cap. VI.

Melior exercitatio Iacob q̃ Eſau

IGitur in conſilio Rebeccæ, quod dedit filio ſuo Iacob, & ille ad vtilem ſuſcepit effectum, aſſimilatū eſſe recte intelligimus ſpm̄ ſanctū. Ipſa nanq; Rebecca in illo facto grãm ſpūs ſancti ſignificat. In duobus filijs eius, quoꝝ alter Eſau factus eſt (ait ſcriptura) vir gnarus venandi, & homo agricola, Alter vero Iacob, vir ſimplex, & habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau, eo ꝙ de venationibus eius veſceret, & Rebecca diligebat Iacob. Exemplū ſiue experimentū verax fuit Apoſtolo, vt diceret ſcribẽs ad Timotheū: Exerce teip̄m ad pietatẽ, nam corporalis exercitatio ad modicū vtilis eſt, pietas autẽ ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & fuuræ. Corporali nãq; exercitatione ſeip̄m exercebat Eſau, & hæc illi ſicut ad modicū fuit vtilis, vt magno eiulatu flenti tandẽ diceret Iſaac: In pinguedine terræ, & in rore cœli deſuꝑ erit benedictio tua. Quibus verbis promiſſionẽ vtiq; accepit ſolius vitæ quæ nunc eſt. Porro, pietas in qua Iacob ſeip̄m exercebat ad oı̄a vtilis fuit, promiſſionẽ habens vitæ quæ nunc eſt in his verbis: Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiã frumẽti, vini & olei. Promiſſionẽ aūt vitæ futuræ in his quæ ſequuntur. Et ſeruient tibi populi, & adorent te tribus. Eſto dn̄s fratrū tuoꝝ, & incuruent ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & q benedixerit tibi, benedictionibus repleat. Tali nãq; benedictione Chrūs q eſt vita æterna, naſciturus promittebat de ſemine eius. ¶ Quod vel quale fuit illud conſiliū Rebeccæ cū Iacob, in quo ſupradiximus aſſimilatū fuiſſe ſpm̄ ſanctum. Nunc ergo acquieſce fili mi conſilijs meis, &c. vſque, & veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum. Veſtes illæ valde bonæ, veſtes erãt ſacerdotales, quas ideo ſcriptura veſtes dixit Eſau, q̄a primogenitus erat, ſed Rebecca illum tali functione dignum non eſſe ſciebat. Secundū myſteriū, veſtes cum q̄bus benedici oportebat filiū dignū, ſunt illa chariſmata ſpūs ſancti, quæ ante cõmemorauimus ex epiſtola Pauli apoſtoli, ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, grā ſanitatū, operatio virtutū, prophetia, diſcretio ſpirituū genera linguaꝝ, interpretatio ſermonum. Veſtes hmōi habebat & habet apud ſe domi, ſecundū ſimilitudinẽ Rebeccæ, grā ſpūs ſancti. Quomodo apud ſe domi? vtiq; in poteſtate dandi ſiue diuidendi, ſicut protinus ait idem Ap̄lus: Hæc autẽ omnia operat vnus atq; idem ſpūs, diuidens ſingulis prout vult. ¶ Et primū quidẽ chariſmata hæc diuiſit, prout voluit, electioni illius populi Iſraelitici: deinde vero & electioni gentiū, facta cõmutatione ſecundū ſimilitudinẽ illoꝝ geminoꝝ, ſicut & in Pſalmo ſcriptū eſt: Elegit nobis hæreditatẽ ſuam, ſpẽm Iacob quẽ dilexit. Hæc eñ dicens, mittit nos ad noſtram hiſtoriam. Quia ſicut Eſau, q prior natu erat, adeo reprobatus eſt, & Iacob dilectus, ſic Iſraeliticus populus, q prius quadam familiaritate deo acceptabilis erat, poſtmodū ẽ reiectus: gẽtes vero quæ nullam eius cognitionẽ in primis habuerunt, eius benedictionibus meruerunt vel receperunt, hoc eſt, quod dicit ſpẽm Iacob. i. ſecundum ſimilitudinẽ Iacob quẽ dilexit. Eſau autem (ait ipſe in Malachia) odio habui.

1.Timo.4. — Gene.27 — Veſtes bonæ, q̄s induit Iacob chariſmata ſunt ſpūſſ. — 1.Coꝛ.12 — Eſau Iudai cū pp̄l'm, Iacob gentes præſignat. — Pſal.46 — Malac.1

De chariſmatibus ſpūs ſancti, ꝑ illas veſtes bonas, figuratis, & de myſtica caligine oculoꝝ Iſaac benedicentis, & de eo quod dixit Moyſes: Aut dimitte eis hãc noxam, aut dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Cap. VII.

Cum



CVm illis veſtibus valde bonis, conſilio Rebeccæ matris, ingreſſus eſt Iacob ad patrem Iſaac, iam non videntẽ, vt acciperet benedictionẽ. Neq; enim propter illas veſtes benedictionẽ hęreditate poſſideret, niſi etiã introgreſſus ad patrem (ſicut iam dictū eſt) non videtem, verba benedictionis ex ipſius ore accepiſſet. Similiter cū ſupradictis ſancti ſpūs chariſmatibus, omnis vir ſimplex habitãs in tabernaculis, omnis vir fidelis ſpem habẽs in verbo promiſſionis, qualium ex optimis vnus erat Moyſes, qui hãc ipſam ſcripturã myſticã ſcripſit, ingreſſus eſt ingreſſu fidei, cui oı̄a præſentia ſunt, ad Chriſtū dei filiū, quaſi non videntem, id eſt, in cruce morientem, vbi lumina regia, lumina riſum & gaudiū ſecundū nomen Iſaac, diligentibus ſe inſinuantia, caligine mortis obſcurata fuerunt, vt acciperet remiſſionem peccatoꝝ. Neq; enim ꝑ chariſmata illa talem benedictionem, ſcilicet peccatoꝝ remiſſionem quiſquã accipere potuiſſet, niſi hic noſter Iſaac, clauſis in morte oculis, iam dediſſet. ¶ Hoc ſciens idem Moyſes, fideliſſimus in tota domo eius, taliter locutus eſt: Aut dimitte eis hãc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Idem: Præcipis vt educã populū iſtum, & nõ indicas mihi quẽ miſſurus es mecū, præſertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inueniſti gratiã coram me. Ac deinceps: Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. De iſto capitulo (vt verbis loquar Apoſtoli) grandis nobis ſermo, & interpretabilis ad dicẽdum, quoniã (quod in pluribus veꝝ eſt) imbecilles, ait, facti eſtis ad audiendū. Paruuli enim ſunt hodie'q; quàm plurimi, q̄a nondū cógnouerūt illa cognitione, quæ ꝑfectorum eſt, gratiam dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Interrogemus ergo fideliſſimū Moyſen. Quis ẽ ſermo iſte quẽ tu locutus es: Aut dimitte eis hãc noxam, aut dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti? ¶ Cū hic percunctatus fueris, puta q̊d tibi reſpondeat verbis huiuſcemodi, verbis viri eiuſdẽ fidei, verbis fidelis Dauid: Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Statim'q; conuerſus ad dominū: Domine (inq̄t) ante te omne deſiderium meū, & gemitus meus à te nõ eſt abſconditus. Hoc deniq; dixiſſe cõgruit nõ ſoli Dauid, veꝝ etiam omnibus ſanctis. Omnium quippe deſideriū erat vnū deſiderium gemituoſum, naſci Chriſtū, venire ſaluatorẽ dei filium, ad dandã benedictionẽ, ad dãdum ſpiritum ſanctū in remiſſionẽ peccatoꝝ, hoc erat illud deſideriū. Hinc idem Iacob ad filium ſuum Ioſeph: Benedictiones (inq̄t) patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius, donec veniret deſideriū collium æternoꝝ. ¶ Rugiens igitur Moyſes à gemitu cordis ſui ſecundū hoc deſideriū: Aut dimitte, inquit, eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Quid eſt dicere? Si non dimiſeris, ſi propter peccatū eoꝝ promiſſionem tuam implere deſieris, vt deletis illis, nõ veniat ſemẽ quod Abrahæ promiſiſti, vnū eſt ac ſi deleas, & plane cõſequitur, vt deleas me de libro tuo quem ſcripſiſti. Nullus enim niſi ille venerit ſaluari poterit, proinde ſi non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. Quo eñ nobis intrare in terrã aliquã, niſi ex populo iſto ſecundū promiſſionẽ tuam naſcatur, qui nos inducat in vitam æternam?

Accipere benedictionẽ q̄ ſunt digni — Nume.12. Exod.32 Exodi.33. — Orō Moyſi pro paſſione Chrī in remiſſ. peccatoꝝ. Hebr.5 — Deſideriū antiquoꝝ patrū pro Chriſto. — Gene.49

Item de chariſmatibus ſpūs ſancti, & q̊d benedictio, qua noſter Iſaac nos benedixit, gratia ſit ſpūs ſancti ex ipſo procedẽtis, & cõtra Monothelitas de myſterio illo mirabili, q̊d Iſaac non ei, cui ipſe voluit, ſed ei benedixit quem Rebecca mater benedictū eſſe maluit. Cap. VIII.

OMnium chariſmatū iam ſupra dictoꝝ optima eſt odorifera fides, & hæc maxime iuuit, maxime prouexit omnes, quos ſpūs ſanctus ſecundum iam dictã ſimilitudinem Rebeccæ donis ſuis, tanq̃ veſtibus valde bonis, induere dignatus eſt. Nimiꝝ vndecunq; veſtibus illis ſub cuſtodia Rebeccæ odor ille cõparatus fuerit, quem ſcriptura taliter cõmendauit, vt diceret: Statim'q; vt ſenſit veſtimẽtoꝝ eius fragrantiã, benedicẽs ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, myſteriū magis placet, ſcilicet ſacramentū fidei, q̄a ipſa eſt quæ ſuauiorẽ inter omnia chariſmata ſpūs ſancti reddere ſolet noſtro ſancto Iſaac filio dei, vt viſcera ſua cõtinere nõ poſſit, quin abundantiã effundat tantæ, tam'q; neceſſariæ benedictionis, tãtæ gratiæ ſpūs ſancti, quæ eſt remiſſio peccatoꝝ, q̃ de ipſo procedit. Factū'q; eſt myſterio mirabili, vt benediceret nõ ei, cui ipſe voluit, ſed ei quẽ Rebecca mater benedictum eſſe maluit. ¶ Nonne myſteriū in hoc fuit Euãgelicæ ſiue catholicæ veritatis, qua in vno eodẽ'q; dn̄o noſtro Ieſu Chriſto, ſicut duas naturas ſiue ſubſtãtias, ita duas volūtates, duas p̄dicamus operationes, alteram diuinitatis, alterã humanitatis? Hoc eñ fidei ratio ſapit, & multa ſunt experimẽta in verbis ipſius dn̄i noſtri. Exẽpli gratia. Cū ſecundū voluntatẽ humanæ infirmitatis dixiſſet: Nūc anima mea turbata eſt, & quid dicam: Pater ſaluifica me ex hora hac, protinus ſecundū voluntatem diuinitatis ſibimet obuiãs dixit: Sed propterea veni in horã hãc, ſubauditur vt nõ ſaluificer ex ea, ſed mortẽ patiar. Pater clarifica tuū nomen. Similiter ſecundū voluntatem humanitatis videns ciuitatem, fleuit ſuper

Fidei eminẽtia inter chariſmata ſpūs ſancti — Duæ volūtates & operationes in Chriſto contra Monothelitas. — Iohan.12. — Matth.23

E illam

illam:voluiſſet em̃ illã ſaluã fieri,vnde dixit:Hieruſalẽ Hieruſalẽ,quotiẽs volui cõgrega-
Matth. 23 re filios tuos,quẽadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti. Secũdũ vero
volũtatẽ diuinitatis,facto de reſtibus funiculo,oẽs de tẽplo eiecit,dicto q̊q; exprimens,
Matth. 21 quid facto ſignificaret:Amẽ dico vobis,ait,q̃a auferet à vobis regnũ dei,& dabit gẽti fa
cienti fructus eius. Multa hic dici poterãt cõtra errorẽ Eutychetis, ſiue Monothelitaꝝ
hæreſim,ſed nos,q̃a ꝓpoſito tenemur,meminiſſe cõtẽti duaꝝ in Chr̃o volũtatũ ſiue ope
rationũ,pro ſimilitudine Iſaac,q̃a nõ illi cui voluit,ſed illi cui noluit b̃ndixit,cœpta ꝓſe-

De operatiõe virtutũ,q̃ magna eſt inter chariſmata ſpũs ſancti, q̊d ſecũ- (quamur.
dum illam dictũ ſit:Et nõ ſurrexit propheta vltra in Iſrael, quẽ noſſet dñs facie ad
faciẽ,& quod virtutes operari,hoc fuerit indicare nomẽ Adonai. Cap. IX.

DE operatione virtutũ,quæ gratia magna eſt in diuiſionibus gratiaꝝ ſpũs ſan-
cti,ſuperius loqui cœpimus,ſimul memores illius dicti. Ego dñs qui apparui
Abraham,Iſaac & Iacob in deo omnipotente,& nomẽ Adonai non indicaui
eis. Poſt illa quæ hinc iã diximus, adhuc dicere ſupereſt,q̃a ſecundũ gratiam
Exodi. 6 iſtã merito magnificus habetur Moyſes,ita vt de illo ſcriptura dicat:Et nõ ſurrexit pro-
pheta vltra in Iſrael ſicut Moyſes,quẽ noſſet dñs facie ad faciem. Sequitur em̃: In omi-
Deuter. 34 bus ſignis atq; portẽtis,quæ miſit per eũ vt faceret in terra Aegypti Pharaoni,& omni-
bus ſeruis eius,vniuerſæq; terræ illius,& cunctã manũ robuſtã,magnaq; mirabilia, q̃ fe-
Q̃uo Ioh. Bapt. non fuit ſicut Moyſes cit Moyſes coram vniuerſo Iſrael. ¶Secundũ ergo gratiam iſtam,ſcilicet ſecundũ ope-
rationẽ virtutũ,& non ſecundũ omnimodam ſpũs ſancti gratiam,dictum hoc intelligi
oportet:Et non ſurrexit propheta vltra in Iſrael, ſicut Moyſes. Alioqui repugnans eſſe
videbitur vel illi ſententiæ,quam de vno dixit dominus:Amen dico vobis, non ſurrexit
inter natos mulieꝝ maior Iohanne Baptiſta. Proinde notandũ quod non ita ſcriptum
Matth. 11. eſt:Et non ſurrexit vltra propheta tantus vt Moyſes,ſed ſicut Moyſes, determinata e-
tiam qualitate ſiue modo ſurrectionis quo ille ſurrexit, dicendo in omnibus ſignis atq;
portentis. Nã reuera ſecundũ hũc modũ nec ipſe Iohãnes, nec alius quiſq̃ ſurrexit ſic vt
Moyſes. De quo videlicet Iohãne,ſic in Euãgelio ſcriptũ eſt:Et multi venerũt ad Ieſum
& dicebant,Quia Iohannes quidẽ ſignũ fecit nullũ. Omnia autẽ quæ dixit Iohannes de
Iohan. 10. hoc,vera erant. ¶Forte dicit aliquis: Quid agis de magno propheta dño noſtro Ieſu
Chriſto? Nõne ſaltem ille propheta ſurrexit in Iſrael ſicut Moyſes? Nõne de illo ſic di-
Deuter. 18. xit & ſcripſit Moyſes? Prophetã de gẽte tua & de fratribus tuis,ſicut me,ſuſcitabit tibi
dñs deus tuus? Ad hæc inquã,nimiꝝ ſi de magnitudine quærit,ſicut veraciter plus q̃ Io-
Matth. 12. na,& plus q̃ Salomon hic,ita & plus q̃ Moyſes. Verũtamẽ apud curioſos homines,non
hic ſicut Moyſes. Vnde cũ multa mira faceret,cũ etiã de paucis panibus multa milia ſa-
tiaſſet,& diceret eis:Hoc eſt opus dei vt credatis in eum quẽ ille miſit. Dixerũt ei:Quod
Iohan. 6 ergo tu facis ſignũ,vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri mãduca
uerũt mãna in deſerto. Deniq; quicq̃d feciſſet,aut facere vellet,nõ eſſet eis ſicut Moyſes,
Q̃uo Chr̃s fuit ſicut Moyſes niſi eoꝝ & curioſos oculos eiuſmodi miraculis paſceret,& otioſos vẽtres ſemp cibo im
pleret. ¶Itaq; q̊d dixerat Moyſes:Prophetam de gente tua,& de fratribus tuis ſicut me,
ſuſcitabit tibi dñs deus tuus,pro veritate naturæ humanæ dictũ,recte intelligit,quia fu-
turum erat,& reuera ſic factũ eſt,vt filius dei ſecundum hanc fieret ſicut Moyſes,id eſt,
Iob. 33. verus hõ,ſicut in Iob ſcriptũ eſt,& nos meminimus longe ſuperius,ſi fuerit pro eo ange
lus,loquẽs vnũ de ſimilibus. Nã in cæteris longe hic plus q̃ Moyſes. Et de chariſmatibꝰ
ſpũs ſancti cœptũ ſermonẽ peragamus,multa bona,ſecundũ oẽs eiuſdẽ ſpũs ſancti ope-
rationes,ſiue miniſtrationes operatus eſt, excepto q̊d genera linguaꝝ ore proprio non
exercuit,quã ſpũs ſancti gratiã,poſtmodũ Apoſtolis ſuis dedit, & inſuper remiſſionem
peccatoꝝ,per eundem ſpiritum ſanctum ſolus operatus eſt.

Itẽ de illa gratia ſpũs ſancti,q̃ eſt operatio virtutũ,q̃uo illã malefici corã Pharao-
ne æmulati ſunt,& non valentes ſubſiſtere,dixerũt:Digitus dei eſt hic. Cap. X.

Aemulator miraculoꝝ ſpũs mẽdacij Exodi. 7. 8 PRæclaram hanc ſpũs ſancti gratiam,ſcilicet operationẽ virtutũ,qua Moyſes in
veritate magnus fuit,æmulator nũc vſq; ſpũs mendacij,ſicut iam tũc corã Pha
raone æmulatus eſt quoaduſq; potuit,ſicut ſcriptũ eſt:Dum em̃ proieciſſet vir-
gam,& verſa eſſet in colubrũ. Et iteꝝ:Cũ percuſſiſſet virga aquam fluminis, &
verſa eſſet in ſanguinẽ,ac: Cum tertio extendiſſet manum ſuper aquas Aegypti,& aſcẽ
Confeſſio dæmonũ de digito & filio dei. diſſent ranæ,& operuiſſent terram,fecerũt malefici per incantationes ſuas ſimiliter,ſed
erat mendacium in viſu,quia non erat veritas in ſenſu. Quando ventũ eſt ad cyniphes,
vt percuſſo puluere terræ,eſſent cyniphes tam in hominibus,quàm in iumẽtis,nõ ſolum
importunæ viſu,verumetiam mordaciter moleſtæ in ſenſu,nõ potuerũt ſtare malefici,
& dixerũt:Digitus dei eſt hic. ¶Vnde miramur,quod efficaciam iſtã ſpũs ſancti,ſcilicet
operationẽ virtutũ,ſcierũt homines eiuſmodi nominare digitum dei,ſicut & illud mira-
mur,



mur,vnde ſcierit Nabuchodonoſor nominare filiũ dei. Dixit em̃: Ecce ego video viros
quatuor ſolutos,& ambulãtes in medio ignis,& ſpecies quarti ſimilis filio dei. Sicut illic;
Operãtibus magis illis,hanc potentiã digiti dei,ſcilicet operationẽ virtutũ, æmulatus ẽ
ſpũs mẽdacij,ita & maxime in illo iniquo æmulabitur,cuius eſt aduentus,ait Apoſtolus
ſecundũ operationẽ Satanæ in omni virtute & ſignis & prodigijs mẽdacibus,& in omni 2. Theſſ. 2
ſeductiõe iniq̃tatis,his q̃ pereunt,eo quod charitatẽ veritatis non receperũt,vt ſalui fie
rent,& ideo mittet illis deus operationẽ erroris vt credãt mẽdacio,& iudicentur omnes
qui nõ crediderũt veritati,ſed cõſenſerũt iniquitati. ¶Niſi em̃ Pharaoni illi ſimiles fuiſ- Roma. 1
ſent,&(vt verbis vtar eiuſdẽ Apoſtoli)niſi veritatem dei in iniuſtitia detinuiſſent,q̃a q̊d
notũ eſt,dei,manifeſtũ eſt illis. Niſi inquam propoſitũ haberẽt penetrare domos, & ca-
ptiuas ducere mulierculas,id eſt,animas miſeras oneratas peccatis, ſecũdum ſimilitudi-
nem illius Pharaonis,cui propoſitũ fuit dñm neſcire,& Iſraelem nõ dimittere, nõ mit- Tim. 3.
teret eis,nõ ꝑmitteret ad eos venire dñs ſpiritũ mẽdacij,hoĩes mẽdaces,reſiſtẽtes digito
dei,cõtra dicẽtes quoad poſſunt ſancto ſpiritui,ſimiles magis illis, vnde & protinus di-
cit:Quemadmodũ aũt Iamnes & Mambres reſtiterũt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati.
Et q̃d tandẽ: Inſipiẽtia,inq̃t,eoꝝ manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit.

De trina benedictione nominis domini,quam dominus peracto tabernaculo mã
dauit Moyſi,dicẽs:Sic benedicetis filijs Iſrael,& de eo quod ait: Inuo-
cabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego bene-
dicam eis. Cap. XI.

POſt exitum Iſrael de Aegypto, peracto tabernaculo, & perſcripta lege cæri- Nume. 6
moniaꝝ,locutus eſt dñs ad Moyſen dicẽs:Loquere ad Aaron,& ad filios eius: B̃ndictio filioꝝ Iſrael,ſub noĩe trinitatis
Sic benedicetis filijs Iſrael,& dicetis eis:Benedicat tibi dñs,& cuſtodiat te:Oſtẽ
dat dñs faciẽ ſuam tibi,& miſereat tui. Conuertat dñs vultũ ſuum ad te,& det ti
bi pacem. Inuocabũt nomẽ meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicã eis. ¶Hic q̊q; ab-
ſcondit Moyſes faciem ſuam,& poſitũ habet velamẽ ſuꝑ eam,ſed in Chriſto (ait Apo-
ſtolus)idipſum velamen euacuatur. Quomodo in Chriſto euacuatur? Euntes(inq̃t)do-
cete oẽs gentes,baptizantes eos in noĩe patris,& filij,& ſpũs ſancti. Quidnã eſt præeun-
te doctrina baptizare gẽtes,niſi benedicere filios Iſrael. Deniq; ex quacũq; gẽte,ſiue na 2. Coꝛ. 3 Matth. 28.
tione in Chriſtũ credẽtes,propter hoc ipſum q̃a credunt,ipſi ſunt filij Iſrael,ſicut & filij
Abrahæ. ¶Ergo tertio hic repetitũ nomen dñi in verbo benedictionis, incredulo q̃dẽ
Iudæo partim velatũ eſt,q̃a non ſic diſtinctũ ſiue expreſſum eſt: Benedicat tibi dñs pa- Iudæis velamen habet Moſes.
ter,oſtẽdat tibi faciem ſuã dñs filius,conuertat vultum ſuum ad te dominus ſpũs ſanctus.
Neq; enim intẽdere potuiſſent filij Iſrael in faciẽ Moyſi, ſic expreſſa gloria vultus eius,
ſed(vt iam dictũ eſt)in Chriſto reuelatur. Filij nanq; Aaron ſummi ſacerdotis,Apoſtoli Exodi. 34.
& ſacerdotes ſunt magni põtificis,q̃ penetrauit cœlos Ieſu Chriſti. ¶Ipſoꝝ eſt benedi 2. Coꝛ. 3
cere ſub trino noĩe domini,id eſt,baptizare in nomine patris,& filij,& ſpũs ſancti,ſic ta Heb. 4
men vt ſciant ſe non datores,ſed miniſtros eſſe benedictionis. Hoc eſt q̊d protinus dicit:
Inuocabũt nomen meũ ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis. Quapropter prouidus 1. Coꝛ. 1
Apoſtolus ſcribẽs ad Corinthios dicit:Nunq̃d Paulus pro vobis crucifixus eſt,aut in no 1. Cor. 3.
mine Pauli baptizati eſtis? Item:Cum dicit quis,ego quidem ſum Pauli,alius ego Apol
lo,alius vero ego Cæphæ,nonne hoĩes eſtis? Quid igitur eſt Apollo? Quid vero Pau-
lus? Miniſtri eius cui credidiſtis,& vnicuiq; ſicut dñs dedit. Ego plantaui,Apollo riga-
uit,ſed deus incrementũ dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid,neq; q̃ rigat, ſed q̃ incre
mentũ dat deus. Nimiꝝ hoc ſapere hæc authoritas veritatis exigit,qua dicit. Inuocabũt
nomen meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis.

De benedictione qua benedixit Iacob Ioſeph filio ſuo ſub trina inuocatione ſan-
cti nominis,deus in cuius cõſpectu ambulauerũt patres mei,deus q̃ paſ-
cis me ab adoleſcẽtia mea, angelus q̃ eruit me de cũctis ma-
lis,& quod ille angelus perſona ſit filij. Cap. XII.

PEne præterijt me,& retro relictus eſt quidã locus agri huius,in quo theſauꝝ hũc
abſconditũ eſſe iam ſæpe diximus,id eſt,ſcripturæ huius ſacroſanctæ,in qua ſan
ctæ trinitatis myſterium mirabiliter & ſplendere,& latere nunc vſq; ꝑdicamus,
& in inuẽtione eius oppido lætamur,dicẽtes cũ Pſalmiſta: Lætabor ego ſuper
eloquia tua,ſicut qui inuenit ſpolia multa. ¶Cum ægrotaret in Aegypto pater Iſrael,& Gene. 48
hoc audito,ire perrexiſſet Ioſeph,aſſumptis duobus filijs ſuis,Manaſſe & Ephraim,poſt
modũ ita ſcriptũ eſt:Benedixitq; Ioſeph filio ſuo,& ait:Deus,in cuius cõſpectu ambula-
uerũt patres mei,Abrahã,& Iſaac,deus q̃ paſcit me ab adoleſcẽtia mea,vſq; in ꝑſentem
diẽ,Angelus q̃ eruit me de cũctis malis benedicat pueris iſtis. Sic incipiẽs, benedixit pri
mũ duos filios,Ioſeph,& deinde duodecim filios ſuos,ſingulos benedictiõibus ꝓprijs.

Semel dixit: Deus in cuius cōſpectu ambulauerūt patres mei. & ſecūdo: Deꝰ ꝗ paſcit me
Eſa. 9 ab adoleſcētia mea, tertio aūt: Angelus ꝗ eruit me de cūctis malis. ¶ Et ꝗs ē ille angelus,
qui eruit eū de cūctis malis, niſi angelus magni conſilij, deus dei filius? Iſta nāq; perſona,
ne dubites ꝙd ſignificetur nomine angeli qui eruit me, ait, de cūctis malis, iſta inquā per-
ſona in initio maloꝝ cunctoꝝ apparuit ei, quando fugiebat Eſau fratrē ſuū dicentem:
Gene. 27. Venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrē meū. Quomodo illi apparuit?
vel ꝗbus ex indicijs dinoſci poteſt, quod hæc perſona, ſcilicet filius dei, fuerit ꝗ illi appa
Gene. 28 ruit? Ait ſcriptura: Cumq; veniſſet ad quendā locū, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis
occubitū, tulit de lapidibus ꝗ iacebāt, & ſupponēs capiti ſuo, dormiuit in eodem loco, vi
ditq; in ſomnis ſcalam ſtantē ſuper terrā, angelos ꝗq; dei aſcendētes & deſcendētes per
Scala Iacob in generatione Christi. eam, & dn̄m innixum ſcalæ dicētem ſibi: Ego ſum dn̄s deus Abraham patris tui, & deus
Iſaac, & cætera vſq;: Et ero cuſtos tuus quocūq; perrexeris. ¶ Deniq; magnū hic eſt filij
dei ſacramētum, ſi rite ſcalam agnoſcis, ſi quid ſit dominū ſcalæ innixum ritæ perpēdis.
Siquidē ſaluo morali intellectu, quo dicere poſſumus, ſcalam eſſe vitæ noſtræ profectū,
& ſcalæ huius latera, noſtrū corpus & animā, gradus aūt eiuſdē ſcalæ, diuerſaꝝ eſſe aſcē
ſiones virtutū, ſaluo inquā hoc morali intellectu, generatio dn̄i noſtri Ieſu Chriſti ꝑ ſca
lam illā debet intelligi, cuius quaſi duo latera ſunt duo patriarchæ magni, ſcribēte Euan-
Matth. 1. geliſta: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Ad iſtos nanq; patres
deus eundē Chriſtū naſci de ſemine eoꝝ cum iuramento repromiſit. Quomodo ſupre
mo gradui ſcalæ dn̄s innixus fuit? Ita nimiꝝ vt pupillus, id eſt, abſq; patre ſecundū car-
Gene. 48 nem natus in hoc ſeculo, opus haberet optiuo patre, & nutritio Ioſeph. Igitur angelus
qui eruit me, ait Iacob, de cunctis malis, ipſe eſt deus dei filius, ac proinde ꝗa taliter ora-
uit, tertio deū nominans, palam conſtat, ꝗa ſanctam trinitatem inuocauit.

Quod oportuerit in illis antiquoꝝ benedictionibus taceri relatiua nomina, quæ
ſunt pater, & filius, & ſpūs ſanctus, & ſermonē claudi, vt nō ſic aperte bene-
dicerent ſicut nunc benedicimus, vel baptizamus in nomine patris,
& filij, & ſpiritus ſancti, & de eo ꝙd ſcriptū eſt in Eſaia: Erit
vobis viſio omniū, ſicut verba libri ſigillati. Cap. XIII.

Sermo de trinitate in veteri teſt. clauſus & ſignatꝰ fuit CVm igitur in nomine patris, & filij, & ſpūs ſancti baptizamur, ſiue benedici-
mur, nō eſt hoc recēs ꝙd agitur, ꝗa ſic fere antiquo quoq; tempore in lege, imo
& ante legē benedicebantur, tacitis tantummodo pro tēporis neceſſitate rela-
tiuis nominibus, quæ ſunt pater, & filius, & ſpūs ſanctus. Oportebat eñ, vt ſer-
mo clauderetur, imo & ſignaretur. ¶ Hoc etenim quidā eoꝝ, ſcilicet prophetaꝝ, vt face
Eſa. 6. rent, iuſſum ſibi fuiſſe teſtātur. Eſaias cū de iſto nomine dixiſſet: Et clamabāt Seraaphin
Ibidem. 7 alter ad alteꝝ, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus exercituū. Et deinde
Danie. 2 de nomine naſcituri Emanuel, & de vocabulo eius: Accelera ſpolia detrahere, feſtina ꝑ-
dari: plura fuiſſet locutus, circa finē viſionis hoc ſibi iuſſum fuiſſe ſcribit: Liga teſtimo-
niū, ſigna legē in diſcipulis meis. Daniel quoq; poſt viſiones multas & maximas ſcribit
hoc ſibi fuiſſe præceptum: Tu autē Daniel claude ſermones, & ſigna librū vſq; ad tēpus
Matth. 7 ſtatutū: Et iteꝝ: Vade Daniel, ꝗa clauſi ſunt ſignatiq; ſermones vſq; ad tempus præfini-
Eſa. 29 tum. Et quaſi quæreret Daniel, vt ꝗd ſunt hæc ſcripta, ſi debēt eſſe clauſa & ſignata, dictū
eſt ad eum: Pertranſibūt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Nunꝗd vero ſolis iſtis, & nō
etiā Moyſi & prophetis omnibus hoc intimatū fuit, expedire, vt ſub clauſura & ſignacu
lo loquerentur? Nā propter vel cōtra illos, ꝗ verba ſacramentoꝝ cœleſtium, non ſicut
margaritas honorarēt, ſed potius conculcarent, loquitur Eſaias, & pro ſeipſo & pro om
nibus: Et erit vobis viſio omniū ſicut verba libri ſignati. Quē cum dederint ſcienti lite-
ras, dicent: Lege iſtum, & reſpōdebit: Nō poſſum, ſignatus eſt eñ, & cætera vſq;, peribit
eñ ſapiētia à ſapiētibus eius, & intellectus prudentiū eius abſcōdetur. Moyſes ergo ha-
ctenus de myſterio locutus ſanctæ trinitatis, recte & opportune ſermones clauſit, tan-
tummodo relatiua (ſicut iā dictū eſt) ſupprimēs nomina patris, & filij, & ſpūs ſancti. Nec
vero ſolūmodo clauſit, verumetiā ſignauit. Quomodo ſignauit?

De eo ꝙd dictum eſt: Audi Iſrael: Dn̄s deus tuus deus vnus eſt, & de eo quod pro
protinus ſubiunxit hæc tria: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & quod dilectio trina ſit &
vna: non tres dilectiones, ſed dilectio vna Cap. XIIII.

Deut. 6. AVdi, inquit, Iſrael: Dominus deus tuus deꝰ vnus eſt. Nōne hoc dictū quaſi clau
ſi libri ſignaculū eſt ſcienti literas, ſcilicet Iudæo profitēti ſe ſcire legē & pro-
phetas? Cū eñ librū hūc ingeris illi, vt legat lectionē hāc pluraliter ſonantem:
Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā, & rogas eū, vt triū perſo
Gene. 1. naꝝ diſcretionem animaduertat, in verbis iſtis quæ protinus ſequuntur: Et creauit deus
hominē



hominē ad imaginē ſuā, ad imaginē dei creauit illū, maſculū & fœminā creauit eos, be-
nedixitq; illis: cū, inquā, hæc & cætera, quoꝝ aliqua iā peragrauimus, proponis illi ad le Iudæi inexcuſabiles ſunt, ꝗa nō credūt in agnū ꝗ librū aperuit
gendū, ſiue ad intelligendū, dicit tibi: Nō poſſum taliter legere librū, ſignatus eſt eñ, ha-
bēs ſignaculū hoc: Audi Iſrael, dn̄s deus tuus, deus vnus ē. Tu aūt vis vt legā deos treſ?
Hoc ne faciā vox iſta prohibet. Cū hoc dicit, ſignatus ē: ſignatꝰ ē liber, veꝝ ꝗdē ex ꝑte
dicit, ꝗa ſic ſibi clauſus & ſignatus eſt. ¶ Verūtamen inexcuſabilis eſt: Non eñ vidit, aut
videre voluit agnū, quē vidit Iohānes, & nos per eandē vidimus fidē, librū aperientem,
& ſignacula eius ſoluentē. Ille agnus ſolis credētibus, ſicut cætera ſacramēta, ita & illud
intelligibile fecit, ꝙd tres ꝑſonæ ſint, & nihilominus vnus deus ſit. Hoc audiuit verꝰ Iſ- Iohan. 10.
rael, & hoc audit ſemꝑ, quia non eſt deus extra deū, non extra patrē filius, neq; extra filiū Ibidē. 14
pater, ſed ego & pater vnū ſumus ait filius, & ego in patre, & pater in me eſt, & ſpūs ſan Ibidē. 15
ctus quē filius mittit, & qui à patre procedit, nuſꝗ extra patrē & filiū procedit, quia vi-
delicet hæc vna ſubſtātia trinitatis nequāꝗ circūſcripta eſt, aut localis, neq; aliud quod-
libet accidēs in illā ſubſtantiā cadit, vt vel à ſemetipſa poſſit alterari, ſicut alterat̄ hō à ſe-
metipſo, verbi gratia, quondā infans, nūc aūt puer aut iuuenis, dudū ſenex, nunc aūt ſili-
cernius decrepitæ ætatis. ¶ Dicit aliquis: Vnde exemplum, ꝗ deus & trinitas in ꝑſonis, & Trinitas etiā in mō diligēdi deum exprimitur
vnitas in ſubſtātia poſſit intelligi? Ad hæc inquā, nimiꝝ ex eo ꝙd Moyſes protinus ſub-
iunxit, ſub velamine vultus ſui. Præmiſſo nāq;: Audi Iſrael, dn̄s deus tuus, deus vnus eſt,
protinus ait: Diliges dn̄m deū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota fortitudine
tua. Et ꝗdem litera iſta ſecundū ſeptuaginta interpretes, ſicut & pleraq; ſcripturæ verba Deuter. 6.
variātur, ꝗꝝ tranſlationē Apoſtoli & Euāgeliſtæ interdū pro neceſſitate tēporis aſſum-
pſerūt, vt teſtat̄ beatus Hieronymus. Et hinc reor apud Lucā Euāgeliſtā ſcripta eē qua Luce. 10
tuor hæc: Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex oībus viribus
tuis, & ex tota mēte tua. Nam ſecundū Hebraicā veritatē tantūmodo tria ſunt hæc: Di-
liges dn̄m deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota fortitudine tua. Hinc
igitur exemplum cape ō dilector trinitatis, cultor & amator vnius dei. Nōne & dilectio
ex toto corde tuo, & dilectio ex tota aīa tua, & dilectio ex tota fortitudine tua, dilectio
eſt trina & vna? Sic deus tuus Iſrael, trinꝰ in perſonis, vnus eſt in ſubſtātia. Sicut nō tres
dilectiones, ſed vna, ſic non tres dij, ſed vnus.

Quod tres ſint operationes vnius dilectionis, quas protinus Moyſes ſubordina-
uit, & ꝙd prima operatio reſpiciens ad id ꝙd dixerat: Diliges ex toto corde
tuo, ſic incipit: Erūtq; verba hæc in corde tuo, & quod hæc operatio
vita ſit contemplatiua. Cap. XV.

SEquamur hanc literam, & intendamus diligētius præſenti loco in faciem Moyſi
glorioſam. Mox enim vbi dixit: Audi Iſrael, dn̄s deus tuus, deus vnus eſt, protinꝰ
adiunxit, hoc quod iam diximus: Diliges dominū deū tuū, ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: ſic volens intelligi tres ꝑſonas vnius
dei, ſicut tres ſunt operationes vnius dilectionis. Sequamur ergo, ꝗa vere hic eſt gaudiū
fidei, ſicut gaudiū hominis pro inuētione theſauri abſconditi. Singulas quippe operatio
nes trinæ dilectionis cōtinuo ſubordinauit, vt intelligas, ꝗa non inaniter Iſraelem ad au
diendū inuitauit, quod dn̄s deus tuus, deus vnus ſit. ¶ Hæc deniq; ſequitur prima dilectio prima dilectiōis operatio
nis operatio, reſpiciens ad id quod dixerat: Diliges dn̄m deū tuum ex toto corde tuo.
Erūtq; verba hæc quæ ego ꝑcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & me Deute. 6
ditaberis ſedēs in domo tua, & ambulās in itinere, dormiens atq; conſurgēs, & ligabis ea
quaſi ſignū in manu tua, erūtq; & mouebūtur inter oculos tuos, ſcribeſq; ea in limine &
oſtijs domus tuæ, & cætera vſq;: Caue diligēter ne obliuiſcaris dominum, ꝗ eduxit te de
terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Nōne in verbis iſtis ſplendida facies Moyſi, illā intē-
dit operationē dilectionis, quam Iſrael dei vitā contemplatiuam nominare conſueuit? Vita cōtēplatiua.
¶ In illa nāq; hoc agitur quod hic dictū eſt: Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo, dū
in corde eius ſunt verba dei, dū meditatur & narrat ea ſpūalibus filijs ſuis, nō ſolicitus & Luce. 10
turbatus erga plurima, ſed ſedēs in domo ſua, & ambulans in itinere, id eſt, gaudēs in ſe
creta conſcientia ſua, & de virtutē in virtute proficiens, recta intētione dormiēs illa dor Pſalmo. 85
mitione, de qua dicit in Cāticis aīa illa, quæ in omnibus requiē quæſiuit: Ego dormio & Lucæ. 10
cor meū vigilat, & de qua Chriſtus in Euāgelio: Maria (inquit) optimā partē elegit, quæ
non auferetur ab ea. Si quādo dilectus dominus deus, quem taliter diligit ex toto corde
ſuo, vocē ſuā dederit, & pulſauerit ad oſtiū dormiētis dicēs: Aperi mihi ſoror mea, ami Canti. 5
ca mea, colūba mea, immaculata mea, & illa ſurrexit vt aperiat ei, id eſt, ꝑdicādo doceat
aliꝗs, vt ꝑ fidē introeat, & ſit in illis, manuſq; illius ſimul ſtillēt myrrhā, & digiti eius ſint
pleni myrrha probatiſſima. Hoc nimiꝝ eſt facere ꝙd dictū eſt: Dormiēs atq; cōſurgens Deute. 6
meditaberis ea, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, i. recte viuēdi præbebis exempla,

dum verbis bonis firmiter cohærebũt,bona opera tua.¶Quod ſi etiã longa & aſſidua me
ditatione exercitatus eo vſq; profecerit iſte Iſrael,vt verba diuina nõ ſolũ legendo & lo-
Cõtẽplatiuæ vitę debent ſumptus ex domibus regum,&c. quendo,ſed inſuper ſcribẽdo tractare poſſit atq; explanare ad vtilitatẽ commiſſæ ſibi ec-
cleſiæ,hoc nimirũ eſt facere id quod ſequitur:Eruntq́; & mouebuntur inter oculos tuos,
ſcribesq́; ea in limine & oſtijs domus tuæ.¶Huic operationi dilectiõis, huic vitæ cõtem-
platiuæ debent ſumptus honorifici de domibus regũ,de regionibus gentiũ,vt vacet age-
re diem feſtũ,& ſanctũ terere otium,& tunc maxime in illis qui in hac profeſſione ſunt,na
uandũ eſt:vt non obliuiſcantur,imo diligenter obſeruent propoſitũ ſuum.Hoc eſt quod
huic Iſraeli cõtinuo dicitur:Cũq; introduxerit te dominus deus tuus in terrã,pro qua iu
rauit patrib[9] tuis Abrahã,Iſaac & Iacob,& dederit tibi ciuitates magnas & optimas,quas
non ædificaſti,domos plenas cunctarũ opum quas nõ extruxiſti,ciſternas quas non fodi
ſti,vineta & oliueta quæ nõ plantaſti:& comederis & ſaturatus fueris,caue diligẽter,ne
obliuiſcaris dñm qui eduxit te de terra Aegypti,de domo ſeruitutis.Eſt eñ ſub velamine
literæ hic ſenſus myſticus.Cum iam per fidem intraueris in terram viuentium, ad quam
prima introductio eſt ſacrarũ intelligentia ſcripturarũ:& propter hoc dederit tibi domi
nus deus regiones gentiũ,& poſſederis labores populorũ,vt cuſtodias iuſtificatiões eius,
Pſalm.104 & legem eius requiras,caue ne ingratus ſis:caue(inquam)ne cũ iuſtitiæ ſumptibus, quos
tibi dedit deus,peccato militare velis.

¶Secũda dilectionis operatio reſpiciens ad id q̃d dixerat:& ex tota anima tua,
ipſa eſt vita actiua,quã ſic tradere incipit:dñm deum tuum timebis,& illi
ſoli ſeruies,ac per nomen eius iurabis. Cap. XVI.

Deute.6 SEquitur continuo ſecunda dilectionis operatio,reſpiciens ad id q̃d dixerat, & ex
Secũda dilectionis operatio. tota anima tua dominũ deũ tuum timebis, & ipſi ſoli ſeruies,ac per nomen illius
iurabis.Non ibitis poſt deos alienos cunctarũ gentiũ,quæ in circuitu veſtro ſunt,
quoniã deus æmulator dominus deus tuus in medio tui,ne quãdo iraſcatur furor
domini dei tui cõtra te,& auferat te de ſuperficie terræ,& cætera vſq;, præcepitq́; nobis
dñs deus noſter,vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominũ deum noſtrũ,&
Vita actiua. bene ſit nobis cunctis diebus vitæ noſtræ,ſicut eſt hodie.Nonne in verbis iſtis ſplendida
(vt ſupra dictũ eſt)facies Moſi illam intendit operationẽ dilectionis, quã Iſrael dei vitã
actiuam nominare conſueuit.¶In ea nanq; hoc agitur quod dictũ eſt:diliges dñm deũ
tuum ex tota anima tua,dum non vadit poſt deos alienos cunctarum gentium:quod pec
catum eſt animarũ adulterantium,ſed dominũ deum ſuum tanq̃ virum vnicum & legiti-
mum timet,& ipſi ſoli liberali ſeruitio ſeruiuit,q̃a timor eius non pœnalis eſt,quẽ perfe-
cta charitas,ait Iohãnes apl̃us,foras mittit,ſed eſt timor religioſus ac venerabilis,timor
ſanctus,vt Pſalmiſta canit,permanẽs in ſeculũ ſeculi.¶Proinde quod nunc dicit,dominũ
1.Iohan.4. Pſal.18 deũ tuum timebis,tanquã repetitionẽ ſuperioris dicti,quo dixerat:diliges dominũ deum
tuum conuenienter accipis.Sicut eñ in eo quod dictũ eſt:Initium ſapientiæ timor dñi,
timorem à ſapientia nõ ſeiungit:imo ſapientiæ cõiungit,tanq̃ initiũ conſummationi cu-
Pſal.110. iuſq; rei:ſic & in iſto dum poſt illud dictũ:diliges dominũ deum tuum,ſubiungit:domi-
nũ deum tuũ timebis,non à dilectione ſermo recedit,ſed dilectionis initiũ ſiue fundamẽ
tum ponit.Alias aũt & veræ animæ deum tanq̃ virum diligenti vtile eſt,timere pœnam
ſiue vindictã adulterij:quippe vbi p̃miſſo,non ibitis poſt deos alienos, continuo ſubiun-
Deute.6 git:Quoniã deus æmulator dominus deus tuus,in medio tui,ne quãdo iraſcatur furor do
mini dei tui cõtra te,& auferat te de ſuperficiæ terræ.¶Cætera quæ ſequunt,non tenta-
bis dominũ deum tuũ,ſicut tentaſti in loco tentationis,ac deinde cũ interrogauerit te fi-
lius tuus cras,dicẽs:quid ſibi volunt teſtimonia hæc & cærimoniæ atq; iudicia, quæ præ-
cepit nobis dñs deus noſter,dices ei:ſerui eramus Pharaonis in Aegypto, eduxitq́; nos
dñs de Aegypto in manu forti.Hæc,inquam,& ſequentia congrua ſunt inſtrumenta di-
ligentis animæ,tanquã caſtæ matriſfamilias, quã non deceat curioſitas & vagatio oculo-
rum,ſed pudor & reuerẽtia circa intentabilem virũ,& ſolicitudo circa domus ſuæ cuſto
diam,& diſciplina caſtitatis in ædificatione filiorũ.¶Hæc operatio dilectionis,dignitate
quidẽ ſecunda,cæterũ ordine prima eſt, vitam exercens actiuam:illa aũt ſupradicta,di-
gnitate prima,ordine ſecunda eſt,vitã componens contemplatiuam.Non eñ poſt pro-
Luce. 10 feſſionẽ contemplatiuæ deſcendimus ad actiuã,ſed poſt exercitationem actiuæ,aſcendi-
mus ad contemplatiuã.Huic operationi ſi quid excedit,dum ſolicita eſt,& turbatur erga
Matth.25 plurima,quinq; eñ ſenſibus corporis extracta laborat,debet miſericordia,propter hoc
ipſum,quod bene ſatagens circa frequens miniſteriũ,eſurientem pauit,ſitienti potũ de-
dit,hoſpitẽ collegit,nudũ operuit,infirmum viſitauit,ad eum qui in carcere erat,venit.
Pulchre ergo ſpem ſuã intimans filijs ſuis,dicit in fine ſermonis:Eritq́; memor nr̃i miſe-
ricors dñs deus noſter,ſi cuſtodiemus & fecerimus oĩa p̃cepta eius,ſicut mãdauit nobis.

Tertia



Tertia dilectionis op̃atio reſpiciens ad id quod dixerat,& ex tota fortitudine tua,eſt aras
ſubuertere,confringere ſtatuas, & hæc op̃atio martyrũ corona eſt,ſed modo diſſi
mili,quia non pugnauerunt gladio materiali. Cap.XVII.

SEquit op̃ationis dilectio tertia, reſpiciens ad id quod dixerat: Et ex tota fortitudi Deute.7 Tertia dilectionis op̃eratio
ne tua. Cum(inq̃t)introduxerit te dñs deus tuus in terram quam poſſeſſurus ingre
dieris,tradideritq́; gentes multas,p̃cuties eas vſq; ad internitionẽ.Non inibis cum
eis fœdus,nec miſereberis earũ,neq; ſociabis cum eis cõiugia.Quin potius hæc fa-
cietis eis.Aras eorũ ſubuertite,confringite ſtatuas,lucosq́; concidit, & ſculptilia cõburi-
te:q̃a populus ſanctus es dño deo tuo &c.vſq;,dabitq́; eos dñs deus tuus in conſpectu tuo
& interficiet illos, donec penitus deleant. Tradet reges eorũ in manus tuas,& diſperdes
nomina eorũ ſub cœlo,nullusq́; poterit reſiſtere tibi,donec conteras eos. Sculptilia eorũ
igni combures.Non concupiſces aurũ & argẽtum,de q̃bus facta ſunt, neq; aſſumes ex eis
tibi quicq̃ ne offẽdas,propterea q̃a abominatio eſt dñi dei tui,nec inferes quicq̃ ex idolo in Fortitudo prophetarũ, apl̃orum & martyrũ,p̃ deo contra idola
domũ tuã,ne fias anathema,ſicut & illud ẽ.¶Nonne in verbis iſtis ſplendida facies Moſi
illam intendit op̃ationem dilectiõis,in qua ex tota fortitudine ſua decertauerunt,& an-
te aduentũ Chr̃i veteres ſancti,ſ.iudices inclyti,reges glorioſi,prophetæ ſplendidi,quorũ
in hoc certamine Helias notiſſimus extitit, memorabilesq́; Machabæi,& poſt aduentum
Chr̃i ſancti apoſtoli,ac tam multi martyres glorioſi? Iſti nanq; omnes, ſicut ex toto cor-
de ſuo,& ex tota aĩa ſua, ita & ex tota fortitudine ſua dñm deũ ſuũ diligẽtes,hæc fecerũt:
Aras gentium ſubuerterunt,ſtatuas confregerunt,lucos ſucciderunt,ſculptilia combuſſe
runt,& ſicut ibidem dictum eſt inter cætera,quæ cuncta hic p̃ſcribere nimis longũ fuiſſet,
deuorabis omnes populos quos dñs deus tuus daturus eſt tibi,deuorauerũt populos mul
tos per orbem terrarũ,ad deuorandum miſſi,ſed deuoratione diſſimili.Veteres nanq; ſan
cti deuorauerunt ore gladij materialis:noui autẽ deuorauerunt ore gladij ſp̃ualis. Siqui-
dem alia fuit t̃pis illius,& alia eſt rõ t̃pis iſtius,de qua vtrorumq́; temporũ diſſimilitudine
ſecundum cauſas patiendi & agendi, plenius egimus in opere quod ſcripſimus de victo-
ria verbi dei.¶Huic operationi cum corona iuſtitiæ debetur ſedes quoq; iudicij,& autho Sc̃ti nationes iudicabunt Sap.3
ritas iudicandi,ſicut ſcriptum eſt: Iudicabunt ſancti nationes,& dominabuntur populis.
Pulchre ergo verba iſta tali fine compleuit.Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis,& velut inqui-
namentum,ac ſordes abominationi habebis,q̃a anathema eſt.Quidnam eſt hoc,niſi ac ſi
diceret,iudicabis ſiue condemnabis?Quod q̃dem nunc faciunt partim, vbi videntur ipſi
condemnati & pleriq; mortificati:facient autẽ vniuerſaliter in die iudicij,palam ipſi iudi
ces conſpecti ſuper omnem ſpurcitiam,& omne inquinamentum,& oĩes ſordes abomi
nationis,vt abijciant eas in locum immũdum,in profundum inferni.

Quod ſecundum ſimilitudinem harum trium operationum vnius dilectionis, de-
beamus iuuari ad intelligentiam,quod pater & filius & ſpiritus ſanctus tres
perſonæ & vnus deus ſit. Cap.XVIII.

SPectabilem(vt arbitror)imaginẽ habemus hic,p̃ quã nobis imp̃ſpicabilẽ ſpeculari Sĩlitudo trinitatis ĩ op̃e dilectionis
& ex parte cognoſcere valeamus ſplendorẽ ſolis æterni. Ecce eñ tres op̃ationes
dilectionis,nec t̃n tres dilectiones,ſed vna dilectio eſt.Et ecce tria ſpiramẽta hoĩs,
aĩa & cor,& vtrorumq́; fortitudo,nec t̃n tres ſp̃us vnius hoĩs, ſed vnus ſp̃us ẽ.Sic
dei tui (ô Iſrael)tres p̃ſonæ ſunt,pater,& filius,& ſp̃us ſanctus:nec t̃n tres dij,ſed vnus eſt
deus.Nonne aliud agit anima, & aliud cor ſiue mens humana? Anima q̃ppe totũ corpus
viuificat,& cuncta corporis officia p̃ quinq; ſenſus diſpenſat:cor autẽ ſiue mens in cõſpe
ctu aĩæ eſt,& cũ ea gradit,ac p̃ſcribit ei cuncta quæ faciat vtilia. ¶Sic quodãmodo deus Pr̃ & fili[9] in diuinis,ſicut ãnia & mẽs ei[9] in hoĩe. Prouerb.8
pr̃ viuens in ſemetip̃o vita eſt ſempiterna: filius autẽ ſiue verbũ ipſius in ip̃o eſt,& in ip̃o
erat,prouidens vt faceret cuncta valde bona, ita vt dicat ip̃m verbũ, ip̃a ſap̃ia: Quando
præparabat cœlos aderã,quãdo certa lege & gyro vallabat abyſſos, q̃n æthera firmabat
ſurſum,& librabat fontes aquarũ,q̃n circundabat mari terminũ ſuũ, & legẽ ponebat aq̃s,
ne tranſirent fines ſuos,quando appẽdebat fundamenta terræ,cũ eo erã,cuncta cõponẽs
Pene ſic de anima architecti,q̃ baſilicã iſtã ſiue munitionẽ illam ædificauit,loquat cor ſiue
mens ip̃ſius,q̃n præcogitabat menſuras longitudiuis,latitudinis,& altitudinis ædificij hu
ius,q̃n certa lege numerorũ diſtinguebat columnas & intercolumnia, ſiue turres & inter-
turria eius,q̃n eligebat lapides quadratos ſiue quadrandos, quos in fundamẽto poneret,
cum ea eram,cuncta componens.Neq; eñ aliter iſta p̃cogitaret,niſi cor ſiue mens cũ ea
eſſet.i.niſi anima rõnalis ſiue artificioſa exiſteret ¶Sed q̃d multa? Memẽto(ait)q̃dam,q̃ Iob.36
ignores opus eius,de quo cecinerunt viri: Oẽs hoĩes vidẽt eũ,& vnuſq̃ſq; intuet procul.
Ecce deus magnus vincẽs ſc̃iam noſtrã, numerus annorũ eius inæſtimabilis.Si opus eius
id eſt,ſeip̃m ignorat homo:factus eñ eſt ad imaginem dei, & idcirco dicitur quaſi pro-
prium opus eius,quantomagis ip̃m ignorat? Non enim ip̃m, ſed de ip̃o cecinerũt viri.ſ.



Moyſes

Ecci. 43 Moyſes iſte & cæteri ſancti, q maxime habuerunt ſciam dei, hinc qdam illoꝝ dicit: Quis vidit eum, & enarrauit, & qs magnificauit eum ſicut eſt ab initio? Procul vident oẽs, pro-
1. Coꝝ. 13 cul intuet vnuſqſq;, procul (inquã) id eſt, p ſpeculum & in ænigmate. Vt aũt videat facie ad faciem, pſentis tpis non eſt, ſed in futuro ſpes iſta repoſita eſt.

Qđ filius dei, & pcedẽs ex eo ſpũs ſctũs, in eo aſſimilatus ſit q̊d dixit dñs Moyſi: Cõgrega mihi ſeptuaginta viros, & auferã de ſpũ tuo, tradamq; eis. Ca. XIX.

LAtius ſcđm lectionẽ præſcriptam tractare poterat de gloria, ſeu claritate vultus Moyſi, ſiue apertione libri q̊ndã ſignati, ſed nos tui nois ȏ trinitas deus, n iſto loco
Heb. 11 theſauꝝ inueniſſe contẽti, quod eſt noſtri propoſiti, recordemur & illud de gloria eiuſdẽ Moyſi, quod ptinet ad proceſſionẽ ſpũs ſancti. Diximus nanq; ſuperi-
Qũo in Moſe aſſimilata ẽ trinitas us, in quo prophetis & patriarchis, quoꝝ nõ cõfundit vocari deus. ſ. in Abrahã, Iſaac, & Iacob, trinus & vnus deus aſſimilatus fuerit, nunc ſcđm hoc myſterium ſpũs ſancti, promptum eſt dicere, qualiter in manu Moyſi quoq; aſſimilatus ſit. ¶Creſcẽte gloria Moyſi,
Nume. 11 creuit & inuidia populi, intm̃ ꝙ Moyſi intolerãda res viſa eſt, & ait ad dñm: Cur afflixiſti ſeruũ tuũ? Quare nõ inuenio grãm corã te? & cur impoſuiſti põdus vniuerſi populi huius ſup me &c. vſq;: ſin aũt aliter tibi videt, obſecro vt interficias me, & inueniã grãm in oculis tuis, ne tãtis afficiar malis. ¶Operæptium eſt animaduetere q̊d dicimus, qa Moy
Moſes exẽplar oim p̃latorum. ſes exẽplum oĩm p̃latoꝝ, q bene præſunt, nimiã à ſubditis inuidiã patiebat, ita vt videret ei tormenti huius importabile pondus, qa cum eſſet mitiſſimus ſup oẽs hoĩes q morabant
Numer. 12 in terra, blaſphemabat à detrahẽtibus & murmurantibus, tanq̃ homo elatus & gloriæ nimis auidus, intm̃, vt nec frater ipſius Aaron, nec ſoror Maria pepercerint illi ab hmõi iniuria. Dixerunt em̃: Num p ſolum Moyſen locutus eſt dñs? Nonne & nobis locutus eſt ſimiliter? Ex verbis ipſius dicẽtis ad dñm: Sin autẽ aliter tibi videt, obſecro te vt interfi-
Nume 11 LXX. viris datum de ſpũ Moyſi cias me, & inueniã grãm in oculis tuis, ne tantis afficiar malis, promptũ eſt agnoſci, quãta doloris tẽpeſtas in corde eius fuerit. ¶Et dixit dñs ad Moyſen: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, qs tu noſti q̊d ſenes populi ſint, ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, & facies ibi ſtare tecũ, vt deſcendã & loquar tibi, & auferã de ſpũ tuo, tradamq; eis, vt ſuſtentẽt tecũ onus populi & non tu ſolus graueris. Venit igit Moyſes, & narrauit pplo verba dñi, congregans. lxx. viros de ſenioribus Iſrael, quos ſtare fecit circa tabernaculum. Deſcẽditq; dñs p nubẽ, & locutus eſt ad eũ: Auferẽs de ſpũ, q erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cumq; requieuiſſet in eis ſpũs prophetarunt,
Moyſi benignitas erga pplm nec vltra ceſſauerunt. ¶Mira pietas dei, mira benignitas Moyſi. Quo em̃ alio modo melius ſatis populo facere potuit, quatenus non videret velle ſolus gloriari? Sed & hoc parꝝ viſum eſt ei, ꝙ ſeptuaginta viros gloriæ ſuæ participes habere meruit, niſi etiã oẽm populũ optaret ſiľr poſſe in dño gloriari. Cum em̃ currens puer, nuntiaſſet ei, dicẽs: Heldad, & Medad prophetãt in caſtris, ſtatimq; Ioſue filius Nun miniſter Moyſi, & electus ẽ pluribus diceret: Dñe mi Moyſes prohibe eos, ad hæc ille: Quid (inquit) æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dñs ſpiritum ſuum?

Quod patrẽ gloriæ Moyſi. ſ. prophetiã, illi ſeptuaginta viri acceperint, non etiam opationẽ virtutum ſicut Ioſue, de quo dixit dñs: Et dabis ei partẽ glorię tuę & quod hoc intenderit, dicendo: Auferam de ſpũ tuo. Cap. XX.

Auferã de ſpũ tuo, qũo recte intelligitur ANtequam huius rei geſtæ ingrediamur ſacr̃m iuxta tenorẽ propoſiti, quo glorificare propoſuimus, æque de filio vt de patre procedentẽ ſpm̃ ſctm̃, libet pauliſper immorari hic in ſenſu literali, quia dominus taliter dixit: Et auferam de ſpũ tuo, tradamq; eis, iterum ſcriptura dicit: Et locutus eſt ad eum, videlicet ad Moyſen, auferẽs de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris; Quid em̃? Nõ poterat illis dare ſpm̃ ſuum, niſi diminueret ſpiritum Moyſi, id eſt, ſpm̃ quem dederat Moyſi: Hoc recte quæreres, ſi ita dixiſſet: Et auferam tibi. Nunc autẽ abſolute dixit: Et auferã, quod nõ eſt aliud, niſi ac ſi dixiſſet: Et accipiã de ſpiritu tuo, tradamq; eis, id eſt, non quãtum habes tu ex diuiſionibus gratiarum ſpiritus ſancti, ſed partem aliquam gloriæ tuæ da
Dabis Ioſue partem gloriæ tuę Nume. 27 bo eis. ¶Sic enim de nominatiſſimo Ioſue, poſtmodum ip̃e dominus dicit: Et dabis ei, præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael. Et ita factum eſt. Aquæ Iordanis diuiſæ ſunt, dicente domino ad Ioſue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Iſrael, omniſq; populus tranſiuit per arentem alueum, & hæc fuit pars glorię Moyſi, qui glorificatus eſt, eleuando virgam ſuam, & diuidendo mare, vt graderẽtur filij Iſrahel in medio mari per ſiccum? Pars (inquam) gloriæ fuit.
Ioſue. 3 Exodi. 14. Nam in iſta gloria. ſ. in operatiõe tantæ virtutis, hoc plus fecit Moyſes, quod rurſum extendit manum contra mare, reuerſæq; ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, nec vnus qdem ſuperfuit ex eis. Cętera quoq; ſi memores, veraciter dictum animaduertes de Ioſue. Et dabis ei partẽ gloriæ tuæ. Non em̃ tãtus fuit in oĩbus ſignis



ſignis atq; portentis, vt fuit Moyſes, quæ fecit per eum dñs, corã Pharaone & Ægyptijs, & corã vniuerſo Iſrael. ¶Igitur quod dixit dñs: Et auferam de ſpũ tuo, & dabo ſeptuaginta viris, non aliter oportet intelligi, q̃ ac ſi dixiſſet: & dabo illis partem gloriæ tuæ, ſicut Nume. 11 dixit de Ioſue. Pars em̃ gľiæ Moyſi prophetia fuit, extra quã nihil gloriæ viros illos accepiſſe ſcriptura meminit, dicens: Cumq; requieuiſſet in eis ſpũs, prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt. ¶Totũ quod dicere molimur, p paruæ rei ſimilitudinẽ demonſtrare promptum eſt. Ecce ignis cum ſit corpus, abſq; ſui diminutione diuidit, & abſq; ſui detrimento ſeſe diffundit, vt quãtaſlibet inde partes auferamus. Sed nunq d ei, videlicet igni, magno ſiue exiguo, luminari ſeu grãdi, ſeu paruo, quippiã auferimus, dũ luminaria plurima pro ut volumus, accendendo quaſi partes de vno auferimus? Nimiꝝ quãtaſlibet partes indiuiſus ignis, de quouis luminari, mutuati tñ luminis detrimẽtata nõ nouit. Sic de iſto dñs dicere potuit: Auferam de ſpũ tuo, tradamq; eis, ac ſi diceret, de pluribus gratijs tibi collatis, gratiam vnam, gratiam propheticam impartiar illis. Ignis habet ſilitudinem ad dona ſpiritus ſancti

# RVPERTI ABBATIS TVITIEN. DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & proceſſione ſancti ſpiritus.

## LIBER SEXTVS.

De eo ꝙ in Michæa ſcriptum eſt: Et ſuſcitabimus ſuper eum ſeptẽ paſtores, & octo primates homines. Qui paſtores, & q ſint primates, & qd ſit eos ſup Chr̃m ſuſcitari, & ꝙ Moyſes ſit vnus de paſtoribus illis. Cap. I.

QVoties de gratia dñi noſtri Ieſu Chri, ſermonem facientes, ad memoriam reuocamus aliqd eoꝝ, quæ magni patres & iudices Iſrael, in typum eius geſſerunt, facimus vel facere cupimus illud, q̊d de ip̃o per Michæam prophetam inter cætera dictum eſt: Et ſuſcitabimus ſup eum ſeptem paſtores, & octo primates homines. Michę. 5 ¶Qui nam ſunt vel fuerunt ſeptẽ paſtores, niſi Abraham, Iſaac, Septẽ paſtores & p̃riarchæ & Iacob, & Ioſeph, q ad Pharaonẽ introducens fratres ſuos, hoc profiteri iuſſit: Viri paſtores ſumus, ſerui tui ab infantia noſtra vſq; in p̃ſens, & nos, & patres noſtri. Veꝝ quippe dixerunt, qa pa- Gene. 46 tres eoꝝ Abraham, Iſaac, & Iacob, & ip̃e Ioſeph, cum adhuc eẽt Exo. 3 puer, curã habuerunt alendoꝝ gregũ. Abrahã ergo & Iſaac, & Iacob, & Ioſeph. Iſte quoq; Moſes, quem dñs de rubo vocauit, cum paſceret oues Iethro ſoceri ſui, & Dauid, quẽ Pſal. 77 ſuſtulit dñs de gregibus ouium, de poſtfetãtes accepit eũ, nõne ſex paſtores ſunt? Quibus Gene. 4 adde Abel, q & ip̃e primus fuit paſtor ouium, & ſeptẽ paſtores ſunt. ¶Porro, octo primates hoĩes, octo ſunt præcipui iudices, q notis & memorabilibus p̃lijs vicerunt hoſtes, Octo primates, octo iudices p̃cipui in Iſrľ & de cæde vaſtantiũ liberauerunt Iſrael, videlicet Ioſue & Othoniel, Ahot & Barach, & Gedeon, Iepthe, Samſon, & Samuel. Et qd ẽ iſtos ſeptẽ paſtores, & octo primates hoĩes ſuſcitare ſup eum. ſ. rectorẽ ſummumq; iudicẽ Iſrael, q ex te egreſſus eſt ȏ Bethleem Iudæ, ſicut ibidẽ in eodẽ propheta p̃ſcriptum eſt. Quid (inquã) eſt iſtos ſuſcitare ſup eum, niſi demonſtrare qa typum eius iſti prætulerunt, & ip̃e in veritate cõpleuit ea, quæ iſtis in 1. Coꝝ. 10 figura contigerunt? Nunc igitur paſtorẽ Moyſen hoc modo ſup eũ ſuſcitemus, vt ſecundum ſacr̃m rei geſtæ, quam ſcripſimus, fateamur id quod verum, quod pium, quod catholicum eſt, qa ſicut de deo patre, ita & de deo dei filio procedit ſpiritus ſanctus.

Itẽ de verbo ſuſcitatiõis, qm̃ ſuſcitari dr̃ id q̊d mortuũ fuerat & reuiuiſcit. Ca. II.

NVſquã ſcriptura ſacra narrauit de aliquo paſtoꝝ, ſiue primatum eiuſmodi, tale Nume. 11 quid dictum, tale qd factum eſt, vt hoc, quod dictum eſt à dño huic Moyſi: Et auferam de ſpũ tuo, tradamq; eis, rurſumq; & locutus eſt ad eum. Auferens de ſpiritu q erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Eo magis hunc ſuſcitare cupimus ſuper eum, de quo ſecundum facti huius myſterium procedit ſpiritus ſanctus, de cu- Iohan. 1. Suſcitabim⁹ ſup eũ ius plenitudine (ait Iohãnes Baptiſta) nos oms̃ accepimus, & grãm pro gratia, qa lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. ¶Sed iam in primis nõ importune ratio queritur de verbo ſuſcitationis. Suſcitatur em̃, vel ſuſcitari dr̃ id q̊d mortuũ erat, & reuiuiſcit. Num ergo q̊d taliter actũ eſt in Moyſe, mortuum fuit. Plane mortuum, propter excellentẽ vitã, quæ eſt in gra & veritate dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sicut enim Exod. 34 Ap̃ſus

2.Coꝛ.3 Apl'us,cũ loqueret̃ de illa literali claritate vultus Moyſi,quã vidẽtes filij Iſrael timuerunt
dixit.Nã nec glorificatũ eſt,ꝙ claruit in hac parte,propter excellentẽ gloriã.i.ad cõpara
tionẽ excellẽtis gloriæ,&de iſta ſpũs Moyſi recte dicas effuſiõe,ꝗa nec dicendũ eſt,ꝙ fue
rit viuũ aut viuidũ propter excellentẽ vitã.i.ad cõparationẽ excellẽtis vitæ.Rectæ igitur
dictũ eſt,ſuſcitabimus.i.ꝙd in Moyſe factũ minus vitæ & vtilitatis habuit , in Chr̃o verã
eſſe vitã monſtrabimus. ¶Quare aũt nõ dixit:Suſcitabimus in eo,ſed dicere maluit:Suſ-
Pſal.8 citabimus ſup eũ? Nimiꝝ propter minorationẽ eiuſdẽ dñi noſtri Ieſu Chr̃i,ꝗa nõ ſolum
minoratus eſt paulominus ab angelis,verũetiã minor viſus eſt Moyſe & oĩbus prophetis
Longe ſupra formã illam,in qua ſup terrã viſus,& cũ hoĩbus cõuerſatus eſt,ſupra formã
ſerui,in qua potuit etiã crucifigi,ſunt ea quę teſtificamur de ipõ ſcd̃m ſcripturas veritatis,
Iohan 6 ſcripturas in primis huius Moyſi.Quod ſciens ipẽ,cũ de aduentu ſpũs ſancti loqueret̃,di
Ille de meo accipiet xit:Ille me clarificabit,ꝗa de meo accipiet,& annuntiabit vobis.Statimq́ſubiunxit.Oĩa
quæ habet pr̃,mea ſunt.Propterea dixi:Qui de meo accipiet,& annũtiabit vobis.Quid-
nam eſt ꝙd ait:Oĩa quæ habet pater,mea ſunt,niſi ac ſi diceret:om̃es ſcripturæ quas vtiq;
Lucę.24 cõdidit pater ꝑ nuncios ſuos Moyſen & prophetas alios,in me tendunt? Cum ergo ſpũs
veritatis faciet vos intelligere quippiã eoꝝ quæ ſcripta ſunt de me,in lege &prophetis,&
pſalmis,hoc plane erit accipere de meo,& annuntiare vobis, atq; hoc agẽdo,ille me glo
rificabit.ſ.apud vos , & apud oẽs ꝗ credent ſermonibus veſtris, dum maiora ſentietis, q̃
nunc de meipſo ſupra id quod nunc videtis in me , aut ex me auditis.

Qũo ſuſcitatũ fuerit ſup dñm Chr̃m hoc myſteriũ huius paſtoris, in eo ꝙ ſeptuaginta vi
ros vt de ſpũ eius daret̃ eis,cõgregare iuſſus ẽ ad oſtiũ tabernaculi fęderis. Ca.III.

Moyſes cõgregãs lxx. viros,typũ chr̃i geſſit IGitur Moyſes cõgregans ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael,ꝙs nouerat ipẽ,ꝙd ſe
nes eſſent & magiſtri,ad hoc vt de ſpũ ſuo daret̃ eis in miniſterio, ſignificat dominũ
nr̃m Ieſum Chr̃m,ꝗ diſcipulos ꝙs elegit,notos habẽs, ꝙ ſenes eſſent.i.fidẽ haberẽt,
Heb.11 in qua teſtimoniũ(ait Apl'us)cõſecuti ſenes.i.ſancti pr̃es,idcirco cõgregauit,vt par-
ticipes eos faceret ſpũs ſui,ꝗ in ipõ eſt,nõ ad mẽſuram ſicut in quolibet ſanctoꝝ,ſed(ſicut
Coloſſ.2 ait Apl'us) ꝗa in ipõ habitat plenitudo diuinitatis corꝑaliter. Docet nos hoc colũba illa,
Lucæ.3 quę baptizato eo viſa eſt deſcendẽs in eũ ſicut Lucas manifeſtius ſcribit,ꝗa apertũ eſt cœ
lũ,&deſcẽdit ſpũs ſanctus corporali ſpecie ſicut colũba in ipm̃.Nimiꝝ &illa corꝑalis ſpe
cies ꝗddam totũ,integrũ,atq; indiuiduũ,& iſtud Apoſtoli dictũ:Quia in ipõ habitat ple-
Spũſſan.in Chriſto ple niſſime nitudo diuinitatis corꝑaliter,hoc aſſerunt, ꝗa ſpũs ſanctus huic nõ ad menſurã datus eſt,
ſed totus in ipõ eſt,totus in ipõ manet,cũ oĩbus donis ſuis,ſicut corꝑalis ſpẽs columbæ to-
ta in eũ deſcẽdit cũ oĩbus membris ſuis,non ꝙ tunc ſpũs ſanctus in illo eſſe vel manere cœ
perit,ſed ꝙd in eo eſſet,ꝙ in eo maneret tali ſpecie demõſtrauit. Deniq; ſi de natura eius
humana recogitet aliꝗs,certum eſt,quia manet in eo ſpũs ſanctus ab initio conceptionis
quippe quẽ de ſpũ ſancto virgo intemerata cõcepit. ¶Si aũt de diuina natura ſermo ſit,
ſtultũ eſt ambigere,vtrũ in filio ſpũs ſanctus ſit,cum & pater,& filius, & ſpũs ſanctus vna
Num.11 ſubſtãtia ſit,nullo loco ſeparabilis,nullis accidẽtibus ꝑmutabilis.Vbi iſte legiſlator &bene
dictiõis dator,viros iſtos cõgregauit,vt de ſpũ ſuo daret eis? Ad oſtiũ tabernaculi fœde-
Exo.25 ris,& ibi ſtare ſecũ fecit. Quod eſt oſtiũ tabernaculi, cœleſtis tabernaculi, nõ manufacti?
Oſtiũ tabernaculi chr̃i lat⁹ eius lãcea ꝑforatũ Non em̃ ignotũ eſſe debet,aliud eſſe tabernaculũ,ꝙd fixit deus nõ hõ: Et aliud,ꝙd iubente
deo,ſecundũ exẽplar illius fixit homo,iubẽte(inquã)& dicẽte deo: Inſpice & fac ſecundũ
exemplar,ꝙd tibi in monte monſtratũ eſt.¶Quod ergo eſt oſtiũ cœleſtis tabernaculi,niſi
paſſio dñi noſtri Ieſu Chr̃i,in qua patefactũ eſt latus eius lancea militis , vnde ſanguis &
aqua profluxit? Non em̃ aliud nouimus oſtiũ,neq; aliunde,niſi ꝑ fidẽ huius ſacramenti eſt
Pſal.41 nobis introitus, ſiue trãſitus in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domũ dei. Ad il-
Roma.6 lud ꝗdẽ oſtiũ oẽs adducimur,oẽs quicũq; in Chr̃o Ieſu baptizati ſumus,nã in morte ipſi
Iohan.17. us baptizati ſumus(ait Apl'us)& ibi ſpm̃ ſctm̃ accepimus. ¶Sed pulchrũ eſt hic illos pri
Luc.22 mores viros attẽdere,quos tunc ꝑſentialiter adduxit,dicẽs inter cætera.Sublenatis in cœ
lum oculis,ꝙs dediſti mihi cuſtodiui,& nemo perijt ex eis,niſi filius ꝑditiõis Qũo ſtare ſe-
Actoꝝ.2 cit eos ſecum? Vos eſtis(ait)ꝗ ꝑmanſiſtis mecũ,& ego diſpono vobis,ſicut diſpoſuit mihi
pater meus regnũ.Ita ſteterũt cũ eo ad oſtiũ tabernaculi nõ dico ſeptuaginta viri,imo vi
ri iã cẽtũ & viginti,qñ deſcẽdit dñs,& auferẽs de ſpũ Chr̃i,tradidit eis,qñ factus ẽ repẽte
de cœlo ſon⁹ tã q̃ aduenĩẽtis ſpũs vehemẽtis &apparuerũt illis diſpartitę lingue tã q̃ ignis.

Murmura & tẽtatiões Iudæoꝝ cõtra deum De eo ꝙ vſq; ad illud patiẽter ſuſtinuerat dñs,poſtq̃ aũt tot hoĩes acceperẽt de ſpũ Moyſi,
murmurãtẽ ppl'm ꝑcutere cœpit,& in cuius rei figura iſtud cõtigerit. Ca.IIII.

Exo.15 Ibidẽ.16 MVltũ ad rẽ ꝑtinet cõſiderare,quæ vel qualia cõtigerũt populo illi, poſtq̃ acce-
perũt de ſpũ Moyſi,&prophetauerũt,nec vltra ceſſauerũt illi ſeptuaginta viri
Iã antea tẽtauerũt dñm multis vicibus, & male locuti fuerãt in ipſis beneficijs
dei,nec em̃ ſine murmuratiõe quicq̃ perierũt,ſic incipientes Quid bibemus?

Et iteꝝ



Et iteꝝ murmurãtes dixerunt:Vtinã mortui eſſemus ꝑ manum dñi in terra Aegypti, qñ
ſedebamus ſup ollas carnium,& comedebamus panes in ſaturitate.Patiẽter ſuſtinuit eos
dñs murmurantes,&male loquentes,cũ diceret Moyſes ad dñm:Quid faciam ppl'o huic? Exod.32
Adhuc pauxillulum,& lapidabit me . Tanta erat duritia ceruicis illoꝝ, vt iam ſic timeret
Moyſes , nec tñ dñs aliqua illos per ſemetipm̃ plaga ꝑcuſſit, niſi quod Moyſes propter
reatum vituli,quẽ fecit Aaron,vltro & iniuſſus præcepit filijs Leui, & occidit vnuſquiſq;
frẽm, & amicum, & proximũ ſuum, cecideruntq; in illo die vigintitria milia.Verum illi c
Moyſes pro dño zelatus eſt. ¶Nos autẽ de eo nunc agimus,ꝙ dñs pro Moyſe iratus eſt.
Hoc nuſq̃ vel dictum vel factum reperit̃,anteq̃ accepto de ſpũ munere diuiſiuo prophe-
tarent,tot hoĩes,ſed extunc,ꝗa non ceſſauit eoꝝ murmuratio contra Moyſen,audiẽs dñs Nume.12
iratus eſt,ita vt ſororẽ eius in primis operiret cadens lepra quaſi nix,&populum ꝑcuſſit fu Mume.14.
ror dñi plaga magna nimis:& omnes(inqt) homines qui viderunt maieſtatem meam, & Plagæ Iudæorum.
ſigna quæ feci in Aegypto , & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decem vices,nec Nume.16
obedierunt voci meæ , non videbunt terrã pro qua iuraui patribus eoꝝ,nec ꝗſq̃ ex illis, Nume.21
qui detraxerunt mihi,intuebitur eam. Et ita factum eſt . Quoſdam ex illis terra degluti-
uit,quoſdã ignis conſumpſit,ꝗdam à ſerpentibus perierunt,& omnis illa generatio,quæ 1.Coꝛ.10
exierat de Aegypto à viginti annis & ſupra, præter Ioſue & Caleph filium Iephone,va
rijs cladibus conſumpta,& in deſerto proſtrata eſt.Quid hoc ſibi vult,quod non ante ſed
poſt diffuſionem ſpũs Moyſi,tam terribile fuit ſupra illos iudicium ſiue ira dei? Nam hęc
omnia(inqt Apoſtolus)in figura contingebant illis,& proinde diligentius quærere debe
mus, quid per iſtam diſpenſationem temporis,præfiguratum fuerit.

De eo ꝙ phariſæis dicentibus:Hic non eijcit dæmones,niſi in Beelzebub principe
dæmoniorum,reſpondit dominus:Qui autem dixerit verbum contra ſpiri-
tum ſanctum,non remittetur ei,neque in hoc ſeculo,neque in fututo,
& ꝙ illa res geſta in figura cõtigerit huius iudicij. Cap.V.

DVm q̃ſtioni ſiue capl'o huic intẽdimus,ſimulq́; audim⁹ apl'm dicentẽ,nos ãt ſen 1.Coꝛ.2
ſum Chr̃i habemus, ecce ſenſus eiuſdẽ Chr̃i nobis dignanter occurrit in ver-
bis iſtis,quæ phariſæis rñdit,ꝗa dixerunt:Hic non eijcit dæmones,niſi in Beel-
zebub principe dæmonioꝝ. Et ſi ego(inqt) in Beelzebub eijcio dæmones,filij Matth.12
veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erũt.Paucisq́; interpoſitis,ideo dico vobis,
(ait)omne pctm̃ & blaſphemia remittet̃ hoĩbus,ſpũs aũt blaſphemiæ nõ remittet̃. Et ꝗ- Pctã Iudęorũ i filiũ mi n⁹ punita ſunt q̃ pctã eoꝝ poſt datum apl'is ſpm̃ ſanctũ
cunq; dixerit verbum cõtra filiũ hoĩs,remittet̃ ei.Qui autẽ dixerit cõtra ſpm̃ ſanctũ, non
remittet̃ ei,neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro.In verbis iſtis ſenſus Chr̃i nobis occurrit,dũ
ꝑſcripto intendimus capl'o de cauſa Moyſi,cur non ante, ſed poſtq̃ de ſpũ eius datũ eſt,
lxx.viris murmurãtibus atq; detrahẽtibus,deus iratus eſt &nõ pepercit,ſed ira ei⁹ aſcẽdit
ſup eos,& terribiliter modis diuerſis,ſicut ſupra dictũ eſt,cõſumpſit eos. ¶Dicamus ergo
Quãdiu dñs noſter Ieſus Chr̃us ſolus videbãt ſuimet teſtis,quaſi iure videret̃ paruipẽdi à Iohan.8
dicẽtibus:Tu de teipõ teſtimoniũ perhibes,teſtimoniũ tuũ nõ eſt veꝝ:q̃uis ecõtra veraci-
ter rñdere poſſet:Et ſi ego teſtimoniũ ꝑhibeo de meipõ,teſtimoniũ meũ veꝝ eſt, ꝗa ſcio,
vnde veni, & quo vado , tãdiu iſta patiẽtia pctm̃ eoꝝ remiſſibile eſſe iudicauit,dicẽs eis:
Quicũq; dixerit cõtra filiũ hoĩs,remittet̃ ei.Poſſunt em̃ adhuc de ignorãtia excuſari: id-
circo cũ pateret̃,dixit:Pater,ignoſce eis,nõ em̃ ſciant ꝗd faciunt? . Vbi autẽ ſpũs ſanctus Luc.23 Iohan.15
ad teſtificandũ venit,ſcd̃m ꝙd ipẽ promiſit,dicẽs:Cũ autẽ venerit paracletus, quẽ ego mit
tam vobis à patre ſpm̃ veritatis,ꝗ à patre procedit,ille teſtimonium ꝑhibebit de me,&
vos teſtimoniũ ꝑhibebitis : iã extunc excuſationẽ nõ habuerunt de pctõ ſuo,& hoc pro-
ſpiciẽs:Qui autẽ(inqt)dixerit cõtra ſpm̃ ſctm̃ , nõ remittet̃ ei,neq; in hoc ſeculo,neq; in Matth.12.
futuro. Et ita factum eſt,Non enim ante,ſed poſtq̃ ſpm̃ ſctm̃ miſit diſcipulis ſuis,& illi ꝗ Figura eiuſmodi rerũ pręceſſit in Moyſe
fuerant hoĩes ſine literis & idiotæ,cœperunt loqui varijs linguis magnalia dei,& de ſcri-
pturis,quæ vtiq; voces ſunt ſpũs ſancti,proferre teſtimonia Ieſu Chriſti filij dei,iudicati
ſunt æterno iudicio,vt non remitteretur eis, neq; in hoc ſeculo,nec in futuro.Quin & in
hoc ſeculo diſperirent vincentibus Romanis,& in futuro trahentibus animas ad tormẽta Hæretici
ſpiritibus malignis. ¶Nimirum in figura gerendæ huius rei contigit illis,ꝗ afflixerunt,ſi peccant in
ue exacerbauerunt ſpm̃ Moyſi, vt non ante,ſed poſtquam datum eſt de ſpũ eius ſeptua- ſpm̃ ſan.
ginta viris,iraſceretur in eos furor ſpũs domini,& deleret tot tamq́; diuerſis modis oẽm
illam generationem,quæ exierat de terra Aegypti. ¶In ſingulis q̃q; hoĩbus.i.iudicium.
Quàmdiu enim per ignorantiam ſanæ doctrinæ contradicunt, ſuperna ſuſpenſa tenetur
ſuper eos ſententia iudicij æterni, vbi autem ſcientes veritatem,per ſuperbiam contradi-
cunt veritati,exempli gratia,vt Arrius cæteriq́; hæretici,ſiue hæreſiarchæ plurimi,extũc
iudicantur eſſe blaſphemi, & verbum dicere contra ſpiritum ſanctum , & peccatum hoc
non remittetur,neque in hoc ſeculo,neque in futuro.

Quod

Quod ſeptimus paſtoꝝ ſupra memoratoꝝ fuerit Daauid,& quod apud iſtũ non ſolum triplicatũ nomen dei ſicut apud Moyſen, verumetiã relatiua inueniant expreſſa nomina trinitatis, quæ ſunt, pater, & filius, & ſpũs ſanctus, & quod hic primus ſpiritum ſanctum nominauit, qui prius legebatur, ſpiritus dei, ſiue ſpiritus domini. Ca. VI.

1. Reg. 16 Pſal. 77 SEptimus paſtoꝝ ſupra memoratoꝝ extitit Dauid, quẽ pauiſſe oues patris, & ſacra hiſtoria clariſſime narrauit, & ipſemet canit verbis huiuſcemodi. Et elegit Dauid ſeruũ ſuũ, & ſuſtulit eũ de gregibus ouiũ, de poſtfetãtes accepit eũ. Quã multi & magni doctores paſtorẽ iſtum modo ſupradicto ſuſcitauerunt per eũ, ſ. ſuper dominum noſtrum Ieſum Chrm̃. ¶Nos quoq; poſtremi pro poſſe ſuſcitauimus hunc ſup eum, cũ in pleriſq; aliis, tum maxime in opere quod ſcripſimus ſuper duos libros regum, primũ & ſecundum. ¶Apud iſtum, quod noſtri propoſiti eſt, inuenimus manifeſtius expreſſum fidei noſtræ theſauꝝ ſanctæ trinitatis. Quomodo manifeſtius expſſum? Nimiꝝ non ſolum, ſicut apud Moyſen triplicato ſubſtantiali nomine, quod ẽ deus. Exempli grã cum dicit: Benedicat nos deus deus noſter, & benedicat nos deus, verumetiã expreſſis relatiuis nominibus, quæ ſunt pater, & filius, & ſpũs ſanctus. Ait eñ in ipſo loquens ipſe Chriſtus: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ſubauditur, natura nõ adoptiõe. Sequit eñ: Ego hodie genui te. Quod dicit hodie, ſic intelligimus, ac ſi diceret in æternitate, in immutabilitate. Sicut eñ illi eſt eẽ, & nõ fuiſſe, aut futuꝝ eſſe. Vnde & ad Moſen dixit: Ego ſum qui ſum, & ad Iudæos: Antequã (inqt) Abraham fieret, ego ſum, ſic in genitura eius, neq; heri, neq; cras admittit intellectus fidei noſtræ, ſed ſolũ hodie. ¶Quod deinde ſequit dñm patrẽ adhuc dixiſſe: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ. Conſtat eẽ dictũ pro humilitate naturæ nr̃æ, qa ſecundũ ſerui formam & illi cõgruit, & nobis neceſſarium fuit, patrẽ poſtulare, i. pati pro noſtra ſalute. Nihil enim aliud intelligere volumus hic in verbo poſtulatiõis, niſi obedientiã, cuius ſumma eſt ſacrm̃ ſiue ſacrificium ſacroſanctæ eius paſſionis. ¶Itidẽ in alio pſalmo, cum dicit idem pater, loquens in viſione ſanctis ſuis, quoꝝ ſe vnũ gratulabat Dauid: Ipſe inuocabit me, pater meus es tu, deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ, & ego primogenitũ ponã illũ, excelſum præ regibus terræ. Cum (inqt) hæc dicit, & relatiua exprimit noĩe patris, & filii & vtrãq; exprimit naturam vnici filii. Nam ſecundũ naturã diuinã, ipſe (ait) inuocabit me, pater meus es tu, & ſecundũ naturã humanã itidẽ ipſe (ait) inuocabit me, deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ es tu. Iuxta hunc ſenſum ait iſte primogenitus, iam excelſus præ regibus terræ factus, i. iam à mortuis reſuſcitatus, iam ad dexteram maieſtatis in excelſis æterna ſeſſione ſeſſurus. Aſcẽdo ad patrẽ meum, & patrem veſtrum, deum meũ & deũ veſtrũ. ¶Spm̃ ſanctum idem Dauid primus nominauit, dicens: Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Nã eatenus ſcribebatur ſpũs dei, ſiue ſpũs domini. Hic autem quod ſonorius eſt ſpm̃ ſanctum primus nominauit, de cuius dignitate vocabuli mentionẽ iam fecimus in primo libello præſentis operis. Itaq; relatiua nomina ſanctæ trinitatis, quæ ſunt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, hic patenter edixit, quæ ante ipſum nec Moyſes, nec alius ſic euidenter expreſſit.

[Margin: Dauid manifeſtius de trinitate locutus eſt q̃ Moyſes. — Pſal. 66 — Pſal. 2 — Exo. 3 — Iohan. 8 — Pſalm̃. 2 — Fili⁹ primo genitus excelſus ꝑ regib⁹ terræ — Pſal. 88 — Iohã. 20 — Spm̃ ſctm̃ Dauid pri m⁹ noĩauit — Pſal. 50 — Acto. 4]

De promiſſione, quæ ad eum cum iuramento facta eſt: Semel iuraui in ſancto meo &c. de trino noĩe dñi ad eum cum dicit: Requiem dabo tibi, prædicetq; tibi dñs, quod faciet tibi domũ dominus. Cap. VII.

AD iſtum repromiſſio facta eſt cũ iuramẽto, ſicut ad Abrahã, beati ſeminis quod eſt Chrus, quod naſciturus eſſet de ſemine eius, vnde & cantãs miſericordias domini, dixit ex ore ipſius dñi: Semel iuraui in ſancto meo. Si Dauid mentiar. Semen eius in æternũ manebit. Vñ venerabiliter attendendũ eſt, qa beata trinitas, q̃ ſeſe Abrahæ exhibuit in trib⁹ angelis pro cõfirmatiõe promiſſiõis, ſiue ꝓ magnitudine & dignitate promiſſi, ipſa pene ſeſe expreſſit in tribus verbis ad Dauid, in promiſſiõe eiuſdem ſeminis, i. Chriſti. Hęc dicit dñs exercituũ: Requiem dabo tibi ab oĩbus inimicis tuis, prædicetq; tibi dñs, quod faciat domũ tibi dominus. In iſtis nanq; verbis, in iſto initio tantæ promiſſionis, quod intelligitur ex ſubſequentibus, dum dicit: Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te, quod egrediet de vtero tuo, & firmabo regnũ eius, ipſe ædificabit domũ nomini meo, & ſtabiliã thronũ regni eius vſq; in ſempiternũ, ego ero ei in patrẽ, & ipſe erit mihi in filiũ. ¶In iſtis (inquã) verbis patenter ſe oſtendit ꝑ diſtinctionẽ perſonaꝝ, vna diuinitas ſummæ & indiuiduæ trinitatis. Quis eñ, vel quæ perſona hæc dicit: Et requiẽ dabo tibi ab oĩbus inimicis tuis, niſi perſona patris? Sequit nanq; & dicit poſtmodum: Ego ero ei in patrẽ, & ipſe erit mihi in filium. Ergo perſona illa, de qua dicit dñs pater: Prædicetq; tibi dñs, ipſe eſt dominus ſpiritus ſanctus, qui per os ſanctorum prophetarum prædixit, quemadmodum & Zacharias

[Margin: Pſalmo. 88 — 2. Regũ. 7 — Ibidẽ. — Trinitas ꝑſonaꝝ in vna ſubſtãtia ex v̾bis Dauid agnoſcitur. — Luc. 1]



rias dicit: Sicut locutus eſt ꝑ os ſanctoꝝ, q à ſeculo ſunt prophetaꝝ eius. Nã de q̊ protinus ait: Quod faciat domũ tibi dñs, ipſa ꝑſona eſt dñs filius. Nõ tres dñi, ſed vnus dñs. ¶Quantũ potuit vel debuit ſacra hæc ſcriptura ſacramẽtum hoc & futuris ſeruauit, & illis qui tũc erãt, dũ ipſa cõderetur, abſcõdit hominibus, qa diſtinctionẽ trium perſonaꝝ (ſicut iam alias diximus) portare nõ poterant, ſi eis palam prædicaretur.

De eo q̊d vbi miſſus eſt Apoſtolis paracletus ſpũs veritatis, imo & anteq̃ appareret in linguis igneis (q̊d factũ eſt die pentecoſtes) cũ aperuiſſet illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas, prima teſtimonia Chr̃i ſumpta fuere de pſalmis Dauid. Ca. VIII.

QVanta putas in iſto habet pater? Dixit eñ filius, & nos ſupra meminimus: Cũ autẽ venerit paracletus ſpũs veritatis, ille me clarificabit, qa de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Statimq; ſubiunxit: Omnia q̃ habet pater mea ſunt, propterea dixit: qa de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Quanta ergo putas in iſto habet pater? Quãta de iſto accepit ſpũs ſanctus, & annũtiauit Apoſtolis, vt clarificaretur filius dei? ¶Delectat valde, qa poſtq̃ aſcendit in cœlũ Chrus filius dei, etiã anteq̃ procederet ſpũs ſanctus apparẽs in linguis igneis, primũ quod protulit de iſto accepit, & Petro annũciauit vt diceret: Scriptũ eſt enim in libro Pſalmoꝝ: Fiat habitatio eius deſerta, & non ſit qui habitet in ea, & epiſcopatum eius accipiat alter. Iam eñ factũ fuerat quod Euãgeliſta Iohãnes narrauit, dicẽs: Hoc cũ dixiſſet, inſufflauit & dixit eis, Accipite ſpm̃ ſanctũ, q̊dq; Lucas eiuſdẽ diei, & eiuſdẽ veſperæ geſta ſcribẽs, dixit inter cætera: Tũc aperuit illis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas. ¶Vt aũt impleti ſunt dies pẽtecoſtes, & procedens ſpũs ſanctus à throno maieſtatis, atq; ſedit ſupra ſingulos eoꝝ, tanq̃ ignis, apparuerũt eñ illis diſpartitæ linguæ, tanq̃ ignis, & repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto, & cœperũt loqui variis linguis, prout ſpũs ſanctus dabat eloqui illis: vt (inquã) hæc vox facta ẽ, & hac voce facta, cõuenit multitudo mẽte confuſa, nonne primũ quod ſpũs ſanctus per os Petri apoſtoli protulit de iſto accepit? Præmiſſo nãq; teſtimonio prophetæ Iohelis, ꝙ nõ eſſent ebrii ſicut putabãt illi, q iridẽtes dicebant: qa muſto pleni ſunt iſti, protinus data propoſitione de reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti, rationẽ hanc intulit. Dauid enim dicit in eũ: Prouidebam dominũ in conſpectu meo ſemper, & cætera vſq;. Nõ enim Dauid aſcendit in cœlũ, dicit aũt ipſe: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝝ. Hoc, vt ſupra iam dictũ eſt, valde delectat, quod cũ dicere volumus, qa pater multa in iſto habet quæ filii ſunt, ſicut & cætera omnia, omnes enim ſcripturæ in filium tendũt, prima quæ ſpũs ſanctus protulit per os Petri apoſtoli, ipſo die quo datus eſt, perpendimus, qa de iſto accepit, in quo deus pater teſtimonia fidelia q̃plurima filio ſuo theſaurizauit.

[Margin: Iohan. 6 — Teſtimonia de Chriſto ex pſalmo — Acto. 1 — Pſal. 108 — Iohan. 20 — Luc. 24. — Acto. 2. — Spũs ſanctus datus apoſtolis ĩ linguis igneis. — Pſal. 15. — Pſal. 109]

Item de eo quod ait: Ille ſpũs me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis, & de illo verſu pſalmi quarti: Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui dñe, dediſti lætitiã in corde meo. Cap. IX.

HIc in Pſalmo quarto dicit: Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe, dediſti lętitiam in corde meo. Quia videlicet pſalmus quartus hunc habẽs titulũ, in finẽ pſalmus canticũ Dauid, ſi rite conſideres, in illũ diem ſpectat quo ſpũs ſanctus (vt ſupra dictũ eſt) procedens à throno ſiue maieſtate patris, & filii, diſcipulos Chriſti ita lætificauit, vt muſto viderent pleni, loquẽtes linguis, & ſilere nõ valentes ꝓ gaudio, quod nemo ex tũc tollere potuit ab eis. ¶Ad hoc perſpicere iuuat ſenſum, ordinemq; pſalmoꝝ præcedentiũ pſalmi primi, ſecũdi, & tertii, ſimul & iſtius ſcilicet quarti: Quia videlicet quatuor ſacramẽta noſtræ ſalutis (quoꝝ in fide vita noſtra conſiſtit) prędicant auri audienti, ſcilicet incarnationẽ, paſſionẽ, reſurrectionem, atq; aſcenſionẽ Ieſu Chriſti filii dei, ſimulq; lætitiam qua ſpũs ſanctus, vt iam dictũ eſt, in die Pentecoſtes diſcipulos eiuſdẽ domini lætificauit. ¶Hæc eñ ô fili, de tuo ſpũs ſanctus accepit, & annũtiauit nobis, vt poſſimus iam in iſta fronte, ſiue veſtibulo gazophylacii patris tui, demonſtrare quatuor inſignia hæc tuæ nobilitatis, videlicet ꝙ homo abſq; peccato natus, & cũ hominibus cõuerſatus fueris, & q̊d quaſi peccator mortẽ ſis paſſus propter obediẽtiam paternæ dilectiõis, & ꝙ à ſomno mortis exurrexeris ꝑ virtutem diuinitatis, & ꝙ in cœlũ aſcẽderis, rediturus in die iudicii, & ꝑcuſſurus impios, qa ſine cauſa aduerſati ſunt tibi. Proinde ſupra ſcriptũ quarti pſalmi verſiculũ: Signatũ eſt ſuꝑ nos lumen vultus tui dñe, dediſti lætitiam in corde meo, paululũ differẽtes, à primo incipiemus hæc demonſtrare breuiter, vt ꝑſpecta fronte, ſiue veſtibulo ſanctuarii, quod intus ampliſſimũ eſt, dicat quicunq; rudis, & ſimilis noſtri ſpectator adeſt. O quanta pater hic habet, & quanta ſpũs veritatis hinc accipere poteſt, vt annũtiet nobis de his, quæ filio ſuo theſaurizauit pater, quoniam iam in ingreſſu tam fulgidus, tamq; ordinatus proſpectus ſacramẽtoꝝ, in quibus vitã habemus, ornatus eſt.

[Margin: Quatuor primi pſalmi ſecũdũ quatuor ſacramẽta ſalutis]

Quod per intellectũ pſalmi primi, hoc de Chriſto nobis annũciet ſpũs veritatis, quia & in hunc mundum ſine peccato venit originali, & in hoc mundo ſine peccato vixit actuali. Cap. X.

PRimus pſalmus, prima vox Pſalterij dicit: Beatus vir, qui nõ abijt in conſilio im
Beatus vir ꝗ non &c. hic ẽ Chrs ſolus pioꝝ, & in via peccatoꝝ nõ ſtetit, & in cathedra peſtilẽtiæ nõ ſedit. Quis pręter
vnũ talis aut tantus vir? Et ꝗdem, ſi de peccatis actualibus agit, vt de ſanctis in-
terim taceam maximis atq; nouiſſimis, ꝗs dinumerare poſſit multitudinem par-
uuloꝝ innocentiũ, qui non abierũt in conſilio impioꝝ, & in via peccatoꝝ non ſteterũt,
& in cathedra peſtilentiæ non ſederũt? Sed ſi originale recogites peccatũ, nullus omni-
no eſt p̄ter hunc vnũ, nã in Adam (ait Apoſtolus) oẽs peccauerũt. Hic ergo eſt ille vir ve
re beatus, cuius cõceptio & natiuitas extitit ſecundũ operationẽ ſpũs ſancti, ꝗd pulchre
Roma. 5. inſinuatur per hoc dictum: Et erit tãquã lignũ quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquaꝝ.
Luc. 1. ¶Pluraliter nãq; decurſus aquaꝝ diuiſiones intelligimus gratiaꝝ ſpũalium, quæ omnes
Pſal. 1. ſimul in iſtũ deificum hominem, ſiue beatũ viꝝ, ab ipſo conceptionis initio diffuſæ ſunt.
At in alios homines, quicũq; illo digni ſunt, nequaquàm ſic vel tãta plenitudine, ſed lõ-
Decurſus aquaꝝ, diuiſiões ſũt gratiaꝝ ge & incomparabiliter minus donis diuiſiuis datæ ſiue diſtributæ ſunt. Veꝝ nos hac vi
ce pedem retrahamus mẽtis de iſtaꝝ profundo aquaꝝ. Propoſuimus eñ demonſtrare
breuiter in hoc pſalmo ſacroſanctã dñi & dei noſtri Ieſu Chriſti humanitatẽ, ꝗd abſque
peccato fuerit tam originali ꝗ̃ actuali, & hoc perficere nũc ſufficit ternis oppoſitiõibus
iſtis. ¶Non abijt in cõſilio impioꝝ, ſed in lege dñi voluntas eius. In via peccatorum nõ
ſtetit, ſed in lege domini meditabitur die ac nocte. In cathedra peſtilentiæ nõ ſedit, ſed
eſt vel erit tãquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum
ſuum dabit in tempore ſuo. Iam ergo duo oppoſita demonſtremus conſilia, quoꝝ iſti
terni effectus valde contrarij ſunt. Quod fuit conſilium impioꝝ, in quo abijt, id eſt, à deo
receſſit ille non beatus vir, ille vetus Adam? Nimiꝝ hoc, vt qui erat puluis præſumeret
Gene. 3. velle, vt eſſet ſicut deus. Quod econtra conſilium pioꝝ, in quo non abijt, id eſt à deo nõ
receſſit iſte beatus vir, iſte nouus Adam? Nimiꝝ, vt qui natura erat deus, in puluerẽ no-
ſtrum deſcendere dignaretur. Illud fuit conſiliũ ſpũs diaboli: Iſtud aũt cõſilium ſpiritus
dei. Inde oppoſitiones iſtæ, quas diximus, ternæ ſunt: quia ille ſecundũ conſilium illud a-
bijt, & iſtius volũtas ſecundũ conſilium iſtud fuit in lege domini: imo & ſicut Apoſtolus
Galat. 4 dicit ſub lege factus eſt, cum eſſet dñs legis. Ille in via peccatoꝝ ſtetit, malam quippe co
gitationem tãtæ ambitionis, opere demonſtrauit: iſte in lege domini die ac nocte medi-
ditatus eſt, vt ꝗd p̄figurabatur per legales cærimonias, verbi gratia, agni & vituli, cæte-
rorumq; huiuſmodi, in veritate ſuæ paſſionis impleret. Ille in cathedra peſtilẽtiæ ſedit,
id eſt, peſtilentiam mortis vtriuſq;: ſcilicet aĩæ & corporis, poſteris ſuis hæreditariã de-
reliquit: iſte aũt vt lignum fructiferum hunc fructũ in tempore ſuo dedit, vt comedẽtes
Iohan. 6 carnem & ſanguinem eius, ab illius cibi vetiti reati ſimus liberati.

Quod per intellectum Pſalmi ſecundi, hoc de Chriſto nobis annunciet ſpũs veritatis, quia propter obedientiã paſſus ſit pro peccatis noſtris, ſcilicet obediendo patri dicenti: Poſtula à me, nimirum moriendo. Hoc enim fuit poſtulare, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Cap. XI.

Pſal. 2 QVare ergo fremuerũt gẽtes, & populi meditati ſunt inania? Dixit enim quodã
loco Iudæis, & quod illis dixit oĩbus & gentibus & populis dixit & dicit: Quis
Iohan. 8 ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico, quare nõ creditis mihi? Quid
aliud ſibi vult p̄cũctatio iſta: quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati ſunt
inania? Idcirco taliter hunc pſalmũ ſecundũ primo vel præcedenti cõiungimus: ꝗa iu-
xta propoſitum, & hominem ſine peccato fuiſſe conceptum vel natum atq; conuerſatũ
Chrũs moriendo poſtulauit a p̄re gentes hęreditatẽ ſuam Chriſtũ dei filium, in illo primo agnoſcimus, & in iſto ſecũdo cauſam cur paſſus fuerit,
quã gẽtes & populi meditãtes inania non cognouerũt expoſitã intelligimus. ¶Ait eñ:
Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me & dabo tibi gẽtes hę
reditatem tuam, & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ. Audito verbo ꝗd dixit, poſtula à me,
modũ quoq; ſiue qualitatẽ poſtulationis debemus noſſe. Q̃uo niſi moriẽdo poſtulauit?
Pſal. 39 Humilitas proculdubio ſacroſanctæ eius paſſionis poſtulatio fuit, ſacrificiũ fuit, pręter
quod aliud holocauſtũ & pro peccato deus noluit. Eſt igitur ſenſus: Idcirco ego beatus
Iohã. 18. vir, ꝗ morti nihil debui, ꝗa peccatũ non feci, mortis debitũ ſolui, idcirco quãdo fremue
rũt gẽtes, & populi meditati ſunt inania, quãdo aſtiterũt reges terræ, & principes cõue-
nerũt in vnũ aduerſus dñm, & aduerſus me Chriſtũ eius: Idcirco, inquã, tacui, ſemper
ſilui, patiens fui, ꝗ poterã vſquequaq; dicere, quod ſemel dixi, ego ſum, & abierunt re-
trorſum, & ceciderũt in terrã, quia dominus pater dixit ad me: Poſtula à me, & dabo tibi
gentes



gentes hæreditatẽ tuã, & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ. ¶Ad hanc patris dictionẽ cum
multa conſonẽt, illud quoq; pertinet quod Eſaias inter cætera dixit: Si poſuerit pro pec Eſa. 53
cato animam ſuã, videbit ſemẽ longæuum, & volũtas dñi in manu eius dirigetur. Vnde
aũt mors eius tanti eſſet, aut tantũ valeret, niſi idẽ ipſe, qui homo in ſeculo natus eſt, de⁹
ante ſecula exiſteret? Propterea dicturus pater: Poſtula à me, præmiſit: Filius meus es tu Iohan. 12
ego hodie genui te. Cæteroꝝ quæ ſequuntur vſq; in finẽ pſalmi, ſumma hæc eſt, quam Matth. 28
dixit: Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Itẽ dixit: Data eſt mihi oĩs Pſal. 2
poteſtas in cœlo & in terra. Poteſtas vtiq; iudiciaria à dextris & à ſiniſtris, ꝗ̃ deſignatur
hoc breui verſiculo: Reges eos in virga ferrea, tanꝗ̃ vas figuli confringes eos.

Quod per intellectũ pſalmi tertij hoc de Chriſto nobis annũtiet ſpũs veritatis, ꝗa reſurrexit, & in cœlũ aſcendit, & hoc eſſe ꝗd dicit: Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi, &: Tu aũt domine ſuſceptor meus es. Cap. XII.

POſtquam fremuerunt gentes, & populi gentiles & Iudæi, vſq; dũ interimerent
eum, lætati ſunt, & multipliciter quaſi viciſſent gloriati ſunt, ipſam eius mortem
pro magno tenẽtes experimento, quod non fuiſſet à deo, ꝗd fuiſſet ſeductor, &
idcirco nomẽ eius periſſet, & nulla eſſet in deo ſalus eius. ¶At ille nunc mortuus Verba reſurgentis Chriſti
per triduũ loquebatur, & nũc vſq; viuẽs loquitur ea quæ cõtinet ſequẽs pſalmus: Domi-
ne ꝗd multiplicati ſunt ꝗ tribulãt me? Multi inſurgũt aduerſum me, Multi dicũt animæ Pſal. 3
meæ, nõ eſt ſalus ipſi in deo eius, & cætera vſq;: Dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi.
Quis niſi dormiens dormitione peccati, & ſoporatus alto ſopore fallaciæ, non agnoſcit
hãc vocẽ reſurgẽtis, hæc eſſe verba reſurrectionis. ¶Ergo ꝗd ſequitur: Nõ timebo milia
populi circũdãtis me, exurge dñe, ſaluũ me fac deus me⁹, vox ẽ aſcẽdẽtis & euntis ſedere Verba in
à dextris dei. Vtrũq; aũt, ſcilicet & reſurrectionem & aſcẽſionem vno verſiculo breuius cœlũ aſcẽdentis
præſtrinxerat, dicens: Tu autem domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltãs caput
meum. Cuius verſiculi Petrus Apoſtolus taliter ſenſum expreſſit glorioſum: Hunc Ie- Acto. 2
ſum ſuſcitauit deus patrum noſtrorum, & principem ac ſaluatorẽ exaltauit dextera ſua,
ad dandam pœnitentiam & remiſſionem peccatorum. ¶Fecimus quod propoſuimus,
ſcilicet demonſtrare iam in initio Pſalterij Dauidici quatuor ſacramenta hæc, quorum
ſine fide nullus viuit, incarnationẽ, paſſionẽ, reſurrectionẽ atq; aſcenſionẽ Ieſu Chriſti
filij dei, vt ordine lucido ad illum diem proceſſionis ſpũs ſancti perueniremus, cuius gra
tiam ſonat is qui continuo ſequitur pſalmus quartus.

Quod per intellectũ pſalmi quarti, ꝗ ſic incipit: Cũ inuocarẽ exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ, in tribulatiõe dilataſti mihi, hoc de Chriſto nobis annũtiet ſpũs veritatis, ꝗa fecit ſicut promiſit, dicẽs: Et gaudebit cor veſtrũ, & gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis. Cap. XIII.

CVm inuocarem exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi.
Huius quippe verſiculũ pſalmi ſuperius ſuſceptũ habuimus: Signatũ eſt ſuper
nos lumen vultus dñe, dediſti lætitiã in corde meo: & hoc dilato, paululũ di-
greſſi, tetigimus pſalmos ſuperiores, vt demonſtraremus, ꝗa ſacramentoꝝ ſalu
tis noſtræ miro modo & latet & ſplendet hic in prophetia lucidus ordo. ¶Quærimus Vox ẽ apoſtoloꝝ accepto ſpũ ſancto
ergo, Nonne voces quarti huius pſalmi conuenit rei geſtę, & voci illius diei, quo ſpũs ſan
ctus de cœlo veniẽs, orantes diſcipulos dñi lætificauit, ita vt dicere congruat cõuentui
illi, & omni eccleſiæ ſequenti: In tribulatione dilataſti mihi, miſerere mei, & exaudi ora-
tionem meã? Omnes enim perſeuerantes erant vnanimes in oratione, cũ mulieribus, & Acto. 1.
Maria matre dñi Ieſu, & fratribus eius. Nonne ita contigit illis, vt ſonat iſta vox ſpirit⁹
prophetici: In tribulatione dilataſti mihi? Eatenus quippe non latũ, imo valde anguſtũ
fuerat eoꝝ & cor, & os? Q̃uo anguſtũ cor? Homines ſine literis erãt, & idiotæ. Q̃uo an-
guſtũ os? Vnius habebãt ruſticitatẽ linguæ Hebraicæ, ita vt loquẽtes ex idiomate ſuæ lo
cutionis, ſtatim fierent manifeſti ꝗd eſſent Galilæi. Qui ſic anguſti fuerãt cordis & oris,
ita dilatati ſunt, vt & ſcripturas intelligerẽt, & loquerẽtur linguis, & ꝗd maximũ eſt, non
in pace, ſed in p̄ſecutione. Ibant eñ gaudẽtes à conſpectu concilij, quoniã digni habiti
ſunt pro noĩe Ieſu contumeliã pati. ¶Magna & mira dilatatio illoꝝ, ꝗ vnanimiter per- Acto. 5
ſeuerantes in oratione ſecundũ iſtã vocẽ propheticã: Miſerere mei, & exaudi orationẽ
meã, ſic exauditi fuerãt, vt in corde ſcripturas, in ore linguas, in vtroq; adepti conſtãtiã,
loquerentur magiſtratibus, dicerẽt tam plebi ꝗ̃ ſenioribus: Filij hominũ vſquequo graui Pſal. 4
corde, vt ꝗd diligitis vanitatẽ, & quæritis mendaciũ. Scitote qm̃ mirificauit dñs ſanctũ
ſuũ. Quid enim aliud verba illa ſapiũt, viri Iſraelitæ deus patrum noſtrorum glorifica- Acto. 3
uit filium ſuũ Ieſum, & cætera vſq;: Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleanť ve-
ſtra peccata. Et quàm pulchre quod hic ſcriptũ eſt in pſalmo: Iraſcimini & nolite pecca
re, & quod illic dicit Apoſtolus Petrus: Pœnitemini, vt deleantur veſtra peccata, vnum

 ideq;

Mendaciũ q̊d q̄rebãt Iudæi
Matth. 28

idemq́ꝫ ſignificat. ¶Item per hoc quod hic ſcriptũ eſt, vt q̃d diligitis vanitatem & quæritis mendaciũ: quam recte illud arguitur mendaciũ, q̊d iam ante illum diẽ, quo prædicare cœperũt apoſtoli, diuulgatũ erat apud Iudæos: mendaciũ inquã, & quod quæſierant emerant data militibus pecunia copioſa, vt dicerẽt, q̃a diſcipuli eius venerũt nocte & furati eũ ſunt, nobis dormiẽtibus. Sed iam omiſſa multitudine eoꝝ, quæ hinc dici poterant, propoſitum pro agnitione ſanctæ trinitatis, pertractemus verſiculum.

Iteꝝ de verſu pſalmi quarti: Signatũ eſt ſuꝑ nos lumẽ vultus tui dñe, q̊d vultus dñi ſit filius dei, & q̊d lumen vultus dñi ſit ſpũs patris & filij. Cap. XIIII.

Dñs pater, vultus ei⁹ fili⁹, lumẽ vult⁹ ſpũs ſanctus.

SIgnatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, dediſti lætitiã in corde meo. Dominus cui hæc dicũtur, ſignatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, ipſe eſt pater: vultus domini, ipſe eſt filius patris: Lumen vultus dñi, ipſe eſt ſpũs ſanctus patris & filij. Filius idcirco recte dictus vultus dei patris, quia ſicut in vultu alicuius hominis affectio lætitiæ vel mœroris poteſt percipi, ſic per filiũ volũtas dei patris mũdo innotuit. Lumẽ vultus domini: idcirco recte intelligimus, ſpiritũ ſanctũ patris & filij, q̃a ſicut lumẽ alicuius rei valde lucentis viã vel proſpectũ pandit corporalibus oculis: Verbi gratia, ſicut claritas ſolis, depulſa caligine noctis, nobis efficit diẽ, ſic ſpũs ſanctus, depulſis ignorãtiæ tenebris, docet nos omnẽ veritatẽ, q̃a per ipſum & filiũ ſcimus, & patrẽ, & ipſum cognoſcimus ex vtroq; procedentẽ. ¶Quis, quando, & vbi ſignauit ſuper nos hoc lumen vultus tui domine? Dominus Ieſus Chrũs, quando adhuc latebat vultus tu⁹ in illa humanitate vt crucifigi poſſet, niſi eñ latuiſſet, niſi ſe cõtinuiſſet, & ceſſaſſet dicere, ego ſum, oẽs abirẽt retrorſum, & caderẽt in terrã, nec poſſent cõprehendere eũ. Dominus (inquã) noſter Ieſus Chriſtus, cũ adhuc ſic lateret in carne eius vultus tuus, ſignaturũ ſe promiſit ſuꝑ nos hoc lumẽ vultus tui, & continuo ſignauit, vt vere pontifex ſummus pro iure officij ſui, cuius eſt ſignare, non ſolam frontem corporis, verũetiam frontẽ aĩæ credentis. Dixit enim ipſa nocte qua tradebatur, mittã vobis paracletũ ſpiritũ veritatis, qui à patre procedit, & multa huiuſmodi ad diſtinctionẽ pertinentia trium perſonarum patris & filij & ſpũs ſancti. Et deinde ipſa qua reſurrexit die, ſtans in medio diſcipuloꝝ, præmiſſo bono pacis nuncio, quam fecerat inter deũ & homines, inſufflauit & dixit: accipite ſpiritũ ſanctum, ſcilicet in remiſſionẽ peccatoꝝ. Sequitur enim, quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis. ¶Et die pentecoſtes miſit eundẽ ſpiritũ in diuiſiones gratiarum multis choruſcantibus miraculis. Ita ſignatũ eſt habẽtes ſuꝑ ſe lumẽ vultus tui dñe, cœperũt eadẽ die vocare alios, & adducere, vt ſignaretur ſuper eos idipſum lumen, per ipſorum miniſterium & manuum impoſitionem. Eadem quippe die, q̃ receperunt ſermonem, baptizati ſunt, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria milia.

Chrũs vt vere põtifex, ſignauit ſuper nos lumen vult⁹ dñi.
Iohã. 18.
Iohan. 15.
Iohan. 20.

De varietate in eodẽ pſalmo ſingularis & pluralis numeri, q̊d ſingularitas credẽtiũ ſit, habentiũ vnũ ſpiritũ & vnam fidem: Pluralitas aũt ſiue multitudo, illoꝝ ſit qui ſunt contra vel extra hanc vnitatem. Cap. XV.

In credẽtibus cor vnũ & aĩa vna. In nõ credẽtibus varij & cõtrarij ſenſus.
Pſal. 4
Acto. 4

ET vide, q̃ pulchre credentes à non credẽtibus ſpũs propheticus diſtinxit ipſo modo locutionis. Nam de non credentibus dixit: Multi dicũt q̃s oſtendit nobis bona, de multitudine vero credentiũ quandã vnionem factam inſinuans, cũ dixiſſet: Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, protinus vti maluit ſingulari numero, dicẽs ex perſona ipſoꝝ: dediſti lætitiã in corde meo. Et recte, q̃a multitudinis credentiũ, erat cor vnum & anima vna. ¶Quam videlicet vnitatẽ cordis & animæ, illud quoq; aduerbiũ pulchre exprimit, quoniã tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Ipſe nãq; ſpũs ſanctus de multis efficit vnũ. Qui aũt hunc nõ habẽt multi, imo & econtra ſemetipſos ſenſibus diuerſis, & in pleriſq; cõtrarijs per ſectas diuiſi ſunt. Quid ergo eſt, q̃ præmiſſo in pace in idipſum dormiam & requieſcã, cauſam ſiue rationẽ iſtã ſubiũgit, q̃niam tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me, niſi ac ſi diceret: idcirco q̃a nũc ſtudeo ſingularitati ſiue vnitati huic, de qua & Apoſtolus dicit: Sicut eñ in vno corꝑe multa mẽbra habemus, oĩa aũt mẽbra nõ eundẽ actũ habẽt: ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter alterius mẽbra, & cætera, vſq; idipſum inuicẽ ſentientes, nõ alta ſapiẽtes, ſed humilibus cõſentiẽtes. Quã vnitatẽ facit vnus ſpũs, & vna fides, idcirco, inquã illuc me ſpero peruentuꝝ, vbi dormiam & requieſcã, in tãta pace, quãtã intelligi vult dictio hæc, qua dixi, in idipſum. ¶Pro huiuſmodi ſenſu variatur modus locutionis, ſecũdũ varietatẽ ſingularis & pluralis numeri, vt cũ pluraliter dixerit: ſignatũ eſt ſuꝑ nos lumẽ vultus tui dñe, ſtatim ſingulari dictione dicat: dediſti lætitiã in corde meo: rurſumq́ꝫ cũ dixerit plr̃: à fructu frumẽti, vini & olei ſui multiplicati ſunt, ſtatim ex ꝑſona diuerſæ multitudinis eoꝝ q̃ꝝ eſt vel eſſe debet cor vnũ & aĩa vna, ſiue vnus ſpũs & vna fides, ſtatim ſingulariter dixit: in pace in idipm̃ dormiã & requieſcã. Poteſt q̃dẽ de reprobis ſiue terre-

Roma. 12



Iohan. 12.

terrenis dictũ intelligi: A fructu frumẽti, vini & olei multiplicati ſunt, vt ſit ſenſus vituperationis, q̊d gratulent in huiuſmodi, & multiplicati ſunt à terrenis dinitijs, ſed nihilominus ecõtra venerabiliter accipit, quod ex eo multiplicati ſint, q̊d Chriſtus tanq̃ granum frumẽti cadẽs in terrã, mortuũ fuerit, & duo data ſpũs ſancti, de q̃bus iam ſæpe dictum eſt, tanq̃ fructũ vini & olei. * ¶Hæc vnitas, ſiue ſingularitas, quæ in iſto pſalmo, & in pleriſq; ſanctoꝝ loquit, ipſa eſt, quam poſtulabat ipſe dñs Chriſtus ipſa nocte qua tradebatur: Pater ſancte (inq̃t) ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint vnũ ſicut & nos. Item: Non pro his rogo tantum, ſed & pro eis, q̃ credituri ſunt ꝑ verbũ eorum in me, vt omnes vnũ ſint ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnũ ſint, & cætera, quæ ita finiuit, vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis, quã videlicet dilectionẽ, non aliud q̃ ſpiritum ſanctum oportet intelligi.

Addo, multiplicaue rit credẽtibus in ſe.
Iohan. 7.

Iteꝝ quo hæc dicit vnitas: Dediſti lætitiam in corde meo, & q̊d vbi ſpũs ſanctus inhabitat, illic ſempiterna ſit & inenarrabilis lætitia. Cap. XVI.

Lætitia patris, & filij, ſpũs ſanctus eſt.

O Vtinam quoniã nõ vacat, neq; propoſitum eſt per ſingula diſcutere, quæ hic dicta ſunt ab hoc vno, ſaltem vnius dicti huius ſenſum penetrare liceat, quod dixit: Dediſti lætitiã in corde meo. Sed q̃s penetrare poſſit, niſi qui eandẽ lætitiam accepit? hoc interim ſcire & dicere poſſumus, q̃a lætitia hæc ſpũs ſanctus eſt. Plane ſpũs ſanctus, ſicut lumen vultus dñi, ſic recte dicitur, & eſt lætitia patris & filij, vbi ſpũs ſanctus inhabitat, illic ſempiterna & inenarrabilis eſt lætitia, nec aliud q̃ ipſa eſt lætitia quam importat. ¶Dauid ipſe, per quem hæc dicta ſunt, lætitiã iſtam expertus fuerat, etenim pleno cornu acceperat, ſicut ſcriptũ eſt: Imple (ait dñs ad Samuelẽ) cornu tuũ oleo, & veni, vt mittã te ad Iſai Bethleemitem, prouidi eñ in filijs eius mihi regem. Tulit igitur Samuel cornu olei, & vnxit eũ in medio fratrũ eius. Et directus eſt ſpũs dñi in Dauid, à die illa, & in reliquũ. Veruntamẽ ad horã ſibi lætitiã hanc diminuit, & (vt verbis vtar Apoſtoli dicẽtis: Et nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctũ dei) tunc ſpiritũ ſanctũ ipſe cõtriſtauit, quãdo in Vriam Ethæũ peccauit. Quod ſciens ipſe & ſentiẽs: Redde, inquit, mihi deus lætitiã ſalutaris tui. ¶Sciunt ſancti hoĩes, q̃ꝝ pectora ſunt habitacula ſpũs ſancti, q̃uo fiat illud, q̊d Apoſtolus fieri non vult, dicẽs: Et nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctum dei, in quo ſignati eſtis in die redẽptionis. Eſt eñ quidã tactus eiuſdem ſpũs ſancti, quo interdũ ſenſibiliter hominẽ tangit, dũ vult eũ ſuſcitare ad operandũ, vt nõ negligat gratiam quã ipſe cõtulit illi. Qui ſi mẽte quieta tũc incedit, aut in ſecreto ſecũ eſt, ſiue ſomnõ indulgẽs pro tẽpore, ſiue peruigil: blandũ vtiq; & ſuauiſſimũ tactũ illũ perſentit, tanq̃ familiarẽ appellationẽ præſentis amici. Quod ſi aliter eſt, ſi verbi gratia, feſtuca irruens mẽtis oculũ turbauit, & ꝑ hoc nondũ ſatisfecit: tũc ille tactus & tardior accedit, & aſperior eſt ſenſui, ita vt dicere cõſcientia nõ dubitet: Ecce contriſtatus eſt ſpũs ſanctus dei. Quanto magis cõtriſtatus fuerat ſpũs dñi, & dicere habebat Dauid: Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, propterea q̃a venit peregrinus, ſcilicet diabolus, à regno, ciuitate dei longe alienus ad diuitẽ Dauid, & ille parcẽs ſumere de ouibus & de bobus ſuis, vt exhiberet cõuiuiũ peregrino illi, tulit ouem viri pauperis, & ꝑparauit cibos homini, q̃ venerat ad ſe.

1. Regũ. 16
Ephe. 4.
2. Reg. 12
Pſal. 5.
Ephe. 4.
2. Reg. 12

Admiratio quã ſapiẽter ſignatus fuerit liber, donec illum agnus aperiret, & de eo quod dicit beatus Iob, q̃ cõmouet terram de loco ſuo, q̃ præcipit ſoli & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Cap. XVII.

Lib. ſapiẽter ſignat⁹ ante aduẽtũ Chriſti.
Apoc. 5

ECce dum in hoc quaſi magnæ domus veſtibulo, & ꝑſpecto frontis ſplendore, ſimilẽ imo & maiorẽ, & interiori amplitudine proſpicimus claritatẽ ſancti nominis tui, trinitas deus, quã adoramus, cui cũ iſto pſalterio pſallimus: admiramur q̃ ſapiẽter ſignatus fuerit liber, anteq̃ agnus illũ acciperet, & ſignacula eius ſolueret, & q̃ fortiter etiã nũc teneat clauſus illi, q̃ propter incredulitatẽ ſuã intus legere indignus eſt. Et reuera q̃ ſapiẽter cautũ eſt, vt nõ diceret in iſtis maioribus, q̊d dicere ſolent Prophetæ in minoribus: Hæc dicit dñs deus exercituũ, ecce ego adducã ſuꝑ vos gẽtem de longinquo, domus Iſrael, ait dñs. Hæc dicit dñs deus exercituum, deus Iſrael, bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra. Quis eñ tũc portare poſſet, vt iſte ſimiliter loqueretur in iſtis maioribus, Exẽpli gratia, vt diceret: Hæc dicit dñs exercituũ, deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti. Hæc dicit dñs: Foderunt manus meas, & pedes meos. Hæc dicit dñs: Diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea, & ſuꝑ veſtẽ meã miſerũt ſortẽ. ¶Bene ergo liber ſignatus eſt, omiſſis eiuſmodi dictionibus, & ſacramẽta importabilia dicturus, iſte primus aſſumpſit perſonã eius, de q̊ loquebat, vt interim negligẽter attendẽtibus, de ſemeipſo loqui videret, cũ in eo loqueretur Meſſias, id eſt, Chrũs. Quẽ & ſæpius nominat verbũ q̃ filiũ, quatenus eiſdẽ trinitatis abſcondat ſacramẽtũ, vt illic: Verbo dñi cœlo firmati ſunt, & ſpũ oris eius oĩs virtus eoꝝ. Cuius verſiculi longe ſuperius mentionẽ fecimus, cũ de angelica creatura loqueremur. ¶Hoc (inquã) admiramur, & in ipſa admiratione,

Hiere. 5
Idem. 7.
Pſal. 12.
Pſal. 32.

tione, quæ tãta eſt, vt ad eã explicandã nullus ſermo noſter ſufficere poſſit, ecce opportu
Iob. 6 ne quaſi poſt tergũ vocẽ audimus beati Iob dicẽtis: Sapiens corde eſt, & fortis robore.
Quis reſiſtit ei, & pacẽ habuit? Qui trãſtulit mõtes & neſcierũt hi q̃s ſubuertit in furore
ſuo, Qui cõmouet terrã de loco ſuo, & colũnæ eius concutiẽt, Qui p̃cipit ſoli & nõ ori
tur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Hãc vocẽ ecce audiuimus, dũ in cõtemplatione
Qui trãſtulit montes id eſt, prophetas & apoſtolos in omniũ gentiũ linguas
claritatis, q̃ in pſalmis lucet, ſtãtes miraremur. ¶ Qui nã ſunt mõtes q̃s trãſtulit deus, pro
quorũ trãslatione & ſapiẽs corde, & fortis robore merito p̃dicetur? putas ne Apoſtoli,
de q̃bus recte intelligitur dicẽs alibi: Et trãsferentur mõtes in cor maris, id eſt, in mediũ
gentiũ tranſibũt à Iudæis? Et q̃dẽ mõtes ipſi, ſed nõ ſoli q̃s deus trãſtulit. Moyſes quoq;
& iſte Dauid, & oẽs prophetæ montes ſunt, nõ pro vlla mole corporũ ſuorũ, ſed pro e-
minẽtia ſcripturarũ, quas inſpirãte ſpiritu ſancto ſcripſerũt. Qũo vel vnde, & quo mon-
tes iſtos tranſtulit deus? Nimirum dando genera linguarũ tranſtulit eos, id eſt ſcripturas
Pſalm. 45. eorũ p interpretes ſuos de vna lingua hebraica, in græcã & latinã. ¶ Factũ eſt mirabili iu
dicio, vt legant & ſciant oẽs gentes, neſciant aũt hi, quos ſubuertit in furore ſuo, ſcilicet
Iudæi, penes q̃s eædem ſcripturæ cõditæ ſunt, quorũ propter perfidiã excæcauit oculos.
Nec ſolummodo ita ſubuertit, verũ etiã in oẽs gentes captiuos diſperſit: ita vt iam nõ ſit
Iob. 9 eis propheta, neq; princeps, neq; dux, Hoc bene intelligitur in eo q̃d protinus ait: Qui
cõmouet terrã de loco ſuo & columnæ eius cõcutientur. ¶ Statimq; ſubiungit: Qui prę-
cipit ſoli & nõ oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Habẽt eñ, & ſecũ captiui ba-
iulant ſcripturas legis & prophetarũ & pſalmorũ: Chriſtum aũt non habent, in quẽ oẽs
Addo, ſcripturas, & nõ habere
ſcripturæ tendũt. Et q̃d eſt habere *ſcripturarũ intentionẽ: niſi quodãmodo habere cœ-
lum, & nõ habere ſolem? Et q̃d eſt legere & nolle intelligere prophetas: niſi quaſi ſub ſi-
gnaculo clauſas cõtinere ſtellas? Hoc deus idcirco præcipit, q̃d ſol iſte non oriatur illis,
& huiuſmodi ſtellas idcirco quaſi ſub ſignaculo claudit, q̃a cæcitas eorũ non tã ex igno-
Pſal. 86 rantia deſcẽdit, q̃ ex inuidia: propter q̃d & præcepto huic, quo p̃cipit ſoli vt nõ oriatur
illis, ſecure, imo & laudabiliter cõcedimus, dicẽtes cum Pſalmiſta ex ipſius ſolis pſona:
Obſcurent oculi eorũ, ne videãt, & dorſum eorum ſemper incurua.

De eo q̃d Salomon dicit: Quis ſuſcitauit oẽs terminos terræ, q̃d nomẽ eſt eius, &
q̃d nomẽ filij eius ſi noſti: itẽq;, væ ſoli, quia cũ ceciderit non habet ſubleuantẽ, &
cætera: poſt quæ ſubiungit, funiculus triplex difficile rumpitur. Cap. XVIII.

SAlomon filiũ patris ſic manifeſta voce expreſſit, vt diſſimulare nõ poſſint ſupra-
dicti veritatis inimici, q̃ in vnitate diuinitatis pſonarũ diſtinctionẽ audierint. Ait
eñ: Quis aſcẽdit in cœlũ? aut q̃s deſcẽdit? Quis cõtinuit ſpiritũ in manibus ſuis?
Quis colligauit aquas quaſi in veſtimẽto? Quis ſuſcitauit omnes terminos terrę?
Quod nomẽ eſt eius? & q̃d nomẽ filij eius ſi noſti? Statimq; ſubiũgit: Oĩs ſermo dei igni
tus, clypeus eſt ſperãtibus in ſe. Quod idẽ eſt ac ſi apertius diceret: Nomẽ filij eius verbũ
Prouer. 30 eſt, & ab hoc fonte manãs oĩs ſermo dei: quẽ locuti ſunt ſancti hoĩes, ſpũ ſctõ inſpirati:
2. Petri. 1 protegit ſperãtes in ſe, ſicut ſperabat ille q̃ dixit: Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo
Pſal. 118 mihi ſpem dediſti. ¶ Idẽ Salomon volẽs nunq̃ eẽ hoĩem abſq; ſocietate, ſine meditatiõe
Eccl. 4 ſermonis dei, dixit: Vę ſoli, q̃a cũ ceciderit, nõ habet ſubleuãtẽ. Et ſi dormierint duo, fo
uebunt mutuo, vnus qũo caleſiet? & ſi q̃ſpiã p̃ualuerit cõtra vnũ, duo reſiſtũt ei, Statimq;
ſubiũxit: Funiculus triplex difficile rũpit. Quæ ſentẽtia, nõne ſecũdũ ſcripturã ſupra me-
moratã ſtella eſt quaſi ſub ſignaculo clauſa? Eſto eñ, vt q̃ſpiã illorũ q̃ ſecũdũ ſenſum e-
Prouer. 30 iuſdẽ Salomonis, dicũt: Stultiſſimus ſum virorũ, & ſapiẽtia hoĩm nõ eſt mecũ, nõ didici
ſapiẽtiã, & nõ noui ſciẽtiã ſctõrũ: ita ſit hõ idiota & ſine literis, vt nõ poſſit habere medita
Cant. 5. tionẽ ſermonis dei, & dormire cũ illo dormitiõe illa, de qua in Cãticis dilecta, ego, inq̃t,
dormio & cor meũ vigilat? At ſaltẽ memoriter põt tenere nomẽ dñi, in q̃ ſignatus ẽ, no
Eccl. 4 men patris & filij & ſpũs ſancti. Plane hic eſt funiculus triplex, q̃ difficile rũpitur. Dor-
miat ergo cũ noĩe iſto, & nõ erit ſolus. Nõ dixit, de iſtis duobus loquẽs, nunq̃ cadet vnus
ex iſtis duob⁹, ſed dixit: ſi vn⁹ ceciderit, ab altero fulciet. ¶ Nõ inquã, dixit, funiculus tri-
plex, nunq̃ rũpitur, ſed dixit, funiculus triplex difficile rũpitur. Nõ eñ nunq̃ cõtigerit, vt
is q̃ habet dilectionẽ ſiue meditationẽ noĩs dñi, cadat, oblitus ad horã triplicis, de q̃ pen
debat funiculi. Nã & Dauid cecidit, ſed cũ ceciderit, reſurget, reparata virtute p inuoca-
tionẽ eiuſdẽ nominis dñi: atq; ita fit quod hic dixit, & ſi quiſpiã p̃ualuerit cõtra vnũ, duo
Prouer. 18. reſiſtũt ei. Hinc & alibi dicit: Turris fortiſſima nomẽ dñi: ad ipſam currit iuſtus, & exal-
tabitur. Subſtãtia diuitis, vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundãs eum.

Tria eſſe, ſcilicet fidẽ, ſpem, charitatẽ, per quæ homo perducit ad ſimilitudinem
dei, iuxta propoſitum eius dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitu
dinem noſtram, & ſecundum hæc tria feciſſe Salomonem tres libros, Parabolas,
Eccleſiaſten, Cantica Canticorum. Cap. XIX.

Tria



TRia ſunt per quæ perducit homo ad dei ſimilitudinẽ, iuxta propoſitũ eius di-
cẽtis: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Hæc tria ſunt, fi- Gene. 1
des, ſpes, charitas. Nam ad imaginẽ dei homo creatus eſt in eo q̃d rationalis ẽ.
Porro ad eiuſdẽ creatricis trinitatis peruenit ſimilitudinem habendo tria hæc,
fidem, ſpem & charitatẽ. Secundũ hæc tria, Salomon tres fecit libros, ſcilicet librũ Para
bolarũ ſiue Prouerbiorũ, Eccleſiaſten, & Cantica canticorũ. Librum quippe Prouerbio-
rũm ſcripſit ad inſtruendam fidem, Eccleſiaſten ad corroborandã ſpem, Cantica canti-
corum ad dilatandã charitatem. Et omnis quidẽ ſcriptura diuinitus inſpirata in hoc ip-
ſum tendit, ſed in iſto trium librorũ ordine hoc maxime delectat intueri, q̃a ſecundũ or- Primus hõ charitatem ſpẽq; & fidẽ perdendo p̃didit ſimilitudinem dei
dinem harum virtutum trium ſunt cõpoſiti ſiue diſpoſiti, ſcilicet fidei, ſpei & charitatis.
¶ A quibus primus homo excidens, amiſit gloriam ſimilitudinis dei, tali ordine, vt amit
teret charitatẽ, non teneret ſpem, non haberet fidẽ. Primũ nãq; exigebatur ab eo chari-
tas dei, in eo q̃d cũctis animãtibus eũ deus diſſimilem fecit. Et q̃a nõ inueniebatur ei ad-
iutor ſimilis eius: Faciamus (ait) ei adiutoriũ ſimile ſui, videlicet ad propagandã ſobolẽ
tam multã, tãtæq; beatitudinis, vti eſſent ſimiles angelis, tulitq; eũ & poſuit in paradiſo Gene. 2
voluptatis. Pro tãtis beneficijs nullũ rependit officiũ charitatis, nullam vocẽ gratiarum
actionis. Deinde ſpes ab ipſo exigebatur in illa poſitione præcepti: Ex omni ligno para-
diſi comede, de ligno aũt ſcientiæ boni & mali ne comedas. Sperare eñ debuit homo ra
tionalis, vt diceret: Si tanta deus contulit gratis, nonne ſi p̃cepta obſeruauero maiora da
bit? At ille nõ in dño ſperauit, ſed ſibimet placens, quaſi liber, & ſicut deus eẽ voluit. Niſi
eñ hunc tumorem intus habuiſſet, foris tentatus nõ tam facile cederet. Fides ab illo exi- Gene. 3
gebatur, dicẽdo: In quocũq; die comederis ex eo, morte morieris. At ille dicto huic fidẽ
non adhibuit, imo ſerpẽti magis credidit dicenti: Nequaq̃ morte moriemini, & voci ma
læ credulæ mulieris, plus q̃ voci dei obediuit. Itaq; vetus ille Adam à charitate, ſpe, fide
excidens, ſe & poſteritatẽ ſuã defraudauit, & longe fecit à ſimilitudine beatæ trinitatis.
¶ Et econtra nouus Adam, reciprocis gradibus p fidẽ, ſpem & charitatẽ nos reforma- Nou⁹ Adã nos reparauit
uit, & ad eandem ſimilitudinem dei, & omnis (vt iam dictũ eſt) ſcriptura diuinitus inſpi-
rata ad hoc intendit, maxime autem ſiue manifeſtius tres iſti libri Salomonis. Quod vt
demonſtremus, libet aliquantiſper immorari.

De eo q̃d ait in Parabolis: Sapiẽtia ædificauit ſibi domũ, excidit colũnas ſeptem,
quodq; dñs poſſedit me initio viarũ ſuarũ, & cætera vſq;: Cũ eo eram cũcta
cõponens, &: In principio erat verbũ, Omnia per ipſum facta ſunt, vnũ
& eundem habeat ſenſum. Cap. XX.

PRæmiſſis paucis, quæ ad captandã attentionẽ, docilitatem atq; beneuolentiã p- Prouer. 1.
tinent. Primus eſt actus in Parabolis, mundare animam per doctrinã moralita-
tis, quatenus accipere poſſit myſteriũ fidei, ſic incipiendo: Fili mi ſi te lactauerint
peccatores, ne acquieſcas eis. Si dixerint: veni nobiſcũ, inſidiemur ſanguini &c.
Quæ diligenter quis attendens, cito animaduertit, hanc eius eſſe intentionem, quatenus Iohã. 5.
mundet vas à cœno peccati, ſiue ab amore ſeculi, vt poſſit pretioſam recipere ſubſtantiã
fidei, aliter eñ non poteſt fieri. Hinc ipſe dñs Iudæis dixit: Quomodo poteſtis vos cre- Matth. 21.
dere, q̃ gloriã ab inuicem accipitis, & gloriã quę à ſolo deo eſt nõ quæritis? Quãto magis
dicere poterat: qũo poteſtis vos credere q̃ inſidiamini ſanguini, & abſconditis tendicu
las cõtra inſontẽ, & dicitis: deglutiamus eũ ſicut infernus viuentẽ, & integrũ quaſi deſcen
dentẽ in lacũ, omnẽ pretioſam ſubſtantiã reperiemus, iuxta illud: Hic eſt hæres, venite
occidamus eũ, & noſtra erit hæreditas? Et alibi Euãgeliſta dicit: Ipſe aũt Ieſus non cre
debat ſemetipſum eis, eo quod ipſe noſſet omnes, & q̃a opus ei non erat, vt quis teſtimo Ephe. 5. Roma. 8.
nium perhiberet de hoĩe, Ipſe eñ ſciebat q̃d eſſet in homine. Quia ergo non eſt locus a-
pertus fidei, niſi prius vaſa mũda ſint ab amore ſeculi, ab auaritia q̃ eſt ſimulachrorũ ſer-
uitus, cæteriſq; vitijs criminoſis, maximeq; à prudẽtia carnis, q̃ inimica ẽ deo, & ab ęſti
matione ſapiẽtiæ ſecularis, q̃ magis garrula loquacitas, q̃ ſapiẽtia debet nũcupari. ¶ Pul
chre ab hmõi prius reuocat filiũ, quẽ vocare vult ad intellectũ fidei, eandẽ ſapientiã ſe-
culi fugiendam eſſe clamans ſemel & iterum ſub nomine meretricis, primo ſic incipiẽs. Prouer. 5.
Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Et iterum ſic repetens: Dic Ibidẽ. 7.
ſapiẽtiæ, ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, vt cuſtodiat te à muliere ex
tranea, & ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit. De feneſtra enim domus meæ per cancel
los proſpexi, & cætera vſq;: Multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfe-
cti ſunt ab ea, viæ inferi domus eius penetrantes interiora mortis. ¶ Et quæ miro mo
do, & in litera denotant mulieris meretricis odioſam procacitatem, & in myſterio ma-
xime deteſtãtur ambitioſam atq; ventoſam mũdanæ ſapiẽtiæ loquacitatẽ. Tum demũ
ſemetipſam credẽs his à quibus audita eſt, & q̃rũ adquiſiuit beneuolentiã, iterũ exclamãs

 inter

inter cætera dicit:Audite qm̃ de rebus magnis locutura ſum,& aperient labia mea vt re
cta prædicēt,veritatē meditabit guttur meū.Quibus de rebus magnis loqueris?Quæ re
Proue.8 cta,quã veritatē prædicabitis?Dñs(ait)poſſedit me in initio viaꝝ ſuaꝝ,anteq̃ quicq̃ fa
ceret à principio.Ab æterno ordinata ſum & ex antiquis,anteq̃ terra fieret.Quãdo ꝑ
Prouerb.9 parabat cœlos aderã,& cætera vſq;:Nunc ergo filij audite me.Paucisq́; interpoſitis ait:
Sapientia ædificauit ſibi domũ, excidit columas ſeptē,immolauit victimas ſuas,miſcuit
vinũ & propoſuit mēſam.¶Nõ res iſte,res eadē ſunt quas Iohãnes Euãgeliſta voce cla
riſſima manifeſtius enũtiauit,dicēs:In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, &
deus erat verbũ.Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil,& verbũ caro fa
ctum eſt,& habitauit in nobis?Paululũ voces ſiue nomina & verba differũt, ſed res eæ
dem ſunt.Hic ſapiētia,illic verbũ.Hic initiũ viaꝝ,illic principiũ.Hic ego ſapiētia cõce
pta eram,illic nõ factũ eſt,ſed erat verbũ,ait Euãgeliſta.Hic cũ eo erã,inqt, cũcta cõpo
Iohan.2. nens,illic dictũ eſt:Verbũ caro factũ eſt,omnia per ipſum facta ſunt.Hic taliter dictum
eſt:Sapiētia ædificauit ſibi domũ,illic dictũ eſt:Verbũ caro factũ eſt,& ipſam carnē ver
bum incarnatum,ſuũ nominat tēplum.Hic taliter dictũ eſt:Excidit colũnas ſeptē, illic
certum eſt,in tēplo corporis dominici habitare ſeptē ſpũs.Hic taliter dictũ eſt: Immo
lauit victimas ſuas,miſcuit vinũ,& propoſuit mēſam, illic taliter factũ eſt, ſicut experti
ſumus,& experiunt oēs,q propriũ corpus ſuũ tradidit in mortē & in cõmemorationē
mortis eiuſdē quotidie proponit nobis panē & vinũ,corpus & ſanguinē ſuum.

Quod ſecundum ſimilitudinē feſſi viatoris frequēs intercifio librorum,
feſſum releuet animũ ſcribentis. Cap. XXI.

Similitu-do autoris ad viatorē TAnq̃ feſſus viator reſidere,& hũc librum finire cõpellor, ſimilis illi,q in itinere
mãſionem forte propoſitã habuit,putãs eē locũ vicinum quo peruenire poſſet
ante ſolis occubitũ,& eē iter vnius diei,q̊d erat duoꝝ vel triũ dieꝝ,fere ſic mi
hi cõtigit,dũ quærēs quandã imaginationem ſanctæ trinitatis in iſto ſpeculo
triũ virtutũ,fidei,ſpei,& charitatis:miſi pedē mētis, & curſum linguæ in tres libros Sa
lomonis,putãs q̊d propoſitũ meũ breuiſſimo poſſit curſu peragi.Ecce aũt video qa non
tam breuiter fieri põt,alioquin offendã quēlibet iudicē ſapientē,boni ſermonis proba
torē,vt bono ſapore propoſitiõis nřæ allectus,nec plena copia ſaturatus, & idcirco ma
gis irritatus,ſtomachet & dicat cõtra me tale qd,vt eſt illud:Parturiũt mõtes, naſcet ri
diculus mus.¶Quapropter ſimilis,vt iam dictũ eſt,illi,qui deſperãs ad propoſitã perue
nire mãſionē,accũbit in medio itineris,reſeruabo q̊d viæ reliquũ eſt futuro diei, faciã
Pſal.45. hic iã finē ꝑſentis libelli,ne antecedētibus multo prolixior ſit,ſanctũ inuocãs ſpm̃, cui⁹
Pſal.26. ſolēnitas annua nũc recurrēs nos in laudē ſui aduētus excitat,& ſic q̊q; tanq̃ fluminis im
petus ciuitatē,id eſt,eccleſiã dei lætificat,quatenus ipſo duce viator iſte quo tendit, illuc
perueniat,vnã(inquiēs)petij à dño,hãc requirã,vt inhabitē in domo dñi omnibus die
bus vitæ meæ,vt videam voluntatē dñi, & viſitem templum eius.

# RVPERTI ABBATIS
## TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRI nitatis,& proceſſione ſancti ſpiritus.
## LIBER SEPTIMVS.

Item de theſauro fidei,ſpei,& charitatis,in tribus libris Salomonis, q̊d ſuper illo
quidē theſauro ſapientiæ gaudendũ ſit:formidandũ aũt, quod vir tam ſa
piens cecidit,vel cadere potuit. Cap. I.

GAudeamus quoq; in iſta parte agri ſuper inuentione theſauri,in iſtis tribus
libris Salomonis,ſuper conſideratione horum trium,fidei,ſpei, & charita
tis,per quæ reformat homo ad quandã ſimilitudinē beatæ trinitatis, quã,
vt ſuperius dictum eſt,perdidit in Adam permanente propoſito eius di
centis:Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.
Caſus Salomo,iam ſenis merito nos oēs terret. ¶Gaudemus(inquam)ſed gaudium noſtrum offendit,& turbat recorda
tio, non ſuauis recordatio ruinæ tanti viri, quod tantæ ſapientiæ ſacrarium intantum
ruit,vt propter amorem mulierum ſeruire poſſet dijs alienis, iam ſenex, ſicut ſcriptura
dicit:Cumq́; iam eſſet ſenex,deprauatum eſt per mulieres cor eius,vt ſequeretur deos
alienos. Quid enim? Nonne formidabile nobis reddit iudicium dei recordatio tanti,
3.Reg.11 tamq́; ſapientis viri,tam horribiliter in ſenectute ſua deprauati? ¶Et quidē eſt opinio
quo-



quorundã conſolabilis,quod pœnitētiam egerit,& poſt pœnitentiã libros iſtos fecerit,
ſed nihilominus terrorē facit tabulis caſus iſte,quo tanta columna ruit,qa videlicet non
poſtq̃ ruit ſenex,ſed anteq̃ rueret,tantam ſapientiã iuuenis accepit,dicēte ad eũ domi 3.Regũ.3
no:Ecce feci tibi ſecundũ ſermones tuos,& dedi tibi cor ſapiēs,& intelligens, intantum
vt nullus ante te ſimilis tui fuerit,nec poſt te ſurrecturus ſit.Quid ergo dicere poſſumus Roma.11.
hic?Reuera nihil niſi tale qd,vt eſt illud Apoſtoli : Quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia
tua,& inueſtigabiles viæ dñi,& humiliari ſiue curuari ſub eo,ſub q̊ curuantur, vt ait bea Iob.9
tus Iob,q portãt orbē,qa & ſi qd intelligimus de altiſſimo,qs iſto ſapientior?

De coæternitate patris,vel filij ſecundũ hæc verba Sapiētiæ:Anteq̃ quicquam fie
ret,ego iã cõcepta eram,& cætera,& de incarnatione eiuſdem ſapientiæ,ſecundũ
hæc verba:Sapientia ædificauit ſibi domum, & reliqua. Cap. II.

QVomodocũq; cum filio actũ ſit,vbicũq; tale lignũ ceciderit, quēadmodũ di Eccl.11
cit:Si ceciderit lignũ ad auſtrũ,aut ad aquilonē,in quocũq; loco ceciderit,ibi
erit.Qualiſcũq; in extremis fuerit,& nunc vbicũq; ſit,nos ſcimus & ſapimus, Abacuc.2. Roma.1
quia bonus eſt fructus ligni hmõi,multũ valens ad vitã fidei, ex qua iuſtus
viuit.Claro quippe noīe ſapientiæ dicētis:Ab æterno,& ex antiquis ordinata ſum,& an
tequã quicq̃ fieret,ego iam cõcepta eram,& ante oīa ego parturiebar: filiũ dei coæter
num deo patri aſtruit,& iſtud credere exigit ipſa ſapiētia ab oībus filijs q̊s recipit,dicens Proue.8
poſt hæc.Nũc ergo filij audite me,& cætera vſq;:Qui aũt in me peccauerit, lædet aīam
ſuã,omnes q me oderũt,diligent mortē. Hæc em̃,quæ omnia perſcribere longũ nimis
viſum eſt,anteq̃ & patri coæternã Ieſu Chriſti filij dei diuinitatē ſonãt,q̊d ante oīa ſecu
la & abſq; initio natus ſit,& illa quæ cõtinuo ſequũtur:Sapiētia ædificauit ſibi domum,
excidit columnas ſeptē,& cætera q̃ ſuperius prælibauimus,de incarnatione eiuſdē ver
bi myſtice dicta ſunt.Vere ergo:Qui aũt,inquit,in me peccauerit, lædet animã ſuã,ſiue
(vt loquar)& omnes q me oderũt,mortem diligũt.Hæretici em̃ ſunt. Et quis ita diligit Hæretici diligunt mortem
mortē,& diligendo mortē lædit animã ſuã,ſiue(vt loquar ſecundũ Dauid, qui Salomo
nem præceſſit)quis ita diligendo iniqtatem,odit animã ſuã,ſicut hæreticus & Iudæus,q Pſal.10.
tam cupide,tam diligēter ſe exercet in cõtentione verboꝝ, quatenus rationabiliter vi
deatur aſtruere,q̊d Chriſtus ex Maria initium exiſtendi habuerit, & q̊d de ſemine Io
ſeph cõceptus fuerit?¶Sunt aũt inexcuſabiles,q̊d ſicut habet hic ſacræ literæ ſeries,domi Hæretici inexcuſabiles.
na ſapientia,poſtq̃ ædificauit ſibi domũ,immolauit victimas,& miſcuit vinũ,& propo
ſuit mēſam miſſis ancillis ſuis,vt vocarēt ad arcem & mœnia ciuitatis:non ſolũ dixit, ſi
quis eſt paruulus,id eſt,humilis,veniat ad me,veꝝ & incipientibus locuta eſt:Venite & Prouer.9
comedite panē meũ,& bibite vinũ quod miſcui vobis.Relinquite infantiam & viuite, &
ambulate in vijs prudentiæ.¶Sed qd ſequitur?Qui erudiuit deriſorem,ipſe ſibi iniuriã
facit.Et qui arguit impium,generat maculã ſibi. Nonne hoc expertæ ſunt illæ ancillæ,
quas domina ſapiētia miſit?Voluerũt erudire deriſorem,ſcilicet populũ Iudaicũ,& hãc
ſibi iniuriam fecerũt,quam legimus,& quam eadē ſapientia ꝑdixit:Ecce ego(inqt)mit Matth.23
to ad vos prophetas,& ſapientes,& ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis,& ex illis
flagellabitis in ſynagogis veſtris,& perſequemini de ciuitate in ciuitatē. Voluerunt ar
guere impiũ,videlicet cœtũ phariſaicum,& hanc maculã generauerũt ſibi,quam abhor
rent oculi noſtri,qa blaſphemauerũt ſpiritũ ſanctum,q loquebatur in eis,ſicut in actibus Acto.13.
Apoſtoloꝝ habemus.Exempli gratia:Et cõtradicebant his,quæ à Paulo dicebãtur,bla 1.Coꝝ.1
ſphemantes.Quid ergo ſeqtur?Noli(ait)arguere deriſorem,ne oderit te. Argue ſapien Iohan.6
tem & diliget te.Et hoc ita fecerũt,vt dicerēt:Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei, Luc.23
ſed qm̃ repellitis illud,& indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ,ecce cõuertimur ad gētes
Iudæi ſigna petũt,& Græci ſapientiã quærũt.Curioſe hoc agebãt Iudæi, dicēdo:quod
ſignũ tu facis?qd operaris?& idcirco denotãtur nomine deriſoris,ſimiles Herodi illi,q
dominũ Ieſum videre volebat,ſperans ſibi ſignũ aliquod ab eo fieri.¶Diligēter aũt Græ Matth.11
ci ſapientiã quæſierũt,& inuenerũt,& dilexerũt,& ad arcem,ſiue ad mœnia ciuitatis eius
vocati,venerũt,& ecce de mēſa eius comedũt,& vinũ eius bibũt,& hoc modo iuſtifica
ta eſt ſapientia à filijs ſuis,qa nec ſapientē,id eſt beneuolum auditorem docere neglexit,
nec deriſorem ita præterijt,vt de ignorantia poſſit excuſari.

De his q̃ ſequunt in eodē libro Prouerbioꝝ,qũo fere totus ſermo,quaſi in cõflictu
ſit ꝑ oppoſitionē iuſti,& impij ſibi inuicē aduerſantiũ,& cõpugnantiũ, ſecundum
q̊d ait ipſa incarnata ſapiētia:Nõ veni pacē mittere,ſed gladium. Cap. III.

ECce(vt arbitror)oſtium apertũ,& intelligētia clarificata eſt in iſtã amplitudinē, Liber prouerbioꝝ ꝑ antithe-
ſiue multitudinē Prouerbiorum Salomonis.Quantum enim,quàm mirabile ſpe ta iuſti & impij
ctaculum hic habes quicunq; attendis:quantus hic eſt incurſus, quantus confli
ctus ſermonis ſapientiſſimi,conſiſtens in oppoſitione duorum ſibi inuicē aduer
ſantium

Prouer.10 ſantium,iuſti & impij contra ſe inuicē compugnantiū,per antitheta horum fere totus li
ber decurrit: Filius ſapiens lætificat patrē,filius vero ſtultus mœſtitia eſt matri ſuæ. Nō
proderūt theſauri impietatis,iuſtitia vero liberabit à morte. Non affliget dn̄s fame ani-
mam iuſti,& inſidias impioꝝ ſubuertet. Sic incipientē opponere oppoſitiones tā mul-
tiplices iuſti & impij,ſiue ſapiētes & ſtulti,ſpecta oculis intentis,& tūc demū in hoc ſpe-
ctaculo oppido delectaberis,ſi certos noueris terminos iuſti & impij,ſiue iuſtitię & īpie-
tatis. ¶Quænā eſt iuſtitia noſtra,niſi fides noſtra? ſiue qs eſt iuſtus,niſi q credit? Nam iu
Abacuc.2 ſtus(ait ſcriptura)ex fide viuit. Nimiꝝ infidelitas ecōtra iniuſtitia ē,& infidelis deriſor
iuſti impius eſt. Pulcherrimū ergo hic eſt poſt ędificationē domus,quam ꝑ incarnatio-
Matth.10 nis myſteriū ſapientia ſibi ædificauit, in cūctis diuiſionibus ſiue oppoſitionibus libri hu-
ius,illū intelligere gladiū,de q̄ ipſa ſapientia incarnata dixit: Nō veni pacem mittere,ſed
gladiū. Ex tūc enim maxime,& multo plus q̄ eatenus,iuſti & impij, ſiue ſapiētes & ſtul-
Sapientia ti,cōtra ſemetipſos diuiſi,ex ſuis ſtudijs cōtrarijs manifeſti facti ſunt. ¶In qua nimirum
mater ē iu rationabili cōſideratione illud q̄q; nō minime delectat,q̄d in initio taliū oppoſitionū pri
ſtoꝝ,ſtulti us oppoſitæ,conſiſtunt. Hinc ſapiētia mater iuſtoꝝ,& illinc ſtultitia mater impioꝝ. Ait
tia mater enim: Principium ſapiētiæ timor dn̄i,& ſcientia ſanctoꝝ prudentia. Per me enim mul-
impiorum tiplicabūtur dies tui,& addentur tibi anni vitæ. Statimq; ſubintulit: Mulier ſtulta & cla-
Prouerb.9 moſa,plenaq; illecebris,nihil omnino ſciens,ſedit in foribus domus ſuæ ſuꝑ ſellā in ex-
celſo vrbis loco,vt vocaret tranſeuntes viā,& pergentes itinere ſuo. Quis eſt paruulus?
declinet ad me. Et vecordi locuta eſt: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſcōditus
ſuauior. ¶Nomine ſtultæ mulieris,ſine dubio denotat procacem, nimiſq; loquacē, imo
& fallacē ſapientiā ſeculi,extollentem ſe aduerſum ſapientiā dei,ex quo tēpore maxime
illa domū (ſicut iam ſupra dictū eſt)ſibi ædificauit,& immolatis victimis ſuis, miſit ancil
Fines di- las ſuas,vt vocarent ad arcē,& ad mœnia ciuitatis. ¶Vtriuſq; filioꝝ fines,ſcilicet filioꝝ
uerſi iuſto ſapientiæ,& filioꝝ ſtultitiæ,q̄ diuerſi,imo quàm contrarij fuerint,vel ſint,ſequētis libri
rum & im fere tota ſeries declamare intēdit, ꝑ antitheta(ſicut iam dictū eſt)huiuſmodi filius ſapiēs
piorum lætificat patrem,filius vero ſtultus mœſtitia eſt matri ſuæ. Leuemus in directum oculos
Prouer.10. noſtros per omnem mundum,ſiue in fines orbis terræ,quo exiuit ſonus Apoſtoloꝝ,vbi
fuſus eſt ſanguis martyꝝ,vbicūq; voce & literis decertauit ſapientia patrum orthodo-
xorum pro gloria domus,quam ſibi ſapientia ædificauit,ſeptēq; eius columnaꝝ contra
ſtultitiam Iudæoꝝ,aduerſus impietatem paganorum,& contra nequitiam hæreticoꝝ
& palam eſt,quia experimentis horum,quæ ad hoc dicuntur per tot oppoſitiones ſentē
tiarum,omnia plena ſunt.

Item de oppoſitione iuſti,videlicet ex fide viuit,& impij,id eſt,fidē non habētis,
& qualis ſecundū eundē librum Parabolaꝝ finis vtrorum ſit. Cap. IIII.

PRopoſiti noſtri memores hic iteꝝ dicemus,q̄a liber hic Parabolaꝝ, ſiue Pro-
uerbioꝝ inſtruit fidem,ſequēs Eccleſiaſtes roborat ſpem,tertius Siraſirim,id ē
forte, dila- Cantica canticoꝝ,*delectat charitatē,per quæ tria reformatur homo ad ſimi-
tat. litudinē illam,quam propoſuit trinitas,dicēs: Faciamus hominē ad imaginem
& ſimilitudinem noſtrā. ¶Et manifeſte neceſſaria eſt ad æternā ſalutem fides, iſtud cō-
fitens,q̄a ſapiētia quæ hic loquitur: Cū deo eram cūcta cōponens,increata eſt,& nunq̄
Proue.8 non fuit: & nihilominus iſtud ſciens,quod eadem ſapientia domum ſibi ædificauit. Quæ
Iohā.1. aliū non habuit ſenſum,q̄ hæc Euangeliſtæ dicta: In principio erat verbū,,omnia per
Roma.10 ipſum facta ſunt,& verbū caro factū eſt,& habitauit in nobis. Qui hæc fideliter corde
Proue.8 credit ad iuſtitiā,& ore cōfitetur ad ſalutē,ipſe eſt filius ſapiēs q lætificat patrē,filius quē
Filius ſapi iuſtitia liberabit à morte,cuius animā non affliget dominus fame, cuius manus diuitias
ens qs dr̄. parat,& cōgregat in meſſe,cuius ſuper caput benedictis domini,cuius memoria cum lau
dibus,cuius os vena vitæ,cuius in labijs inuenitur ſapientia,cuius fides ſubſtantia diuitis
& vrbs fortitudinis eſt,cuius opus ad vitā,cuius lingua argentū electū, quē benedictio
domini diuitem facit,nec afflictio ſociabitur ei,huic dabitur deſideriū ſuum,& erit quaſi
fundamentū ſempiternum. Nam econtra impius,q propter hoc ipſum dicitur,& eſt im
pius,q̄a non habet,imo & odit & perſequitur hāc iuſtitiam fidei,quaſi tēpeſtas tranſi-
ens non erit,& anni eius breuiabūtur: & omnia,quæ copioſiſſime ex ſcriptura proſequit,
ſuper eum cōplebuntur,quoꝝ in hoc libro nouiſſimum eſt illud dictum de Antichriſto
Prouer.30 principe ſtultoꝝ ſiue impioꝝ. Et qui ſtultus apparuit,poſtquam eleuatus in ſublime,ſi
Cōſumma enim intellexiſſet,ori impoſuiſſet manū. ¶In tribus illis,q̄bus iſtud de vno oppoſitū eſt,
tio laudis cōſummatio eſt laudis iuſtoꝝ dum dicit: Leo fortiſſimus beſtiaꝝ ad nullius pauebit oc-
iuſtoꝝ in curſum,in q̄ ipm̄ intelligimus Chriſtū. Et gallus ſuccinctus lūbis, q eſt oīs ordo ꝓdica-
trib⁹ ſimi- toꝝ. Et aries,nec eſt rex qui reſiſtat ei,in quo intelligimus prælatos oēs, qui bene præ-
libus. fuerunt,vel præſunt eccleſiis Chriſti,q̄ꝝ fidei fortitudinem nullus perſequutor vincere
potuit



potuit,nec ille poterit,qui poſtq̄(vt iam dictū eſt)eleuatus fuerit in ſublime,ſtultus appa
rebit in quo conſummatio eſt vituperationis impiorum.

Item de fide,q̄d ipſa ſit mulier fortis,de qua in fine eiuſdē libri ſcriptū eſt: Mulie-
rem fortē quis inueniet,procul & de vltimis finibus pretiū eius. Cap. V.

IOcundum ſit tibi eloquiū meū trinitas ſancta, ſuauis tibi ſit laudatio mea, ô ſanctæ
trinitatis ſimilitudo,trina virtus,fides,ſpes & charitas. Guſtauit & vidit aīa mea, q̄a Praue.31
bona eſt negotiatio tua,iamq; propero ad exitū libri huius Prouerbioꝝ,in quo (vt
iam ſemel & iteꝝ dixi) documēta ſunt fidei,quaſi ꝑ viam iſtā lucem aliquam intelli Argumētū
gentiæ deus mihi ſparſerit,& aliq̄d iuxta propoſitum de profundis iſtis elucidauerim,& libri Eccle
intrare cupio in concionem,vbi concionator ſedet Eccleſiaſtes,habēs coronā ſpei, ſcili- ſiaſt.
cet librū,in quo ſedēs ſapiētiſſimus rex concionat̄ ſuꝑ iuuenes & adoleſcētes,illud maxi
me inſiſtēs comprobare quod adoleſcētia,& voluptas,& cūcta horum inſtrumēta vana
ſint,timor aūt domini,& obſeruatio mādatoꝝ eius, ſit omne eē hominis,quēadmodum
dicit in fine eiuſdē huius voluminis: Deū time,& mādata eius obſerua, hoc eſt em̄ omnis Eccl.12
homo. ¶Sed quid agā,tenet enim pedem mētis hic in exitu Prouerbioꝝ digna laudatio Prouer.31.
cuiuſdā mulieris magnæ & memorabilis,quæ hoc modo incipit: Mulierē fortem qs in- Mulier for
ueniet? procul & de vltimis finibus pretiū eius,confidit in ea cor viri ſui,& ſpolijs nō in- tis eccleſia
digebit. Quænā rogo eſt iſta fortis mulier? Scimus q̄dem q̄a ſancta eccleſia eſt. Sed quę- eſt ꝑ fidē.
rimus adhuc. Quæ cauſa hic efficit,ꝙ tot ſeculoꝝ generationes,tot hominū,ſiue anima
rum multitudines dicātur vna mulier,& vna ſit ex omnibus eccleſia,deū habēs viꝝ,cui⁹
cor cōfidat in ea? Quid(inquā)eſt illud,per q̄d iſtud efficitur,niſi vna fides? Deniq; ſicut
in Eccleſiaſte dictū eſt,& ſupra meminimus: Deum time,& mādata eius obſerua, hoc ē
omnis homo,ita recte dicas,vnā fidē catholicā tene,hoc eſt enim omnis eccleſia. Sic er
go hic legamus,& intelligamus laudationē fortis mulieris,vt veraciter laudationē fidei
quia nimiꝝ ſecūdū fidē vniuerſa eccleſia(ſicut iam dictū eſt)vna mulier dicit̄, & vir eius,
qui laudat eā,cuius cor in ea confidit,ipſe eſt dn̄s deus. Quis hoc inueniet? Deniq; eccle-
ſiam toto orbe diffuſam,nemo eſt q non inueniat,niſi talis ſit, q oculos claudat ne videat:
fidei aūt ſecretum pauci ſunt q inueniāt,nec em̄ aliter inuenitur, vel agnoſcitur,niſi ꝑ ſpi
ritum ſanctum. Propterea dixit: quis inueniet? & protinus nobis dignā admirationē fa-
cere volēs,ait: Procul & de vltimis finibus pretiū eius. Hoc intelligēs Paulus Apoſtolus Quid eſt fi
dixit: Eſt aūt fides ſperandarum ſubſtātia rerum,argumentū non apparētium. O q̄ pro- des.
cul eſt ſubſtātia hæc, de qua vltimis finibus argumētum hoc profertur,q̄d non apparet,
neq; videtur,tam multis interiacentibus montibus,ſiue collibus eorum, quæ videntur.
Exempli gratia,Patres inclyti,Abraham,Iſaac & Iacob,& qui orti ſunt ex illis(ait Apo
ſtolus)tanq̄ ſydera cœli in multitudine,& ſicut harena quæ eſt ad oram maris innume-
rabilis,iuxta fidem defuncti ſunt omnes,non acceptis repromiſſionibus,ſed à longe eas 1. Petr.1.
aſpicientes,& ſalutantes,& cōfitentes,q̄a peregrini,& hoſpites ſunt ſuꝑ terram. ¶No-
bis quoq;,q pro tempore quidē viciniores rei ſumus, ſed tamē rem ipſam nondū vide-
mus. Petrus Apoſtolus loquit̄: Inueniamini in laudē,& gloriam,& honorē in reuelatio
ne Ieſu Chriſti,quē cum non videritis,diligetis: in quē nunc quoq; nō vidētes,creditis,
credētes aūt exultatis. O igitur q̄ procul(vt iam dictū eſt)& de q̄ vltimis finibus pretium
mulieris huius,pretioſitas eccleſiæ huius,fides operatricis huius, aſpiciētis nō ea quæ vi
dentur,ſed ea quæ non videntur.

Itē pro dignitate eiuſdē fidei,q̄uo dictū ſit: Confidit in ea cor viri ſui,& ſpolijs nō
indigebit,reddet ei bonū & non malū omnibus diebus vitæ ſuæ. Cap. VI.

QVid proinde illi? Qualē meretur gloriā in cōſpectu dei? ait. Cōfidit in ea cor Cōfidit in
viri ſui,& ſpolijs non indigebit. Manifeſte dictū,venerabiliter audiendū. De⁹ ea cor viri
excelſus & immēſus vir eſt cōiugis huius ſcilicet fidei, & in ea cor eius confi ſui.
dit. Q̄uo confidit? Eo nimiꝝ modo, vt ſecreta ſua nō dubitet oſtēdere huic.
Plus dicā ſecundū authoritatē ſcripturæ,q̄a ſecreta ſua non poteſt abſcondere huic. Sic
enim locutus eſt ad Abraham,in quo inuenerat fortem mulierē iſtā,fidem iſtā. Num ce
lare potero Abrahā quæ geſturus ſum? Scio enim quod præcepturus ſit filijs ſuis, & do-
mui ſuæ poſt ſe,vt cuſtodiant viam dn̄i. Magna confidētia tanti viri pro conſtātia con Gene.18
ſtātiſſimæ cōiugis,vt ei ſecreta ſua celare nō poſſit. ¶Sed cōſideremus adhuc vehemētiā
dictionis,q̄a nō dixit: Cōfidit in ea vir ſuus,ſed confidit in ea cor viri ſui. Deniq; vtiliter Vehemētia
perpēditur dilectio hæc,maxime ſi non ignores vbi, quādo,& quali facto ſentētia talis dictionis
cōprobata ſit. Etenim q̄dē in omnibus ſanctis patriarchis & prophetis hoc experta eſt
fides,quod deus vir ſuus in ea confideret: oſtēdit enim illi ſecreta ſua,quæ & ipſa per os
eorum,& elocuta eſt ſapienter,& ſignauit prudēter & fortiter. Sed eſt locus,& fuit tp̄s,
de quo veraciter dicas,non ſolum ita confidit in ea vir ſuus, verum quod vehementius
ſonat,

Fides Mariæ maxima. ſonat,& profundius penetrat intima mẽtis)cõfidit in ea cor viri ſui. ¶Vbinã hoc inuenis? Profecto in anima ſanctæ Mariæ virginis. Ibi fides experta eſt,ꝗd de ſemetipſa hic audiuit,cõfidit in ea cor viri ſui:etenim ibi vir ſuus ei cor ſuũ aperuit. Quali apertione? Plane magna & ineffabili,vt faceret in ea cor viri huius illud,ꝗd prædixerat per os Dauid:Eructauit cor meũ verbũ bonũ,dico ego opera mea regi. Lingua mea calamꝰ ſcribæ,velociter ſcribentis. Ita cor ſuũ illi aperuit,vt ipſam ſubſtantiã verbi æterni in corde

Pſal.44 ſuo concepti,de corde ſuo ante ſecula geniti,mitteret in mentẽ,& in vteꝝ virginis valde fidelis,ꝙ per ipſam fidẽ,de qua nũc ſermo eſt,tãta diuina myſteria,angelo narrãte cõcepit,deum eñ caſtis viſceribus ſuſcepit,& benedicta in æternum nobis & hominem.*

Addo,genuit. Spolijs nõ indigebit, ¶O igitur ſancta fides,quã verus de te ſermo hic:Cõfidit in ea cor viri ſui,& ſpolijs nõ indigebit. Quibus vel qualibus ſpolijs,niſi eloquijs dñi, eloquijs viri ſui? Sic eñ ꝑ os Dauid ipſa dicebat:Lætabor ego ſuꝑ eloquia tua,ſicut ꝙ inuenit ſpolia multa. Ergo ſpolijs

Pſal.118. nõ indigebit.i.ſua eloquia vir tam familiaris intelligibilia facit cognitæ ſibi fidei,certus

Prouer.31. de eo ꝗd protinus ſeqtur. ¶Reddet ei bonũ,& nõ malũ oĩbus diebus vitæ ſuæ. Non eſt enim hæc ſicut illa ſuperius infamata mulier ſtulta & clamoſa,plenaꝗꝫ illecebris, & nihil

Prouerb.9 omnino ſciens:mulier(inquã)nõ fortis,imo cõtraria forti mulieri huic. Eſt eñ impia hę

Apoc.2 reſis ,& ipſa reddidit(ſicut Iudaica ꝑfidia,ſiue ſynagoga Satanæ)malũ & nõ bonũ,oĩbus diebus vitæ ſuæ, ſemper enim veritati reſiſtit dura ceruice.

Quod vel quale bonũ reddat fides,ſiue eccleſia fidelis,vt merito confidat in ea cor viri ſui,ſecundũ alphabetum Hebraicũ,cuius ſingulæ literæ ſingulis verſibus præfixæ ſunt. Cap. VII.

QVod vel quale bonũ reddidit ſiue reddit fides, ſiue eccleſia fidelis , vt merito cõfidat in ea cor viri ſui? Interrogemus hoc alphabetũ Hebraicũ,cuius ſingu-

Alphabetũ Hebraicũ. læ literæ ſingulis verſibus pręfixæ ſunt,Aleph,Beth,Gimel,Daleth,He, Vau, Zain,Heth,Teth,Iod,Caph,Lamed,Mem,Nun, Samech,Ain,Phe, Zade, Coph,Res,Sin,Tau. Iſtæ ſunt vigintiduæ literæ Hebraicæ,ꝗbus apud eos oĩs ſcriptura

Cur in quibuſdã pſalmis & orõnibus ꝓponũt literę hebraicæ cõtexta eſt. ¶Quid ergo hoc nobis innuitur,ꝗd ſingulæ literæ ſingulis ꝓfixæ ſunt ſentẽtijs,niſi ꝗa oĩs ſcriptura diuinitus inſpirata,bonũ eſt opus mulieris huius fortis,opus fidei ꝗd viro ſuo reddidit. Nõ enim abſꝗꝫ rõne,ſed pro magnæ rationis ſignificatione ꝓſcribũtur & in quibuſdã pſalmis,& in Hieremiæ lamentationibus,& in oratione eius,& in iſto ꝗꝫ fine Prouerbioꝝ Salomonis,ſingulaꝝ noĩa literaꝝ ſingulis ſentẽtijs. Quã videlicet rationẽ promptũ eſt agnoſci ex ipſoꝝ nominũ interpretationibus,quas interpretatus eſt vir illuſtris beatus Hieronymus,Hebraicæ linguæ peritus. Interpretatur ꝗppe

Interpretatio literaꝝ hebraicaꝝ Aleph,doctrina:Beth,domus:Gimel,plenitudo:Daleth,tabulaꝝ:He,iſta:Vau & Zain: hæc:Heth,vita : Teth,bonũ: Iod,principiũ: Caph,manus Lamed,cor:Mem,ex ipſis: Nun,æternũ:Samech,adiutoriũ:Ain,fons:Phe,os,non ab oſſe,ſed ab ore : Zade, iuſtitia:Coph,vocatio:Res,caput:Sin,dẽtes:Tau,ſigna. ¶Huiuſce interpretationis directã primo literaturã ponamus,& deinde eiuſdẽ literaturæ ſecũdũ ſenſum,ꝙ in ipſa eſt,conſtructionẽ faciamus. Doctrina domus,plenitudo tabulaꝝ. Iſta & hæc vita bonũ principium manus cordis. Ex ipſis æternũ adiutoriũ,fons oris iuſtitiæ,vocatio capitis, dentiũ

Sacra ſcriptura lraꝝ iſtaꝝ interpretatione pulchre cõmẽdatur ſigna. ¶Hæc eſt litera,ꝙ hoc mõ conſtruit. Sancta ſcriptura,ꝙ eſt opus fidei,opus bonũ, quod catholica fides viro ſuo deo reddidit, ipſa eſt doctrina domus,doctrina eccleſiæ, quæ domus dei eſt. Ipſa eſt plenitudo tabulaꝝ,plenitudo legis,i.decẽ præceptoꝝ,quę in tabulis lapideis digito dei ſcripta ſunt. Iſta plenitudo,& hæc doctrina,ꝗd ſunt niſi vita? Sermo dei eñ eſt,in ꝙ viuit hõ,queadmodũ dicit:Nõ in ſolo pane viuit hõ,ſed in omni verbo,ꝗd procedit ex ore dei. Ergo vita & bonũ principiũ, ſubaudit vitæ æternæ. Hic eñ principiũ eſt vitæ in ſcriptura ſacra,vt videamus & ambulemus ꝑ fidẽ,non aũt conſummatio,vt iam videamus facie ad faciẽ. Manus cordis,id eſt,opatio ſanctæ meditatio

1.Coꝝ.13. nis,hæc doctrina domus,hæc plenitudo legis. Ex ipſis æternũ adiutoriũ. Quid iſto verius? Hic eñ ꝑ ſacrã ſcripturã diſcimus,ꝗd in æternũ ſciamus. Fons oris iuſtitiæ ſine dubio hæc ipſa ſcriptura nobis eſt. Hinc eñ haurimus illud,quod ore ad ſalutẽ cõfitemur, & ꝗd cõfitendo iuſtificamur. Vocatio capitis ipſa eſt ſancta ſcriptura nobis, ꝗa ꝑ ipſam vocat nos ad ſe caput Chrũs,vt mẽbra eius effici mereamur. Dentiũ ſigna ſunt hæc oĩa quia nõ niſi dẽtibus,& plectro linguæ formata ſonãt hæc elemẽta,vt legi vel audiri poſſit oĩs ſancta ſcriptura,de tam paucis elemẽtis tam multipliciter cõſcripta.

De admiranda fidei potẽtia,maxime in hoc dicto:Sindonẽ fecit, & vẽdidit,& cingulũ tradidit Chananæo. Cap. VIII.

INter cætera pulchræ huius laudationis capitula,quoniam cuncta ꝑtractare noſtri propoſiti nõ eſt,etenim nimis longũ eſſet,iſtud intactum præterire non patior. Sindonem fecit,& vendidit,& cingulum tradidit Chananæo. Denique ſunt & cætera quidem



quidem valde ſplendida,& ſecundũ metaphoram Prophetæ & fortiſſimæ mulieris multum ad rem,ſiue myſteriũ pertinentia,ab eo ꝗd ait:quæſiuit lanã & linum,& operata eſt Prouer.31
conſilio manuũ ſuaꝝ,vſꝗꝫ ad id:Syndonẽ fecit & vẽdidit,ſed longe ſupra metaphoram Cingulum
eſt id,ꝗd ait:& cingulum tradidit Chananæo. Quid eñ? Nunꝗd proba mulier,ſicut ſo tradidit
let quærere lanam & linũ,& operari conſilio manuũ ſuaꝝ, ſicut ſolet de longe portare Chananęo
panẽ ſuum,& de nocte,id eſt,mane ſurgere, ſolicita vnde det prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis,ſicut ſolet inopi manũ ſuam aperire, & palmas ſuas ad pauperem extẽdere,hiſꝗꝫ & alijs modis circa miniſteriũ frequẽs ſatagere : ſic ſolet etiã Chananæo cingulũ tradere? Ergo hoc ſupra metaphoram eſt. Diligentiam adhibemus, ſicut in cæteris,ita & in iſto intellectũ quærimus,maxime propter illud quod dictũ eſt in anteriorbꝰ
parabolis. Acceptus eſt,regi miniſter intelligens,iracundiã eius inutilis ſuſtinebit. Dici- Prouer.14
mus itaꝗꝫ cũ voce gratiaꝝ actionis,quia totiens hæc mulier fortis Chananæo cingulum tradit,quotiẽs præpotẽs fides quẽpiam,ꝙ fuerat apud homines contẽptibilis, altiſſimo deo regi magno acceptũ reddit. ¶Chananæus quippe contemptibilis,imo & execratus deo fuit,cum adhuc eſſet in lumbis patris ſui Cham,dicẽte Noe:Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruoꝝ erit fratribus ſuis. Itẽ ſecũdo:Benedictus dñs deus Sem,ſit Chanaan ſeruus eius. Itẽꝗꝫ tertio:Dilatet deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sem, ſitꝗꝫ Chanaan
ſeruus eius. Valde ergo cõtemptibilis Chanaan,cuius ſeptẽ gentes ad introitũ filioꝝ Iſ- Gene.9
rael,deo iudice,terra euomere debuit,ꝗd & fecit. Econtra fides valde potẽs,& valde no
bilis,quæ Chananæo tali homini,vel cuilibet ſimili huic ſecundũ ignobilitatẽ ſeculi, cin Leuit.20
gulum tradere potuit,vt ꝓcinctus ambulet ob meritũ fidei,quam ſuſcepit:filijs regni, ꝙ fidẽ non habẽt iacẽtibus & diſcinctis,aut etiã in captiuitatẽ ductis. ¶Queadmodũ dicit
ſanctus Iob:Baltheum regũ diſſoluit,& præcingit fune renes eoꝝ. An non & Apoſtolus Iob.12
hoc dicit? Quæ ſtulta ſunt mũdi,ait,elegit deus,vt confundat ſapientes,& infirma mũdi 1.Coꝝ.1
elegit deus,vt confundat fortia,& ignobilia mũdi & contemptibilia elegit deus,& ꝙ non ſunt,vt ea quæ ſunt deſtrueret. Cũcta hæc & ſtulta,& infirma,& ignobilia,& cõtemptibilia,& quaſi non exiſtentia, recte intelligis vno nomine Chananæi,quem domina fides & ſyndone ſua veſtire, & cui cingulum pro velle ſuo tradere potuit,& tradidit, & ſola hoc fecit,vt ꝙ ſeculo inhonorus habebat,honoratus incedat corã oculis dñi, & in conſpectu ꝗꝫ hominum magnoꝝ ſiue paruulorum,qui domeſtici ſunt eiuſdem fidei.

Quomodo ad inſtructionem fidei pertineat ſequens liber Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Cap. IX.

HActenus à nobis habitus ſermo intentionem prouerbioꝝ ſpectare demonſtrauit ad inſtructionẽ fidei,ex qua iuſtus viuit,nunc iuxta propoſitũ demonſtrandum eſt,intẽtionem libri Eccleſiaſtes in eo eſſe,vt certam præbeat rationẽ ſpei ſcilicet in quo non ſperare,& in quo ſpem ſuã ponere debeat homo rationalis.
Hoc facere ita incipit:Vanitas vanitatũ dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatũ & oĩa vani- Eccles.1
tas. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo,quo laborat ſub ſole,ſubauditur, niſi vanitatẽ? Sic à ſole incipiens,quod pulcherrimũ eſt opus creatoris,& excelſiſſimum
cũctoꝝ,ex ꝗbus vita mortaliũ ſubſiſtit,& delicias parat ſibi,cuncta vanitatis arguit, & 1.Coꝝ.7
veraci vtiꝗꝫ redargutione. Præterit enim(ait & Apoſtolus)figura huius mũdi. ¶Nec ſe- Tria noĩa
mel dixiſſe cõtentus,vanitas vanitatum,iteꝝ ac tertio repetiuit:Vanitas vanitatũ & om hic Salo-
nia vanitas,vt animaduertas,quam ſerio loquatur,vel agat, præmiſſa eñ authoritate re monis ad
gij nominis & ciuitatis Hieruſalẽ. Ait eñ : Verba Eccleſiaſtes,filij Dauid regis Hieruſa- maiorẽ au
lem. Tribus magnis nominibus pro vtilitate audientiũ parauit huic libro authoritatem, thoritatẽ li
ſeipſum nominans Eccleſiaſten, id eſt,concionatorem,filiũ Dauid,& regem Hieruſa- bri.
lem. ¶Quid primũ eſt ſub ſole,in quo ſpem ſuã cupidus homo poſuit? Vtiꝗꝫ terra. Et in
hoc mira demẽtia eſt,ꝗa cũ habitatio terræ huius homini,propulſo à felicitate paradiſi Gene.3.
data fuerit ad pœnã,ſcilicet vt in ſudore vultus ſui operaret eã,ipſe ſibi eã ꝑcipere contendit,quaſi ad gloriã. Nõne hoc eſt vanũ,cũ dicit homo natus ex terreno, & cras moriturus: Hoc tantũ terræ eſt meũ,& mei ſunt iſti tractus? Bene ergo in primis cupiditatẽ ſiue poſſeſſionẽ terræ,vanitatis arguit,dicendo: Generatio ꝓterit,& generatio aduenit, terra aũt in æternũ ſtat. Ac ſi aperte dicat:Fruſtra hoĩes cupidi,terrã ſibi ſubiugare,agrũ agro copulare cõtenderũt vſꝗꝫ ad terminũ loci,cõtentione nonnunꝗ horribili vſꝗꝫ ad effuſionẽ multi ſanguinis,ꝗa tot generationibus prætereuntibus , & tot aduenientibus, terra hic remãſit,nec illos ſequuta,ꝙ iã præterierũt:nec illos ſequutura ꝙ adueniunt,ſiue
aduẽturi ſunt. Generatio ꝓterijt,ſicut naſcẽdo in hũc mundũ nihil attulit, ita moriendo 1.Timot.6
nihil auferre potuit:& generatio ꝙ aduenit,ſiue nos ipſi ꝙ nũc ſumus(vt verbis vtar Apo Nihil intu
ſtoli)ſicut nihil intulit in hunc mundũ,haud dubiũ quin nec auferre ꝗd poſſumus. ¶Eã- limꝰ i hũc
dem intentionẽ & in iſto ꝗd ait:Generatio præterit,& generatio aduenit,& in cęteris ꝙ mũdũ,&c.

 ſequun-

ſequuntur, quæcunq; vanitatis arguit, prudẽter intellige: quia ipſa eſt, quã idem Apoſto-
lus, p̃miſſo, vt iam memorauimus, nihil em̃ intulimus in hunc mundũ, haud dubium quin
nec auferre quid poſſumus, protinus expreſſit, dicẽs: Habentes aũt alimenta, & quibus te-
gamur, his cõtenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & laqueũ
diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergũt homines in interitũ & perditio
nem. Radix em̃ omnium maloꝝ eſt cupiditas. Quam quidã appetentes, errauerunt à fide
Eccles. 1. & inſeruerunt ſe doloribus multis. Quid aliud dicit Eccleſiaſtes, toties repetendo, vniuer
ſa vanitas & afflictio ſpiritus. Hoc etiam dicens inter cætera, quid em̃ proderit homini
de vniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpũs, qua ſub ſole cruciatus eſt? cuncti dies eius dolo
ribus pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit.

¶Quomodo iure vanitatis arguuntur omnia quæ fecit deus ſex diebus in comparatione diei ſeptimi, in quo requieuit. Cap. X.

MAgnum eſt ſcripturæ huius negotium, & magnũ concionis huius emolumen
tum: ſi, concionatore iſto loquẽte, præ oculis habens duo oppoſita hæc, hinc
vanitatẽ, & inde veritatẽ: & inter vtrunq; clare diſcernas, & legitima diffini-
tione vtrunq; diffinias. Eſt aũt hæc diffinitio vanitatis, quã Paulus apoſtolus
1. Cor. 7. ſatis breuẽ pene expreſſit dicendo: Præterit em̃ figura huius mundi. Vanum quippe con
ſtat eſſe omne quod præterit, & prætereundo poſſeſſorẽ ſiue cupidum ſui, fallit & eludit.
Porro veritatis diffinitionẽ, quam aliam dare poſſumus dignã, niſi vt dicamus, veritatẽ
illud eſſe quod ſemper idipſum eſt? Illud em̃, quia non præterit neminẽ fallit, neq; cõtin-
git in hac optima parte, q̊d euenit in parte vanitatis, his de quibus ſcriptũ eſt: Dormierũt
Pſal. 75. ſomnũ ſuum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiaꝝ in manibus ſuis. ¶Et quid eſt illud
Q̃uo diffe- quod ſemper eſt idipſum? Eamus ad caput libri, ad initiũ ſcripturaꝝ veritatis, q̃a illic eſt
rũt ſex dies magnũ & euidens oſtium rationis, vnde poſſimus veritatẽ à vanitate certis diſparare ter
creationis minis. Sex quippe diebus omne opus ſuũ cœlum & terrã, & omnem ornatum eorũ per-
a die ſepti- fecit, & die ſeptimo opus ſuũ cõpleuit. De quo videlicet die ſeptimo, me in alio opere di-
mo. xiſſe nemini, q̃a natura primus eſt, q ordine ſeptimus habetur. Vnde & de illo die, quo di
xit deus, fiat lux, & facta eſt lux, & diuiſit lucẽ ac tenebras: nõ ſic ſcriptũ eſt, factumq; eſt
mane & veſpere dies primus: ſed, factũq; eſt veſpere & mane dies vnus. Sex quippe dies
ſunt oĩm creaturaꝝ, ſex primæ ſpecies, per quas creator cognoſci debet. Propter q̊d &
dicuntur dies, id eſt, oculos cordis noſtri, ad cognoſcendũ creatorẽ illuminantes: quarũ
videlicet creaturaꝝ angelica creatura prima, & humana natura ſexta eſt. Septimus dies,
vt iã dixi, natura primus eſt, q̃a ſapientia eſt, in qua deus oĩa fecit: quia verbũ eſt, per q̊d
oĩa facta ſunt, & in iſto deus requieſcit. Et ideo quidem primus eſt iſte dies, quia in ipſo vi
Gene. 2 dit omnẽ creaturã priuſquam faceret: nobis autem ſeptimus eſt, quia prius cognoſcimus
Differunt creaturã, & per ipſam cognoſcimus, quia creator magnus eſt. ¶Notandũ ergo, q̃a ſicut
cõplere & dictũ eſt, compleuitq; deus die ſeptimo opus ſuũ, & non dictum eſt, omne opus ſuũ quod
requieſce- fecerat, dictũ eſt aũt: & requieuit die ſeptimo, ab vniuerſo opere quod patrarat. Nam ab
re. omni quidẽ opere requieuit, vt nullã deinceps nouam ſpeciem crearet, ſed ſi rite perpen
dis ſenſum verbi huius compleuit, nõ omne opus ſuũ, ſed ſolã rationalem creaturam die
Hebr. 4 ſeptimo compleuit: nec ipſam vniuerſam, ſed ſolã electionẽ quæ per humilitatẽ illo die
ſeptimo dignã ſeſe exhibuit. Quidnã eſt die ſeptimo compleri, in quo deus requieuit, niſi
introire in illã requiem dñi, quæ plenitudo eſt beatitudinis: cuius & Apoſtolus magnifice
meminit: Ingrediemur em̃, ait, in requiẽ q credidimus, quẽadmodũ dixit, ſicut iuraui in
ira mea, ſi introibunt in requiem meã, & cætera vſq;, qui em̃ ingreſſus eſt in requiem eius,
etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut & à ſuis diebus.

¶Quod non tam ipſa creatura q̃ creaturæ vſus immoderatus vel amor peruerſus, recte vanitatis arguatur: quomodo dicit ſcriptura: Et vidit deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Cap. XI.

Gen. 1. IGitur hic habemus certis diſparata terminis duo oppoſita hæc, vanitatẽ & verita-
tem: vanitatẽ videlicet, in ſenario creaturæ numero: veritatẽ, in requie dei, ſcilicet,
in die ſeptimo. Ergo ne, inquis, creatura vana eſt, aut opera dei vana ſunt, & ipſe de-
us vanitatis autor eſt. Nõne cuncta dei opera potius bona ſunt, ſicut ibidẽ ſcriptura
dicit: Et vidit deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona? ¶Ad hæc inquã, Plane vani-
tas eſt creatura omnis, in cõparatione requietionis, qua deus in die ſeptimo requieſcit, &
ex eo vanitatis arguitur creatura rationalis quæcũq;, ꝙ requiem quærit in temporalibus
Sol vane ſiue viſibilibus iſtis, & in illis æternis atq; inuiſibilibus bonis, requiei dñi, fundamentum
pro deo ha ſpei non ſibi collocauit. Veruntamen hic nõ tam ipſa creatura, q̃ creaturæ vſus vel amor
bitus eſt. immoderatus vanitatis arguitur. ¶Exempli gratia, dum circa ſolis pulchritudinem ita
ſeſe impendit humana mens, vt hunc eſſe deum putauerit, vt huic creaturæ potius q̃ cre-
atori



atori ſeruire delegerit: nec ſolũ huic, verumetiã cæteris creaturis, maximeq; quatuor ele-
mentis igni & aeri & terræ & aquæ nomina diuinitatis aſcripſerit. Propterea merito cũ-
cta hæc ſcriptura vanitatis arguit, & in primis ſolẽ, dicẽs: Oritur ſol & occidit, & ad locũ Ecci. 1.
ſuũ reuertitur, ibiq; renaſcens gyrat per meridiẽ, & flectitur ad aquilonẽ. Nimirũ in ortu
eius, & occaſu in gyro eius auſtrali, & reflectiõe aquilonari, q̃a magna eſt mutabilitas, ma
gna eſt & vanitas, q̃a nec homini laborãti ſatis grata eſt productior lux, dũ ſol ad aquilo-
nem reflectitur, nec his qui in auibus ludunt, ſemper placet longanimitas tenebraꝝ, dum
gyrat per auſtrũ. Similiterq; in cæteris varietatibus diei & noctis, æſtatis & hyemis, veris
& autumni. Sunt quidẽ multa humanæ infirmitatis remedia, ſed multa nihilominus anxi
etatis tædia, q̃a nulla in his ſufficientia, imo in omnibus magna indigẽtia eſt. Propterea
nec in his, nec in aliquo eoꝝ, quæ ſub ſole ſunt vel fiunt, eſt ſperandũ ſiue confidendũ, ꝙ
cuncta vana, cuncta tranſitoria ſint. ¶Hac intentione cuncta vanitatis arguit, tandemq; Cur vani-
ipſum hominẽ, cuiuſcunq; ſpes vltra vel extra hæc, pedẽ ſuũ non extendit. Ait em̃: Idcir- tatis argu-
co interitus vnus eſt hominis, & iumentoꝝ, & æqua vtriuſq; cõditio. Sicut moritur ho- it omnia.
mo, ſic & illa moriunt. Similiter ſpirãt omnia, & nihil habet homo iumẽtis amplius. Cũ- Ecci. 3
cta ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnũ locũ. De terra facta ſunt, & in terrã pari
ter reuertentur. Non ergo ſperandũ in homine, quãuis diuino, quãuis potenti. ¶An non Pſal. 145
& ante iſtũ, pater Dauid idem ſenſerat? Nolite (ait) cõfidere in principibus, in filijs homi-
num, in quibus nõ eſt ſalus. Exibit ſpũs eius & reuertetur in terram ſuam, in illa die peri-
bunt omnes cogitationes eoꝝ. Nonne proinde conſtat, ꝙ ipſe homo ſit vanitas. Hinc Pſal. 38
idem alibi dicit: Veruntamẽ vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. Statimq; duobus hoc
ipſum verſiculis aſtruit, q̊d hic explicatur longiori diſputatione concionatoris: Verunta
men (inquit) in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra cõturbatur. Theſaurizat & igno Ecci. 2
rat cui cõgregabit ea. Plane idẽ ſenſus eſt in plurimis hoꝝ quæ hic dicit, addẽs etiã hæc:
Rurſus deteſtatus ſum omnẽ induſtriam meã, & q̃ ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui, habitu
rus hæredẽ poſt me, quẽ ignoro vtrũ ſapiens an ſtultus ſit futurus, & dominabitur in labo
ribus meis, quibus deſudaui & ſolicitus fui, & eſt quicq̃ tam vanum?

¶De eo quod ait: Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt em̃ omnis homo, & ꝙ abſq; timore dei, omnis homo viuens ſit vanitas. Cap. XII.

PRo intentione libri huius Eccleſiaſtes, ad hoc breuiter dicendũ, ꝙ in ſolo ſit deo In nulla cre
ſperandum, quoniam ſatis dictum arbitramur pro eo, neq; quod in homine, ne- atura ſpe-
q; in alia creatura ſperandũ ſit. In pleriſq; pſalmorum ſic fecerat & pater Dauid randum.
vbi dixit quod ſupra memorauimus: Veruntamẽ vniuerſa vanitas, omnis homo
viuens, &c. Hoc demonſtrare intendens, quod neq; in homine, neq; in theſauro homi- Pſal. 38.
nis ſperandũ ſit, protinus ait: Et nũc quæ eſt expectatio mea? Quod idẽ eſt, ac ſi dicat: In
quo ergo ſperabo? Nonne in dño? Itemq; cum dixiſſet: Nolite cõfidere in principibus, in
filijs hominũ, in quibus nõ eſt ſalus: cauſam quoq; ſubiunxit cur in illis nõ ſit ſperandum, Pſalm. 145
dicens: Exibit ſpũs eius, videlicet hominis, & reuertetur homo in terram ſuam, in illa die
peribũt omnes cogitationes eoꝝ, protinus exclamauit: Beatus cuius deus Iacob adiutor
eius, ſpes eius in dño deo ipſius, & cætera vſq; in finem pſalmi. Quibus verbis ſpem exci-
tare nititur excitatione rationabili, vt bonũ quod permanet pręferendũ eſſe ſentias omni
quod tranſit. ¶Iuxta hunc ſenſum concionator iſte, concionis multitudinẽ ab immode-
rato amore rerũ tranſeuntium reuocare, & ad æternoꝝ ſpem bonoꝝ excitare cupiens, &
hoc multiplici ratione peragens, talem in vltimo facit concluſionẽ: Finem loquendi oẽs
pariter audiamus: Deũ time, & mandata eius obſerua, hoc eſt em̃ omnis homo. Et cũcta Ecci. 12
quæ fiunt, adducet deus in iudiciũ, pro omni errato, ſiue bonũ, ſiue malũ. ¶Quomodo ſa Hoc eſt om
pit tibi in palato cordis quod dixit: Hoc eſt em̃ omnis homo? Verbũ eſt, qualẽ ſenſum ef nis homo.
ficit intellectui tuo? Talem nimirũ efficere debet, qui pertineat ad eandẽ rationẽ, qua di-
xit æternus & incommutabilis deus: Ego ſum qui ſum. Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, mi Exod. 3
ſit me ad vos. Egerat em̃ ab initio libri de corruptiõe vanitatis, & cũcta corripiẽs ſiue diſ
cutiẽs, cõprobauerat, q̃a omne vanũ, omne q̊d tranſit, vtiq; ſic eſt, quaſi nõ ſit, nec ipſum
hominẽ excipiens quicunq; in vanitate ambulauit. Ait em̃: Dixi in corde meo de filijs ho Ecci. 3
minũ, vt probaret eos deus, & oſtẽderet ſimiles eſſe beſtijs. Idcirco vnus interitus eſt ho
minis & iumentoꝝ, & æqua vtriuſq; conditio. Et cætera quoꝝ ſupra meminimus, cũ illo
pſalmi verſiculo: Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. ¶Vt ergo ſciat oĩs
concio, ꝑ quid fieri debeat, vt humana creatura liberet à ſeruitute corruptiõis. Homo iã Pſal. 121
nõ ſit vanitas, habẽs eẽ, habẽs participationẽ in idipſum, cũ æterno illo q dicit: Ego ſum Ecci. 12
qui ſum. Hoc eſt, ait omnis homo, deũ timere, & mãdata eius obſeruare. Ablatiuo caſu di 1. Cor. 6
ctũ grammatici intelligunt hoc, ac ſi diceret: Deũ timendo, & mandata eius obſeruãdo,
accipit eſſe homo, & grã eſt, adhærẽdo deo, q natura eſt. Nã qui adhæret deo, vnus ſpũs
 eſt.

eſt. Alias aũt homo ſiue ſit rex Iſrael in Hieruſalẽ,ſiue rex in Babylone præpotens,quan
Ecci.2 tiſcunꝫ affluat delicijs,& fruat bonis,ædificãs ſibi domos,& plantans vineas,faciens hor
tos & pomeria,& extruens aquaꝝ piſcinas,poſſidẽs ſeruos & ancillas,armenta quoꝫ &
magnos ouiũ greges,coaceruans ſibi argentũ & auꝝ,faciẽs ſibi cantores & cantatrices,
ſcyphos & vrceos ad vina fundẽda,q̄d prodeſt? Et hæc oĩa vana ſunt,& ipſe vanitas eſt.

¶Quod hæc duo,fides,q̄ in parabolis inſtruitur,& ſpes,q̄ in Eccleſiaſte roborat,
operent per tertiũ,ſcilicet per charitatẽ,quæ in Canticis loquit. Cap. XIII.

HAec duo,ſcilicet fides,quã deſignauimus in parabolis,prædicari, & ſpes,quæ in
Charitas Eccleſiaſte raborat,per multa argumenta contemnendæ vanitatis,operant per
in Canticis tertium,ſcilicet per charitatẽ,quæ aperta facie loquitur,ſic incipiens: Oſculetur
p̄dicatur. me oſculo oris ſui. De cunctis vocibus libri huius,non opus eſt nunc aſtruere,ꝙ
ſint voces charitatis ſignificantes affectũ quatuor perſonaꝝ Chriſti deſiderabilis,& eccle
Cant.1. ſiæ deſiderantis,amicoꝝ & adoleſcentularum,intendentium audire vocem ſponſi dile-
cti,& vocẽ ſponſæ dilectæ,& pro hoc auditu gaudio gaudere. ¶Piget nos ſegnes, & fate
mur,quia piget nos diutius hic immorari,p̄ſertim quia propriũ edidimus olim opuſcu-
lum,de iſtis Canticoꝝ Canticis,diſtinctũ ſeptem libellis,ad honorẽ dominæ noſtræ ſan
ctæ Mariæ perpetuæ virginis,quæ vera ſponſa principaliter amici eſt æterni,ſcilicet dei
patris,ſponſa nihilominus & mater filij eiuſdẽ dei patris,templũ propriũ charitatis,id ẽ,
ſpũs ſancti,de cuius operatione illũ concepit; qui videlicet ſpũs ſanctus charitas eſt patris
& filij. Opus illud accipiat quicunꝫ audierit auditor beneuolus,nõ ſicut contrariũ priſcis
doctoribus,qui in eiſdem Canticis latius amorem expoſuerunt ſanctæ eccleſiæ,ſed ſicut
aliquid ſupererogatũ vltra lectionem ipſoꝝ adunando & congregando voces tam ma-
gni tamꝫ diffuſi corporis eccleſiæ in vnam animam ſingularis & vnicæ dilectæ Chriſti
Mariæ. Quia nihil huic diſconuenit omnium eoꝝ,quæcunꝫ dici vel cantari poſſunt de
magno & ſancto amore dilectæ & diligẽtis Chriſtũ eccleſiæ. De iſta dumtaxat ſcriptura
hoc dicimus,quæ tota eſt cantabilis: nã in cæteris ſcripturis multa ſonãt lamentabilia pœ
nitentis eccleſiæ,in pleriſꝫ peccauit,pro quoꝝ parte cum fructibus pœnitentiæ lamẽta-
tur & gemit. Et hæc infra dignitatẽ ſunt huius beatæ virginis,cuius vita integerrima nõ
habuit cur gemeret,niſi vulnus charitatis,propter dilationẽ plenæ atꝫ perfectæ beatitu
dinis in tempore huius peregrinationis.

¶Q̃uo in tribus iſtis,fide,ſpe & charitate,vtiliter ſpeculari poſſumus,q̃uo ma-
gis ac magis ad congregationẽ ſanctæ trinitatis erudiamur. Cap. XIIII.

Epilogus MEmores eſſe debemus propoſiti ſiue intẽtionis,qua ſermonẽ cœpimus habere
in tres li- de fide,ſpe & charitate,ſecundũ libros iſtos tres Solomonis, ſcilicet vt in iſto
bros Salo- quaſi ſpeculo,hoꝝ triũ fidei,ſpei & charitatis,quandã ſpecularemur ſimilitu-
monis. dinẽ ſanctæ trinitatis: quia per hæc tria reformauit hominẽ ad ſimilitudinem
ſuam,iuxta propoſitum quod propoſuerat dicendo: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſi
militudinẽ noſtrã. In iſta ergo diuinæ ſimilitudinis claritate,in tribus iſtis fide,ſpe & cha
Gene.1. ritate,eſt q̊d vtiliter ſpeculemur,quo aliquantiſper magis ac magis ad cognitionẽ eiuſdẽ
ſanctę trinitatis erudiamur,quã nunc in ſua maieſtate videre nequimus. Ecce intelligimꝰ
& ſcimus,quia fides per ſpem & per charitatẽ,ſpes quoꝫ per fidẽ & per charitatẽ ope-
ratur ea,quæ in iſtis tribus libris,Prouerbioꝝ, Eccleſiaſtis,& Canticorum continentur.
Quid ope ¶Fides nanꝫ p ſpem & per charitatẽ hoc operatur in homine,vt accedat ad illã,quã ſa
ratur fides pientia ædificauit ſibi domũ,vt ad conuiuiũ victimaꝝ quas illa immolauit,ad bibendum
in hoie. vinũ quod illa miſcuit,ad edendũ panẽ menſæ quem illa propoſuit,taliter p̄parata men-
Prouer.9 te,vt ſimilia retribuere velit,ſcilicet animam ponere pro illo,qui prior in tantum dilexit
Iohan.10 nos,vt animã ſuã poneret pro nobis. ¶Spes per fidẽ & per charitatẽ hoc operatur in ho
Quid ope mine,vt,etiã ſi perſecutor deſit,q & facultates terrenas auferre & corpus ſolet occidere,
ratur ſpes. ipſe intelligẽs,q̄a vana,id eſt,tranſitoria ſunt omnia,relinquat vltroneus ea quæ poſſidet,
iuxta conſiliũ dicẽtis: Si vis perfectus eſſe,vade,vende vniuerſa quæ habes,& da pauperi
Matth.19. bus,& habebis theſauꝝ in cœlo,& veni ſequere me. Quantũ eſt quod ſpeculari poſſumꝰ
in iſto ſpeculo ſiue ænigmate de illa altiſſimæ trinitatis claritate,cuius faciẽ nũc nõ poſſu-
mus videre? Exiguum quidem,ſed hoc ipſum iam aliqua vitæ æternæ ſcintilla nobis eſt.
Iohan.17 Hæc eſt em̃ vita æterna,ait ipſe filius dei,vt cognoſcãt te ſolum verum deum, & quẽ mi
ſiſti Ieſum Chriſtũ. ¶Quid ergo eſt illud quãtulumcunꝫ,q̊d videre nunc poſſumus,per
hoc ſpeculũ,in iſto ænigmate? Nimiꝝ opus illud quod neceſſarium nobis eſt ad æternã
ſalutẽ credere & ſcire,quia deus pater per charitatẽ ſuam,id eſt,per ſpiritum ſanctũ, pro
Roma.8. prio filio ſuo mandatũ hoc dedit vt pateretur pro nobis,& ipſe filius per eandẽ charita-
Philip.2 tem ſuã,id eſt,per eundẽ ſpiritum ſanctũ,mandatũ hoc ſuſcepit,obedire vſꝫ ad mortẽ,
Eſa.53 mortẽ autem crucis. Quali cũ ſpe? Illa nimirum,quam per Eſaiam nobis annunciauit ſpi

ritus



ritus ſanctus dicẽs: Si poſuerit pro peccato animã ſuã,videbit ſemẽ longæuũ,& voluntas
dñi in manu eius dirigetur. ¶Ipſe aũt pater quali vel quãta fide? Fidelis enim in omnibus Pſal.144
verbis,& in iſto maxime,& oĩa opera eius in fide,& opus iſtud præcipue. Quali ergo vel Pſal.32
quanta fide mandatũ dedit huius obedientiæ,mandatũ huius patientiæ? Nimirũ tali fide
qualis eſt ipſe: tanta fide,quãtus eſt ipſe,fide admirabili, fide inſeparabili, fide perſeueran
tiſſima,fide victorioſiſſima. Quãtis irritatus eſt malis hominũ,q̃ maximis peccatis? Atta-
men perſeuerauerit in propoſito,vel promiſſione tãti boni,& q̃ proceſſerãt de labijs ſuis,
irrita nõ fecit. Pro quo & Dauid ſolicitus: Miſerere mei,ait,vt iuſtificeris in ſermonibus Pſal.88.
tuis,& vincas cũ iudicaris. Quãtis regibus,quãtis regnis armatus diabolus,hoc propoſitũ Pſal.50
eis auertere laborauit? Attamẽ euicit fortiſſimus deus,& ſicut propoſuerat,ecce filius eiꝰ
deus & homo ſedet à dextris eius. De illa p̄ſeuerãtia fidelis & fortis dei,noſtrũ illud opus
exiſtit in duodecim libellis,q̊d intitulatur, De victoria verbi dei.

¶Quod in ſcripturis antiquis noĩa hæc,fidei,ſpei,& charitatis fere ita raro inueniant
cũ res ipſaꝝ vbiꝫ p̄dicentur,ſicut relatiua nomina,patris & filij & ſpũs ſancti,aut tacen-
tur,aut rariſſime,& cum cautela pronunciantur. Cap. XV.

PRæclara hodie in euangelicis & apoſtolicis literis,& in ore totius eccleſiæ p̄dica Nouũ teſt.
tio eſt hoꝝ trium,fidei,ſpei & charitatis. Olim nõ ita. Quotus enim eſt locus in longe clari
ſcripturis veteris inſtrumẽti,vbi manifeſtatio luceat proprijs nominibus facieꝝ us q̃ vetus
iſtaꝝ,fidei,ſpei & charitatis? Notum quidẽ & certum eſt,omnem ſcripturã di- p̄dicar,tum
uinitus inſpiratã,res ipſas ſiue virtutes intendere,quæ ſignificãtur nominibus iſtis: ſed cũ abſoluta,tũ
ita ſit,nihilominus abſoluta eadẽ nomina fere vbiꝫ p̄dicet,quod iam ex parte monſtra- relatiua no
uimus. Relatiua hæc nomina,quæ ſunt,pater & filius & ſpũs ſanctus,aut tacuit, aut rariſſi mina trinie
me,& cũ cautela,& nuſq̃ ſimul iuncta pronunciauit. ¶Exempli gratia. Cũ (ſicut ſuperius tatis.
demonſtratũ eſt) fere cuncta,quæ dixit Salomon in parabolis,pertineãt ad gloriã fidei,
vbi hoc ipſum nomẽ,quod eſt fides,palã annunciauit? Item in Eccleſiaſte,cũ fere cuncta
quæ illic p multa dicuntur argumẽta,hominẽ prouocãt ad coronã ſpei,vbi ſpem ipſam
nominauit? In Canticis Canticoꝝ cum fere cuncta pertineant ad ſacramentũ charitatis, Canti.3
ipſam charitatẽ nõ multis vicibus nomine proprio nominauit, dicẽdo: Media charitate Gene.6
conſtrauit. & alibi: Aquæ multæ nõ poterunt extinguere charitatẽ. Itemꝫ alibi: Ordina Canti.1.
uit in me charitatẽ. ¶Verũ hoc nomine charitatis liberius poterat annunciari,ſiue decla
mari,etiã pueris illis,hominibus carnalibus illis,qui neſcirẽt,nec ſcire curarẽt quid fides,
quid ſpes,quid ſpũalis dilectio ſit,& forte charitatem ſufficientem reputarent viri & mu-
lieris,ſiue mariti & vxoris,parentũ & filiorum, cæterarumꝫ cognationũ, ſiue affinitatũ
dilectionẽ carnalem. ¶In diuinis ſermonibus de illa charitate agitur,cuius eſt eccleſiaſti
ca diffinitio hæc,diligere deũ propter ipſum,& proximũ,non qualemcunꝫ,ſed inimicũ Matth.5
hominẽ diligere propter deũ. Nunquid ſi huiuſce dilectionis capaces eſſe homines,dixiſ
ſet eis lex: Diliges amicũ tuũ,& odio habebis inimicũ tuũ? Similiter de fide ſentiendum. Gene.15
Si em̃ fidei capaces tunc eſſent homines,per quã Abraham iuſtificatus eſt,nunquid poſi- Roma.4
ta fuiſſet lex. Et vt per ſimilitudinẽ ſermo iſte magis placeat,nunq̄d ancillã duxiſſet Abra Gene.16
ham,niſi ſterilis fuiſſet libera? Veꝝ nos de his latius alio in opere tractauimus. Galat.4

¶Item de fide,ſpe,& charitate,ꝙ per hæc tria in ſanctis ſcripturis aſſimilet ſancta
trinitas,& de capitulo Apoſtoli: Tunc aũt cognoſcam,ſicut & cognitus ſum,
quid ſit cognoſcere,vel cognoſci. Cap. XVI.

HIc propoſitũ fuit demonſtrare,ꝙ hæc tria ſint,per quæ homo ad illam dei ſimi-
litudinẽ reformetur,quod in initio propoſuit dicẽs: Faciamus hominẽ ad ima-
ginẽ & ſimilitudinem noſtrã. Vnde & apoſtolus Iohannes: Scimus,ait, quia cũ 1.Iohan.3
apparuerit,ſimiles ei erimus,quoniã videbimus eum ſicui eſt. Quantũ putas io-
cunditatis habet demonſtratio,ſiue intelligentia hæc? Nam beati quidẽ ſancti prophetæ
pro eo ꝙ in manu eoꝝ dominus aſſimilatus eſt,ſicut in Oſee dicit,& nos iam ante memi Oſee.12.
nimus: Et locutus ſum ſuper prophetas,& ego viſiones multiplicaui,& in manu prophe-
tarũ aſſimilatus ſum,ſed nihilominus ſancti & electi oẽs beati,quia ſancta trinitas,vnus
deus,pater & filius & ſpũs ſanctus,per hæc tria,fidem,ſpem & charitatẽ,aſſimilatur eis.
Hic aſſimilationis modus eſt vniuerſalis. ¶Habuerũt ſancti patriarchæ, Abrahã,Iſaac,&
Iacob (q & ipſi prophetæ fuerunt) quaſdã proprias in ſemetipſis aſſimilationes,patris,&
filij,& ſpũs ſancti,quod & ſuo loco cõmemorauimus,ſed hæc eſt aſſimilatio vniuerſalis
claritas fidei,ſpei & charitatis,quę videlicet aſſimilatio in æternũ manebit. ¶Delectamur Materia in
rei magnitudine,ſed labor eſt in delectatiõe,dũ ſermo deficit inualidus,& quãtillũ in mẽ enarrabilis
te ſuggerit ſpũs,fari geſtiens lingua non aſſequitur. Capitulũ quippe magnum eſt,in quo aĩo p ſpm̃
vel circa quod pene defeſſus animus iã terminare properat,ſermonẽ habitũ de his tribus. ſuggeſta.
Quod capitulum? Nunc,inquit Apoſtolus,cognoſco ex parte,tunc aũt cognoſcam ſicut 1.Cor.13



& cogni-

& cognitus ſum. Nunc aũt manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. Maior autem horũ eſt
charitas. Qua eñ voce, qualibus verbis, hoꝝ poſſumus verborum ſenſum conſequi? Ver
bum quippe cognitionis, duaꝝ quendã ſignificat contractum ſiue ſenſum conſcientiarũ,
nimiam nimisq; familiarẽ habentẽ fiduciam in alterutrum, qui neq; per lectionẽ, neq; p
auditionẽ, ſed per ſolũ ſatis anima ſcire poteſt experimentum. ¶Multum eſt quod ſacra
ſcriptura de mutua cognitione ſpũs dei & ſpiritus hominis agit per ſimilitudinẽ. Exem-
Eſai. 62. pli gratia: Et gaudebit ſponſus ſup ſponſam, & gaudebit ſuper te deus tuus. Quod ergo
dicit, tunc cognoſcã ſicut & cognitus ſum, verbo cognitiõis ſempiternũ inſinuare volẽs
vſum charitatis, ſiue torrentẽ voluptatis, redundantẽ ex ſecreto diuinitatis in interiora
Pſal. 30. animæ diligẽtis, quis digne verbis explicare poſſit? Abſconditũ eſt à nobis toto huius no
ſtræ peregrinationis tẽpore: propter quod Pſalmiſta ſuſpirãs dicit: Quàm magna multi
tudo dulcedinis tuæ dñe, quam abſcondiſti timentibus te. Si abſconditum eſt ab omni vi
1. Coꝛ. 13 uente, imo peregrinãte in iſta mortalitate, vt recte dicat, nũc cognoſco ex parte. Quidnã
Eſa. 62 eſt, nunc cognoſco ex parte, p̃ſertim quia ſubiungit: Tunc aũt cognoſcam ſicut & cogni-
tus ſum? Per ſupraſcriptã ſimilitudinem in hoc ſenſu adiuuemur, qua dictum eſt, & gau
debit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te deus tuus. Nunq̃ enim ſponſa plene
cognoſcit ſponſi affectũ, niſi dum per naturalem commixtionem fiunt corpus vnũ. Ibi
plane dicere poteſt, nunc cognoſco ſicut & cognita ſum.

¶Quo ſenſu vel qua intentione dixerit Apoſtolus: Nunc aũt manẽt fides, ſpes,
vnũ hæc nobis ſcripta ſunt. Cura eñ erat illis tantũ de genere ſuo, cura erat ſpiritui pro-
phetico de illis propter Chriſtũ, q̃ naſciturus erat ex eodẽ populo. ¶Sicut ergo de cæte
ris beſtijs ſcimus, q̃a taliter demõſtratæ ſunt, verbi gratia, vt vni diceret: Surge comede Heſter. 3
carnes plurimas, propter populum Iudaicũ, de quo Aman dixit regi Aſſuero: Si tibi pla
cet, decerne vt pereat, ita & de iſta beſtia quarta, beſtia terribili atqꝫ mirabili, q̃d dictum
eſt: Comedẽs atqꝫ cõminuẽs, & reliqua pedibus ſuis cõculcãs, ad eundẽ populũ ſpectat,
quẽ; ducibus ſiue principibus Tito & Veſpaſiano, regnũ illud comedit atqꝫ cõminuit, tã Ioſe. de bello iud. li. 7
terribili comeſtione, tã mirabili cõminutione, vt nulli vnq̃ populo, vel ciuitati ab initio
ſeculi taliter cõtigerit, ſicut Ioſephus ſcriptor admirãdo pariter & dolẽdo patẽter ediſ-
ſerit, & reliqua ſic pedib⁹ ſuis cõculcauit, vt nũc vſqꝫ patet, q̃a in oẽs gẽtes ducti ſunt ca
ptiui, q̃ reliqui fuerũt ex eis. Nũquid tres viri iſti, Noe, Daniel & Iob, ſi fuiſſent in medio
eoꝝ liberaſſent eos? Fuerũt autem ſimiles iſtoꝝ aliqui in medio eoꝝ, ſcilicet Apoſtoli, &
multi credẽtes in Chriſtũ, ſed nõ liberauerũt eos, imo vt ipſi ſoli liberarẽt animas ſuas, ꝑ
diuinã iuſſi ſunt reuelationem imminẽte obſidione, exire de medio eoꝝ. Nonne hoc fuit Hiſt. eccle. lib. 3. cap. 5
q̃ſi Noe, & Daniel & Iob exire de medio eoꝝ? ¶Remanſerũt aũt in medio eoꝝ tres alij
valde cõtrarij, Eleazarus, & Iohãnes, & Simon, authores & principes nimis crudeles ſe-
ditionũ inenarrabiliũ, & ita mirabiliter euenit, vt cũ in Babylone audieris, tres video vi-
ros ambulãtes in medio ignis, & aſpectus quarti, ſimilitudo eſt filij dei. Hic ecõtra in ea,
quæ dicebatur Hieruſalem, exclamare poſſis: Tres video viros obtinẽtes miſerã Hieru-
ſalem, diſcindẽtes eã & excruciãtes gladio & fame, miſerabilibus modis, tres (inquã) vi-
ros principes iniq̃tatis, & totius latrocinij, & aſpectus quarti ſimilis eſt Barabbæ latro-
nis ſeditioſi. ¶Nã q̃a Barabbam ſibi prælegerũt, Chriſtũ aũt dei filiũ interfici petierũt, Danie. 3
idcirco omnis Noe, & omnis Daniel, & omnis Iob receſſit ab eis, & iuſto iudicio, cũ fo- Matth. 7
ris obſiderentur à Romanis, intus dati ſunt in prædam tribus illis authoribus ſeditioſis,
qui cõtra ſemetipſos diuiſi, communiter diruperunt, & certatim effoderũt viſcera ieiu-
na, & eſurientia plenæ ciuitatis.

Pctm̃ Iudeorũ grauiſſimum

Quod vel quale fuerit peccatũ terræ illius, quam Noe, & Daniel, & Iob ſaluare non potuerunt, & quomodo Iudæi blaſphemauerunt, vel dixerunt contra ſpiritum ſanctum. Cap. XVII.

HOc iudicium terræ illius quæ peccauit, non quomodocũqꝫ, ſed ita quemadmo- Ezech. 14
dum dixit: Terra cũ peccauerit mihi, vt præuaricãs præuaricet. Quidnã eſt p̃-
uaricando p̃uaricari, niſi perſeuerare in propoſito p̃uaricationis corde impœ-
nitenti? Hoc deniqꝫ eſt peccatũ terræ illius grauiſſimæ, ſcilicet Iudæoꝝ, quibus
maxime & primo loco, & deinde hęreticis illa redargutio cõgruit: Filij hominũ vſqꝫquo Pſal. 4.

 grau-

Pſal.4. graui corde. Quomodo illi maxime p̄uaricando præuaricati ſunt,id eſt, in p̄uaricatione
perſeuerauerũt? Filiũ dei dominũ Ieſum Chriſtũ in præuaricatione ſua reprobauerũt
& crucifixerunt. In præuaricatione inquã,id eſt,contra legẽ ſuam. ¶Dixerat enĩ in lege
Deuter.18 Moyſes: Prophetã de gẽte tua & de fratribus tuis,ſicut me, ſuſcitabit tibi dñs deus tu⁹,
Chr̃s vtiq; a Iudeis audiri debuit. ipſum audies. Qui autẽ verba eius,quæ loquet̃ in nomine meo,audire noluerit,ego vl-
tor exiſtã. Ergo dñm Chriſtũ reprobãdo,præuaricati ſunt,p̄ſertim cũ legitimũ haberẽt
ſignũ,per quod intelligere eum poſſent eſſe prophetam illũ,ſcilicet ſufficiẽs in opere &
ſermone eius veritatis teſtimoniũ. Sed forte aliqui de ignorãtia ſe excuſare potuerũt di-
centes eum eſſe magũ. Proinde cũ blaſphemaret ait: Et quicũq; dixerit verbũ cõtra filiũ
hominis,remittetur illi. Et cũ pateretur,pater,inquit,ignoſce illis,non enim ſciunt quid
Mat.12. faciũt. Sed q̃d poſt hæc? ¶Quomodo terra illa inexcuſabilis facta eſt, vel quomodo p̄-
uaricans præuaricata eſt,vt inexcuſabilis eẽt? Venit ſpũs ſanctus ſup̄ diſcipulos eius, q̃s
Luc.23 nimirũ ſignificans dixerat illis: Et ſi ego in Beelzebub principe dæmonioꝝ eijcio dæmo-
nia,filij veſtri in quo eijciũt? Ideo,ipſi iudices veſtri erunt. Eijciunt dixit,id eſt,certiſſi-
me eijcient,magis q̃ nũc,cũ ſpũs ſanctus aduenerit. Venit,inquã, ſpũs ſanctus manifeſta
virtute teſtimoniũ perhibere,q̃d ille eſſet Chrũs,& tũc adimpletũ eſt q̃d dixerat illis: Cũ
Matth.18 aũt venerit paracletus,quẽ ego mittã vobis à patre ſpiritũ veritatis,qui à patre procedit
ille teſtimoniũ perhibebit de me,& vos teſtimoniũ perhibebitis. Hoc facto nihilominus
Ioh.15 in præuaricatione p̄ſeuerauerũt & blaſphemare nõ ceſſauerũt, & tunc demũ cõtra ſpi-
ritum ſanctũ verbũ dixiſſe iudicati ſunt,& illa ſentẽtia venit ſup̄ eos: Qui aũt dixerit ver-
bum contra ſpiritũ ſanctum,non remittetur ei,neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro.

De Hieruſalem quæ illa ſit,de qua dominus ibidem: Quod & ſi quatuor iudicia mea peſſima miſero in Hieruſalem,tamen relinquetur in ea ſaluatio educentium filios & filias. Cap. XVIII.

Ezech.14 ILla autem,quæ eſt Hieruſalem,qualem habet prouentũ in medio cunctaꝝ tribula-
tionum. Quod & ſi,inquit dñs continuo in eodem propheta,quatuor iudicia mea
peſſima,gladium,& famem,& beſtias malas,& peſtilentiam miſero in Hieruſalem
vt interficiam de ea hominẽ & pecus: tamen relinquetur in ea ſaluatio educentium
Mira diſtãtia inter eccleſiã & ſynagogam apoſtatricẽ filios & filias. ¶Mira diſtantia,mira oppoſitio illius terræ, id eſt,apoſtatricis ſynagogæ
& iſtius Hieruſalẽ,id eſt fidelis & catholicæ eccleſiæ. In illa terra,Noe,Daniel, & Iob,ſi
fuerint in medio eius,nõ poſſunt ab vno quolibet iudicioꝝ iſtoꝝ liberare filios & filias,
ſed ſolas animas ſuas: in iſta aũt Hieruſalẽ,ſi cũcta hæc quatuor iudicia dñs iudicat in eã,
videlicet vt probetur patiẽtia ſanctorum,quod ſæpe factũ eſt,nõ dico, quod minus eſt,
Noe,Daniel,& Iob,ſi fuerint in medio eius,liberabũt filios & filias. Sed dico,q̃d plus eſt,
relinquetur in ea ſaluatio educentiũ filios & filias. Plus nãq; eſt moriendo educere filios
& filias in vitã æternã qui non erant, q̃ orando liberare ab interfectione corporis filios
1.Iohan.5 & filias qui iam erant. ¶Audiuimus,vidimus,quãta fecerit in iſta Hieruſalẽ totus mun-
dus,in maligno poſitus,& maxime eadem illa beſtia ſuperius memorata terribilis atque
mirabilis,quãtis,q̃ſlate diffuſis perſecutionibus,quaſi magnis & ferreis dẽtibus, iſtã Hie-
Iohan.12 ruſalem comederit atq; cõminuerit. Sed q̃d nocuit? Relicta eſt enim in eis ſaluatio edu-
centium filios & filias: q̃a nimirũ ſicut frumentũ ſeminatũ & in terra mortuũ, in multi-
plicẽ reſurgit fructũ: ita perſæpe paucis pro teſtimonio fidei morientibus, multa milia
rationabilem patientiã illoꝝ cõſiderando,in Chriſtũ crediderunt. De q̃bus recte dicas,
quia priores illi morientes,iſtorum patres ſiue matres fuerunt, eoſq; tanq̃ filios & filias
Oſee.1 imo vere filios & filias ſuo ſanguine pepererunt. Iſta ergo eſt vere Hieruſalẽ & vere do-
Zach.4. mus Iuda,cui dictũ illud in Oſee veraciter congruat: Et domui Iuda miſerebor & ſalua-
Rom.Imp. erat vt Babylon. bo eos in dño deo ſuo,& nõ ſaluabo eos in arcu,& gladio, & in bello,& in equis,& in e-
quitibus. ¶Itẽ in Zacharia: Nõ in exercitu,nec in robore,ſed in ſpũ meo dicit dñs exer-
cituum. Spũs tuus à te procedens domine exercituũ,& ab cœnaculo incipiẽs: vbi expe-
ctabatur,cum pauci homines eſſent congregati in vnũ,venit vſq; ad illius beſtiæ dentes
magnos,dentes ferreos,quæ nimirũ beſtia,ſcilicet Romanũ imperiũ vere erat Babylo-
nia,& per omẽ perſecutionis fornacẽ, ſemetipſum exhibens pijs martyribus tanquam
ventũ roris flantẽ,tam diu illos refrigerauit, & tã diu filius dei cũ illis ambulauit p̄ me-
dium ignis,& fidẽ illorum illæſam cuſtodiuit: donec illa beſtia homo fieret,id eſt,ratio-
nem admitteret,& rationabilem eſſe Chriſtianorum fidem intelligens, vexillum crucis
in ſua fronte ſuſciperet, ac voce humana patrem & filium & ſpiritum ſanctum, vnũ &
verum eſſe deum pronuncians,etiã patronum ſe cultoribus eius exhiberet.

De tribus viris illis,quorum hæc propria nomina fuerunt, Noe,Daniel, & Iob, qualiter ſuis quiſque temporibus egreſſi fuerunt. Cap. XIX.





EXeãt igit̃ de terra illa quicũq; pertinere cupiũt ad tres viros iſtos, Noe,Daniel,&
Iob,& videant illius terræ quãta deſolatio,& iſtius Hieruſalẽ,q̃ fructuoſa ſit pro
batio. Nã ecce(inquit)ipſi egrediẽtur ad vos,& videbitis viam eoꝝ,& adinuẽtio Ezech.14.
nes eoꝝ,& cõſolabimini ſuper malo quod induxit in Hieruſalẽ,& omnibus quæ
importaui ſuper eã,& conſolabuntur ſuper vos cũ videritis viam eoꝝ,& adinuentiones Mira myſteria trinitatis in his tribus viris, Noe,Daniel & Iob.
eoꝝ,& cognoſcetis ꝙ nõ fruſtra fecerim omnia,quæ feci in ea ait dñs deus. ¶Magnũ &
pene inenarrabile ſacramẽtũ. Quomodo de terra illa,quã ſupra habuimus, Noe, Daniel,
& Iob,toties nominati ad nos exierunt,q̃m filios & filias ſaluare nõ potuerũt? Dicamus
in primis de tribus viris illis,quoꝝ hæc propria noĩa fuerũt,Noe,Daniel,& Iob,qualiter
ſuis quiq; tẽporibus egreſſi fuerint. Primus egreſſus eſt Noe cũ tribus filijs,Sem,Cham & Gene.7
Iaphet. Daniel vero cũ tribus pueris,Sidrach,Miſach & Abdenago. Iob aũt cum tribus Dani.3
amicis ſuis,Eliphas Themanites,Baldat Suites,& Sopharna Amathites. ¶Qualis fuit Iob.2
egreſſus illoꝝ? Egreſſus Noe de congerie mortuoꝝ fuit,ad reparationẽ generis humani Gene.9
de tribus filijs, ſub trina benedictione dei dicentis: Creſcite & multiplicamini. ¶Egreſſus
Danielis cũ ſuis concaptiuis ad conſolationẽ ipſoꝝ cum tribus pueris,quos de medio Ba Dañ.2.5.14
byloniæ fornacis victores recepit,glorificatus ipſe tribus gratiæ incremẽtis,in cõſpectu
triũ regũ,videlicet in conſpectu Nabuchodonoſor,interpretatione ſomnioꝝ: in cõſpe-
ctu Balthaſſar,lectione & interpretatiõe verboꝝ, q̃ miro modo in pariete ab inuiſibili vi-
ſibiliter ſcripta ſunt: & in conſpectu Darij victoria laudabili,quia miſit dñs(ait)angelum
ſuũ,& concluſit ora leonũ,& nõ me contaminauerunt. ¶Egreſſus Iob fuit in exemplum Iob.1.2
patiẽtiæ cũctis ſuperuẽturis ſeculis,tribus modis tentati atq; probati,ſcilicet occulta po-
teſtate,quã aduerſus eũ ſatan accepit,ſed aperta lingua coniugis,& nimia trium amicoꝝ Iob.42.
ſapientia,quæ illũ valde afflixit,quos non recta locutos ipſe per ſacrificiũ deo reconcilia-
uit. Itaq; tres viri iſti,Noe cũ tribus filijs,Daniel cũ tribus ſocijs,& Iob cũ tribus amicis,ſi
unt duodecim,& hic numerus eoꝝ eſt,qui & arcã,ſcilicet eccleſiam in aquis baptiſmi re-
gendã primi poſt Chriſtũ ſuſceperunt,& in gentibus,quaſi in Babylonia deum clarifica- Ezech.14.
uerunt,& in cũctis tentationibus fortiter perſtiterũt. Quod qui rite perpendit,nimiꝝ ipſe
perſentit hoc dictum à dño,& cognoſcetis,ꝙ non fruſtra fecerim omnia quæ feci.

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINItatis & proceſſione ſancti ſpiritus LIB. IX.

¶De eo quod ſcriptũ eſt: Sicut qui mel comedit multum non eſt ei bonũ,ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria: & ꝙ ſcripturas ſcrutari non idem ſit quod ſcrutatorem eſſe maieſtatis. Cap.I.

GLorificationem tuã loquentes,reuerenda trinitas vnus deus,iam
dudũ ſub virga timoris tui pauemus,dum & tua laude nunq̃ ceſſan
dũ,& nihilominus multiloquiũ eſſe cauendũ nõ ignoramus. Scri Proue.5
ptũ eſt enĩ: Sicut qui mel comedit multũ,nõ eſt ei bonũ: ſic q̃ ſcru
tator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria. Et alibi: Deus enĩ in cœ
lo,& tu ſuper terrã,idcirco pauci ſint ſermones tui. Attamen nun
quid ſcrutari ſcripturas,idẽ eſt ꝙ ſcrutatorẽ eſſe maieſtatis? aut
ei,qui q̃d loquitur,nõ loquitur extra regulã, ſiue authoritatẽ ſcri
pturaꝝ veritatis,nunquid recte dicas,nõ pauci,ſed multi ſunt ſer
mones tui? Cœptam igitur laudationem dñi adhuc loquetur os
meum,& hoc opus iam octo libellis protractũ, in iſto nono libello concludam. ¶Quod Præmium laboris poſt hãc vitam
cũ fecero,o ſpũs patris & filij,quæ merces huic operi? imo quæ gratia pro iſta gratia? Li
ceat homini interiori ſuã intentionẽ ſiue expectationẽ breuiter & occulte ſignificando,
vti verbis B. Iob: Duo tantũ,inquit,ne facias mihi,& tunc à facie tua nõ abſcondar, Manũ Iob.13.
tuã longe fac à me,& fortitudo tua nõ me terreat. Quod eſt dicere,De peccatis meis vin
dictã nõ ſumas,& principes tenebraꝝ mihi nõ occurrãt,& tunc in exitu ſuo dicet anima
mea beneficij largitate exhilarata: Ecce q̃d cupiui iã video,q̃d ſperaui iã teneo,ab eius fa-
cie nõ ſum abſcondita poſt exuuias corporis, quẽ in corpore poſita tota dilectiõe fidei di
lexi. ¶Huius igitur libri vltimi materia tu mihi eſto domus ſanctiſſima,cũ tuis ſeptẽ co- Argumẽtũ huius libri noni.
lumnis,quã ſapiẽtia ſibi ædificauit. Nã tui quidẽ in ſuperioribus loco quodã memini,ſed
ſeptẽ columnaꝝ ſacramentũ, quod fere oĩbus notũ eſt,huc vſq; diſtuli,notitiæ cõmuni
ſiue vſitatæ lectioni ſupererogare cupiens aliquid in domo iſta,quæ eſt templũ corporis Prouerb.9
dominici,ad laudẽ ſpiritus ſancti,à patre & filio procedentis.

¶Quod domus illa, quã ſapientia ſibi ædificauit, ſit corpus Chriſti, & ꝙ in iſtã domũ proceſſio ſpiritus ſancti tertio celebrata ſit, primo ad ædificãdũ, ſecundo ad exornandũ, tertio ad dedicandũ. Cap. II.

3. Reg. 7. 8

HIc ergo in primis illud memorare libet, quia in domũ iſtã proceſſio ſpiritus ſancti tertio celebrata eſt, ſecundũ typũ domus illius ſiue tẽpli manufacti, quod Salomon magna ſapiẽtia ædificauit, mira gloria decorauit, magna ſolẽnitate dedicauit. Etenim ſpiritus ſanctus domũ iſtã non manufactã templũ dominici corporis, ſapiẽter ꝑ ſemetipſum ædificauit, decẽter exornauit, glorioſe ac feliciter dedicauit. Aedificauit, inquã, in ipſa verbi incarnatiõe, exornauit in illius veri hoĩs manifeſtatione,

1. Paral. 22

dedicauit in eiuſdẽ ſacroſancta reſurrectiõe. Quã videlicet dedicationẽ ille innuit pſalmi xxix. titulus, pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. Mittit eñ nos titulus ad hiſtoriam, & hiſtoriæ intelligentiã ſacræ, qa ſicut Dauid impenſa & apparatu ſuo per manum Salomonis templũ dño ædificauit, & poſtea cum iucunditate & *ſolennitatibus verbis ad laudẽ dñi dedicauit: ſic corpus Chriſti ſecundũ ſingularẽ natiuitatẽ, & immunitatẽ à peccato, fuit ædificatũ: poſt reſurrectionẽ vero ſecundũ impaſſibilitatẽ & immortalitatem, æterna gloria manet dedicatũ. Manifeſtationẽ vero illã dicimus qua manifeſtauit eũ ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ, Iohãne ꝑdicante: Et ego neſciebã eum, ſed vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. In iſtis igitur tribus ſplẽdoribus grãe, quæ diffuſa eſt in labijs tuis, ſpecioſa forma præ filijs hominũ, ſic ſanctã trinitatẽ laudam* & glorificamus, vt ſanctũ ſpiritũ de patre & de filio procedentẽ pariter ꝑdicemus opificem iſtius domus, quæ videlicet domus es tu ſecundũ humanitatẽ, in qua requieſcit ipſe cũ omnibus, quas tibi theſaurizauit, diuitijs ſiue theſauris ſapientiæ & ſcientiæ.

*al's, ſolennibus

Iohan. 1.

Pſal. 44

¶De ſeptem eiuſdem domus columnis: & quis primus autor fuerit huius numeri, vt ſcriberet ſeptẽ ſpiritus dei. Cap. III.

Septẽ colũnæ templi, ſeptẽ ſpũs domini.

Eſa. 11

SEptem colũnas, quas excidit ſapiẽtia in iſta domo ſua, ſicut dicit ſcriptura: Sapĩa ædificauit ſibi domũ, excidit columnas ſeptẽ, ſeptem eſſe ſpiritus dei, quis non audiuit cõſonantibus ſcripturis alijs? Nam, exempli gratia, propheta Eſaias dixit: Et egrediet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet, & requieſcet ſuper eũ ſpiritus dñi, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris dñi. ¶Multa ſunt in ſcripturis conſonãtia ſanctũ ſeptiformẽ ſpiritũ, ſub ſacramẽto numeri ſeptenarij, videlicet ſeptẽ lampades ante thronũ dei, ſeptẽ cornua agni, ſeptem eius oculi, quod non eſt aliud, q̃ apud Zachariã prophetã, in vno lapide ſeptem oculi, & in vno candelabro ſeptem lucernæ ſuper caput vnius candelabri. ¶Verũ nos iſtud quærimus, & inuenire delectabile eſt, quis primus fuerit autor numeri huius, vt ſcriberet ſeptẽ ſpiritus dñi, & quã ob cauſam idem ſeptẽ ſpiritus, nomine columnarũ totidẽ debuerint ſignificari. Non eſt dubiũ quin omnia ſint diuinæ autoritatis quæcũq; habẽtur in ſcripturis canonicis: veruntamen tunc melius placet, & abundãtius lætificat ipſa diuina autoritas, cũ diuina quælibet ſcriptura ſimul autoritatem ſiue teſtimoniũ habet de aliqua priore ſcriptura. Exempli gratia: Quod in Zacharia ſcriptũ eſt, vt iam memini, quia ſuper lapidẽ vnũ ſeptem ſunt oculi, cũ ſit diuinæ autoritatis: ſpũs eñ ſanctus per os omnium prophetarũ locutus eſt, attamen amplius ex eo delectat, ꝙ ante iſtũ Eſaias propheta, cuius iam meminimus, ſcripſit apertiſſime ſeptem ſpũs dñi, ita vt ſingulos proprijs q̊q; exprimeret vocabulis. ¶Hoc igitur quærimus, vtrum & iſte qui ſine dubio diuina ſcripſit autoritate, ſapiẽtia ædificauit ſibi domũ, excidit columnas ſeptẽ, priorẽ quempiã legerit, ſiue audiuerit, ſimilia loquentẽ. Verbi gratia Dauid ſiue Moſen. Quærentes iſtud, cito inuenimus, quia ꝑceſſor huius & omniũ prophetarũ, in iſto ſacramẽto numeri ſeptenarij, Moſes fuit, cuius ſcriptura profluens, nõ ab homine, ſiue à literatura manuſcripta cuiuſpiã hominis, ſed ab ipſius ore, quaſi fons ſcripturarũ eſt, nam cæteræ omnes ſcipturæ propheticæ, quaſi riui ſunt eiuſdẽ fontis. Hoc demonſtrare promptũ eſt, ſi tamen paucis rem tantã lingua verbis explicare poteſt.

Numerus ſeptenarius

Apoca. 4. 5

Zach. 3. 4

Zacha. 3

Eſaie. 11.

Prouerb. 9

Libri Moſi fons ſcripturarum.

¶De ſeptẽ diebus primis, & ꝙ ſpũs dñi qui ferebat ſuper aquas, ex illis cognoſci debeat ꝙ ſit ſpũs ſeptiformis, primũ ſpũs timoris, ſecundũ diuiſionẽ tenebrarũ & lucis, & in ſupremo ſpũs ſapientiæ, ſecundũ diem ſeptimũ, in quo deus requieuit. Cap. IIII.

Gene. 1.

Roma. 1

IN principio ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, qui videlicet ſpiritus dei bonitas ipſius eſt. Pro hac bonitate ſua deus ſex diebus cuncta creauit, & in ſeptimo requieuit. Et quoniam à creatura cognoſcitur creator, ſicut Apoſtolus dicit: Inuiſibilia ipſius enim, à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas, idcirco nos maxime, qui cognſcentes deum, ſicut deum glorificare & gratias agere cupimus, à creatura ipſorum dierum ipſum, q ante omnẽ diem ferebatur ſuper aquas debemus cognoſcere ſpiritum ſanctũ. Videlicet

ab



ab illo die, quo dimiſit deus lucem & tenebras. i. angelos bonos & angelos malos, cognoſcit ſpũs iſte, qa ſpũs timoris eſt. Timorem qppe efficit credenti aĩæ memoria illius iudicij magni & terribilis, quo angeli tenebrarũ ab angelis lucis tanta diuiſione diuiſi ſunt, vt vltra in æternum recuperari nõ poſſint. De quo videlicet timore, ſiue ſpũ timoris, ſcriptum eſt in Iob: Poteſtas & terror apud illum eſt, q facit cõcordiam in ſublimibus ſuis. Iob. 25

¶A die ſecundo quo fecit deus firmamentũ in medio aquarũ, & diuiſit aquas ab aqs, cognoſci ꝑt ſpũs dei, qđ ſit ſpũs pietatis: ſi rite ꝑpendas, qua intentione fecerit deus fabricã huius mundi, cuius initiũ fuit factura eiuſdẽ firmamẽti, qđ cœlũ vocauit. Quidnã intendebat, ſic incipiẽs deus, vel ſapĩa dei? Qñ (inqt) ꝑparabat cœlos aderã, qñ certa lege & gyro vallabat abyſſos, cũ eo erã cuncta cõponens, ludens corã eo omni tp̃e, ludens in orbe terrarũ, & delitiæ meæ eſſe cũ filijs hoĩm. Et qd tam pium, q̃ idcirco ꝑparaſſe cœlos, & feciſſe hunc mundum, & in eo genus humanum, qa ipa ſapĩa iam delitiabaẽ, quandoq; fieri homo, & eſſe cum filijs hoĩm. ¶A die tertio quo dixit deus: Appareat arida, quã vocauit terram: & germinet (ait) herbam virentẽ, & facientẽ ſemẽ, & lignum pomiferũ faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipo ſit ſup terram, quod fuit initium exornationis mundi, propter quod ſcriptura dicit: Plantauerat autem dñs deus paradiſum voluptatis à principio, ſubaudiẽ eñ ornatus, ſiue exornationis terræ. Ab iſto (inquam) die tertio cognoſcit ſpũs ſanctus quod ſpũs ſciæ, imo & ſciarum ſit dñs. Quam videlicet ſciam, quia iam in corde ſuo æmulabat Adam in paradiſo poſitus, ꝑmiſſus eſt accedere tentator qui diceret: Comedite, & eritis ſicut dij, id eſt, ſimiles deo, ſcientes bonum & malum. ¶A die quarto, quo dixit deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna, & in tp̃a, & dies, & annos: cognoſcit ſpũs ſanctus, quod ſit ſpiritus fortitudinis. Quis aut eccleſiaſticorũ, aut gentilium philoſophorũ non miratus eſt fortitudinem, ſiue poteſtatem in iſtis duobus magnis luminaribus, ſole, & luna, & ſtellis, quas poſuit deus in firmamento cœli? Primus Pſalmiſta dicit: Qui fecit luminaria magna, ſolem in poteſtatem diei, & lunam & ſtellas in poteſtatẽ noctis. ¶Poſt hunc inquiſitores mundi, ſapientes huius ſeculi tanta dixerunt, tanta ſcripſerunt de iſta creatura tam mirabili, de ſole & luna & ſtellis, quæ curſus ſuos tam certa, tamq; firma lege cuſtodiunt, conſtitutione dei ex præcepto quod ille poſuit, vt ea etiam viuere, & ex eis fata hoĩm pendere crederent, quod recipere nec voluit, nec debuit eccleſia dei. Sunt alia poteſtatum inſignia ſano intellectu ſufficientia ad comprobandum, quod vere in his fortitudo magna ſit. ¶Quinq; tenẽt cœlum zonæ ait poeta inſignis, quarũ circa poſitiones vel cauſas temperamenti ſiue intemperamenti, multa inſignia ſeſe expenderunt † ſecularium. Nec ea reprobauit diſcretio eccleſiaſticorũ, ſolẽ intelligẽtes diuerſitatis huius eſſe cauſam principalem, ſecundũ quod illi poſitũ eſt ꝑceptũ, aſcendere ſurſum, & deſcnedere deorſum. Oritẽ eñ ſol, & occidit (ait Eccleſiaſtes) & ad locũ ſuũ reuertiẽ, ibiq; renaſcens gyrat ꝑ meridiẽ, & flectiẽ ad aquilonẽ, luſtrãs vniuerſa in circuitu, pergit ſpũs, & in circulos ſuos reuertiẽ. ¶Nimirũ gyrando & regyrando duas temperat zonas, vna quæ & media, eſt nimiũ exuſta, eo ꝙ ſoli ſemꝑ ſit ſubiecta, duabus autem extimis, à qbus longius abeſt, vel qbus gyrando & regyrando non appropinquat, frigore torpentibus, & glacie perpetua. Horum hic meminiſſe ſupfluũ duceremus, niſi pro fortitudine, quæ in ſole eſt, dicere aliqd oportuiſſet, maxime qa Pſalmiſta quoq; horũ meminit, dicendo: Quia neq; ab oriẽte, neq; ab occidente, neq; à deſertis montibus, ſubaudiẽ, patet locus effugij, quoniã deus iudex eſt. ¶A die qnto, quo dixit deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuꝑ terram ſub firmamento cœli, & benedixit eis, dicens: Creſcite & multiplicamini, cognoſcit ſpũs ſanctus, ꝙ ſit ſpũs conſilij. Cuius potentia, dum ſuꝑ aquas fertur, hoc mirabile fecit in creatura eiuſmodi, quæ rõnem non habet, ita conſulere nouerit ſuæ poſteritati, vt homo rationalis nõ ſufficiat admirari, idem animantibus etiam minimis, quæ ſexto die terra produxit: Vade (inqt Salomon) ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam. Quæ cum non habeat ducẽ, nec ꝑceptorem, nec principẽ, parat æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat, deniq; in creatura humana nõ adeo mirum eſt, ꝙ ſit conſilij capax, videlicet qa in homine inter ſenſualitatem & moralitatẽ media eſt rõnalitas, at in eiuſmodi creatura, quæcũq; eſt rationalitatis expers, cum qnq; fungaẽ ſenſibus, valde mirũ eſt tantã ineſſe moralitatẽ, ſiue quaſi cõſilij ſolicitudinem, vt pro exemplo poſſit eſſe homini, ſocordiã eius in pleriſq; redarguẽs. ¶A die ſexto, ſiue à creatura humana, quæ die ſexto facta eſt, cognoſcit ſpũs ſanctus, quod ſit ſpũs intellectus, nõ ſolũ quod rationalis cognitus, verumetiam (quod maximum eſt) ſpiritualis intelligentiæ capax. Deniq; & ſi tunc primus homo non intellexit, & poſt eum quàm plurimi (ſicut ſcriptum eſt) homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis factus eſt illis. Et rurſus: Animalis homo non ꝑcipit ea quæ fecit deus, attamẽ

Spũs pietatis ſcđo die

Prouerb. 8

Spũs ſciæ tertio die

Gene. 3.

Spũs fortitudinis q̃rto die.

Pſal. 135.

Ver. in Geor. Oui. in Metamor. adde, īgenia

Luca. 1 Phar.

Eccl. 1

Pſalm. 74.

Spũs cõſilij die qnto

Spũs itellectus die ſexto

Pſal. 48

1. Cori. 2



ſpũales

Spũs ſapię die ſeptio.

Matth. 11

ſpirituales fuerunt, & ſunt multi, magnus em̃ dñs, quos voluit, multos ſpiritu intelligentiæ repleuit. ¶A die ſeptimo, cui deus benedixit, & in quo requieuit, quē ſanctificauit. Propter hoc ipm̃, vt in ipo requieuit, inquantum iam in hac vita, vel ꝑcipi, vel guſtari pt̃ requies ipa cuiuſmodi ſit, cognoſcitur ſpũs ſanctus, quod ſpũs ſit ſapiæ, quia vere ad magnam ſapientiam adducit illum, quem docilem facit illius dicti: Tollite iugum meum ſuꝑ vos, & diſcite à me, qa mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iſta requies ſapia eſt, quam ſpũs ſanctus efficit .i. participatio ſapientiæ increatæ, quæ eſt ipſum verbum dei, ſapientia patris.

Quam ob cauſam idem ſacr̃m ſpũs ſeptiformis congruum fuerit ſeptem columnarum appellatione deſignari, cur & Eſaias ordine conuerſo ſpũs eoſdē ornans, à ſpũ ſapiæ deſcenderit ad ſpm̃ timoris. Cap. V.

Prouer. 9.
Cur ſeptē ſpũs dñi dicunt coluñæ domus

IN quantũ potuit ſermo fidelis fontē lucidũ adiuit, de quo riuus emanauit ꝑ ora multoꝝ, dicentiũ ſimilia huic, q cum dixiſſet: Sapia ędificauit ſibi domũ, ſecutus ait: Excidit columnas ſeptē. ¶Quã vero ob cauſam, iam dictũ ſeptiformis ſpũs ſacr̃m deſignari conueniebat appellatiõe ſeptē columnaꝝ? Nimirũ propter gloriã magnam & honorē huius altiſſimi filij hoĩs, qa videlicet templum corpis eius, ipſa eſt domus quã ſapia ſibi ædificauit. Domus aũt quæ ſuꝑ columnas ædificata eſt, profecto ex ipſis columnis firmitatē pariter & pulchritudinē habet, & alta eſt. *Si igit̃* columnas aſpicis, quas nũc ordine digeſtas demonſtrauimus, nonne talis poſitio domus ſapiæ, illa eſt exaltatio filij hoĩs, de qua ſcriptum fuerat iamdudũ: Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuꝑ opa manuũ tuaꝝ? ¶Deniq; & dñs eſt angeloꝝ ſanctoꝝ, & dñs firmamenti .i. cœli, & dñs terræ, ſiue paradiſi, & maris, & dñs ſolis & lunæ & ſtellaꝝ, & dñs omnium creaturarum, quas aquæ produxerunt, & quæ de terra productæ ſunt, & dñs totius generis humani, & dñs etiam ſabbati .i. patriæ cœleſtis, in qua eſt plenitudo illius, quam ſperamus requiei. Vere magna domus, pulchra, & altiſſima domus. ¶Ipſe ſeptiformis ſpũs, in eadem domo plenarie habitat quietiſſime: nullam em̃ vnq̃ paſſus eſt, ibi offenſam alicuius culpæ ſeu negligentiæ. Hoc eſt quod Eſaias dixit: Et requieſcit ſuꝑ eum ſpiritus domini. ¶Quod autem eoſdem ſpũs aliter ſubordinauit, primũ ponens ſpm̃ ſapiæ, ſeptimũ autem ſpiritum timoris, cauſam ſiue rõnem hanc habet, quia dñs noſter Ieſus Chriſtus, cuius aduentus pręd icebat̃ de altiſſimo ſapiente ſecreto, & magna requie ſua, de ſinu patris huc deſcendit, vſq; ad obedientiam & mortem crucis, quæ videlicet obedientia, religioſus in ipſo erat timor domini: nos autem, quorum ad eruditionem ſiue correptionem ſcripta ſunt opera illa, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, à timore incipimus, & in ſapia perficimur, ſicut alia ſcriptura dicit: Initium ſapientiæ timor domini.

Pſalm. 8
Filius hoĩs dñs eſt oĩm rerum

Matth. 12
Plena requies ſeptē ſpirituũ i chro
Eſa. 11.
Duplex ordo ſeptem ſpirituum.

Pſal. 110

De ædificatione huius domus domini, & quod ibi factum ſit illud quod Pſalmiſta dixit: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Cap. VI.

3. Regũ. 6.
Spũs ſctũs obũbrauit vteꝝ Marię
Luc. 1.

QVomodo factum eſt iſtud? Qũo ædificata eſt iſta domus? Malleus & ſecuris & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cum ædificaret̃, ſed in ſecreto ſilentio, nulla interſtrepẽte humani operis inquietudine, ſpũs ſanctus, q in principio ferebat̃ ſuꝑ aquas, in beatam virginē ſuꝑuenit, eiuſq; vtero ineffabiliter obumbrauit, in modum volucris ouum ſubiectum deſideratiſſima ſeſſione calefacientis. Qua tamen ſimilitudine, niſi ante nos præſumpta fuiſſet, forte noſtra infirmitas in tanto myſterio vti non auderet. ¶Tunc itaq; factum eſt illud quod Pſalmiſta canens ꝓdixerat: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas de terra orta ē, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Deniq; miſericordia ſpiritus ſanctus eſt, veritas verbũ dei, filius dei eſt. Item, iuſtitia Chriſtus dei filius eſt: pax, id eſt, remiſſio peccatoꝝ, ſpiritus eſt. Quomodo, vel ad quid talis miſericordia, & talis veritas, & vbi obuiauerũt ſibi? Quomodo, vel ad qd talis iuſtitia, & talis pax oſculatæ ſunt? Quis me hoc interrogabit? vel quis idoneus, vt ad hæc reſpondere poſſit? ¶Interrogarem & ego aliquid, quod longe minus eſt, & tamen neque verbis explicari, neque ſenſu hominis comprehendi poteſt. In nido volucris, ouo ſubiacente, quomodo & ipſum corpus volucris, & concretus ex ouo fœtus obuiant ſibi? Neque enim ſubſidentis corpus volucris in ſemen conuertitur, aut à natura ſua diminuitur, vt ſimilis illi fœtus naſcatur, ſed calore corporis ſubſedentis, ouũ animatur, & ſuccus eius in volucrem ſimilem format̃, ſicq; obuiant ſibi, & inuicem oſculantur, id eſt, inſeparabili amore conſociantur. Quis de huiuſmodi diſputare ſufficiat? Legimus quidem, quia diſputauit Salomon ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſſopum, qui egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus: ſed non legimus eum diſputando, & diſſerendo hæc eadem comprehendiſſe. ¶Quanto minus quis diſputare, vel diſſerere ſufficiat, quomodo ſpiritui ſancto in bea

Pſal. 84

Multa nobis inexplicabilia

3. Reg. 4



Incarnatio Chriſti ineffabilis nobis

Pro. 25.

in beatam virginē, & ſuperuenienti, & in ſua natura, ſiue ſubſtãtia permanẽti, ne qs putet, ꝙ illic ipſe pro ſemine fuerit, verbũ dei cũ ſementina ſubſtãtia virginei ventris obuiauerit, iuxta illud q̊d iam dictũ eſt: Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi. Nõ ergo hæc nobis altiora quæramus, ne velut ſcrutatores maieſtatis arguamur. Hoc ſcire cõtenti, qa ſapiẽtia domũ iſtã, templũ ſacroſanctum corporis ſui, ſpũ ſuo ſibi ædificauit, ſpiritu (inquam) ſuo, id eſt, ex operatione, non de ſubſtãtia ſpũs ſui, & iam dictas ſeptē columnas, non de ſola patris ſui perſona, quaſi de alio monte excidit, ſed ipſa ſapiẽtia, ſiue filius dei & pater eiuſdē filij, ſicut ſunt vna ſubſtãtia, ſic & ambo inſeparabiliter ſeptiformē ſpiritum ſuũ, indiderũt huic domui, huic homini Ieſu Chriſto, filio dei, filio hominis.

Item de eadem re, ad quid miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi, & quale conſiliũ de ſaluãdo humano genere illic habuerint, ſecundũ illud beati Iob: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera. Cap. VII.

Ad qd iuſtitia & pax oſculatę ſunt

DIximus pro poſſe, quomodo & vbi miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi, iã dicendũ etiam ad qd, nam etiã hoc ſupra propoſitum eſt. Ad qd ergo miſericordia & veritas ſibi obuiauerũt? Ad quid conuenerũt? Ad qd iuſtitia, quę eſt ipſa veritas: & pax, quæ eſt ipſa miſericordia, oſculatæ ſunt? Nimiꝝ ad conſulendũ & habendũ de rebus magnis conſilium, ad pertractandũ magnæ rei negotiũ, ſcilicet, quomodo ſaluaretur genus humanũ. Nõ enim leue erat pondus huius rei, qũo ſalua ratione iuſtitiæ ſeu veritatis, quæ eſt ipſum verbum, ſiue filius dei, hominē excuſaret, & ſaluti reſtitueret miſericordia, quæ eſt ſpũs ſanctus. ¶Habitum ergo eſt conſiliũ, imo quod ante ſecula fuerat, conſilium præfinitũ, tunc ex vtero virginis productũ eſt ad effectum, agendo ſcilicet, quatenus conſtaret hominem plus calamitatis eſſe paſſum, q̃ peccatis ſuis promeruiſſet. Hæc ergo fuit ſumma conſilij in illa cõuentione obuiantium ſibi miſericordiæ & veritatis, ſiue oſculantiũ iuſtitiæ & pacis, hominē illũ diuinæ benignitatis, fructũ terræ noſtræ, ſcilicet virginei vẽtris oportere mortalē naſci, & mori, & reſurgere à mortuis, atq; ita cõſummatũ ꝑ fidē in cordibus nr̃is, vt eſſem⁹ nos duo, videlicet homo peccator ac propter peccatũ morti addictus, & in vnoquoq; noſtrũ homo abſq; peccato mortalis factus, & mortificatus, & idcirco mortis victor effectus. Nonne ita ō mediator dei & hominũ, homo Ieſu Chriſte, ego & tu duo ſumus? Imo nõne vnus ſpũs & vnũ corpus ſumus? Attamen alio reſpectu duo ſumus, & de nobis duobus ſapiẽtia loquitur: Melius eſt duos ſimul eē, q̃ vnũ. Habẽt emolumentũ ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: & ſi quiſpiã præualuerit cõtra vnum, duo reſiſtũt ei. Vbi ſit, aut fiet iſtud? Nimiꝝ in iſta vita incipit, & in porta, cuius meminit Pſalmiſta dicẽdo: Nõ cõfundetur cũ loquet̃ inimicis ſuis in porta, in porta (inquã) id eſt, in exitu vitæ huius perficitur. ¶Quomodo ibi perficit̃? Aſtãdo ante tribunal Chriſti, & parata ibi ſtatera, quã beatus Iob ſuis tẽporibus nondum paratam ſuſpirans, dicebat: Vtinã appenderẽtur peccata mea, qbus iram merui, & calamitas quã patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret. Statera iſta tũc parata eſt, quãdo miſericordia & veritate (vt iã dictum eſt) obuiantibus ſibi immortalis deus mortalis homo factus eſt Cum ergo venitur ad examē ſtateræ huius dũ ſtatur ante tribunal iudicis huius, ibi ſunt duæ lances, altera miſericordie, altera iudicij: & tamē duo ſunt (vt iã diximus) ſcilicet homo q peccauit & habitans ꝑ fidem in corde eius Chriſtus, q nõ peccauit, appenduntur peccata vnius tantũ in ſtatera iudicij appenditur calamitas duoꝝ in ſtatera miſericordię, & calamitas mortis ei⁹ qui peccauit Verbi gr̃a Iob aut alteri⁹ uiri fidelis, & calamitas mortis eius q nõ peccauit ſcilicet Ieſu Chriſti. Nõne itaq; calamitas in lance miſericordiæ grauior appareret quã peccata ĩ lance iudicij? Plane grauior quaſi arena maris utpote duplũ cõtra ſimplum: qa cũ ſimus duo, & vnus tantũ peccauerit, ambo ſoluimus debitũ mortis. Quid igitur? profecto ſicut ſcriptũ eſt, & nos iã meminimus, ſi quiſpiã præualuerit cõtra vnũ, duo reſiſtũt ei, id eſt, ſi princeps mũdi huius cõtra ſteterit vt accuſet aĩam egredientē à Chriſto, habitante in ſe, defenſionē petit. Apprehende (inqẽs) arma & ſcutũ, exurge in adiutoriũ mihi

Summa cõſilij iuſtitię & pacis

1. Cor. 6
Eccle. 4

Pſal. 126

Statera iudicij in exitu huius vitę.
Iob. 6.

Ephe. 3

Eccle. 4

Pſal. 34.

Item de ædificatione domus eiuſdē, quid myſterij habeat dictũ illud: Domus cũ ædificaretur lapidibus dedolatis atq; perfectis ędificata eſt Cap. VIII.

Coloſſ. 2

3. Reg. 6.

SEd iam propoſitũ de domo tua dñe, de corpore tuo Chriſte, quo propoſuimus ordine ſermoĩs, ꝑſoluamus. Propoſuimus nãq; ſermõe fideli cõcelebrare tria hæc, ędificationē, exordinationē, atq; dedicationē domus huius, in qua inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporal'r. Iã ergo de exordinatiõe dicẽdũ eēt, niſi ꝙ adhuc in ædificatione capitulũ nos illud tenet: Domus cũ ędificaretur, lapidibus dolatis atq; ꝑfectis ædificata eſt Huius nãq; capituli myſterium intactũ animus præterire non patitur. ¶Quid ergo eſt, huiuſmodi domum ædificatã eſſe lapidibus dedolatis atq; perfectis niſi

mediato

mediatorẽ dei & hominũ, hoĩem Chr̃m Ieſum, cõceptũ eſſe ex vtero, ſiue concretum in
Lapides dolati atq; pfecti ſunt patriarchę atq; pphetæ. vtero virginis, ſecũdũ fidẽ, ſermonẽq; fidelẽ Patriarchaꝝ atq; Prophetaꝝ, q vtiq; fue-
rũt, vel ſunt lapides magni, lapides perfecti. Huic etẽm vnus illoꝝ Eſaias gratulat & di-
cit: Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriã ſacerdotẽ, & Zachariã filiũ Barachiæ. Et acceſſi
ad prophetiſſam, & cõcepit & peperit filiũ. Et dixit dñs ad me: Voca nomẽ eius, accele-
ra, ſpolia detrahe, feſtina pdari. Plane hic vnus dixit, cæteris q̃q; oĩbus ſanctis prophe-
Eſa. 8 tis, qꝝ p os ſpũs ſanctus locutus eſt à ſeculo, dixiſſe vel dicere cõgruit. Oẽs eñ ad illã pro
phetiſſam acceſſerũt, oĩm fides, oĩm prophetiæ in illã beatã virginẽ cõuenerũt, & ipſa
ſciuit qd ageret ſecũ ſecũdũ veritatẽ ſcripturaꝝ. Domus igit ædificata eſt lapidibus de-
dolatis atq; pfectis, id eſt, incarnatio dñica, ſecũdum fidẽ & expoſitionẽ ſanctoꝝ, & ſe-
cundũ ſcripturas prophetaꝝ, & veꝝ ex oĩbus habet teſtimoniũ ſancta domus tua dñe,
iuxta illud præconiũ magni prophetæ: Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, do-
Pſal. 92 mũ tuã decet ſanctitudo dñe in longitudine dieꝝ. Quàm bene aũt lapides iſti pfecti di-
cunt etiã dedolati. Quis eñ illoꝝ viã vitæ huius pertrãſiuit abſq; dolatura tribulatiõis?
Deniq; pleriq; illoꝝ fuere dolati vſq; ad internecionẽ ſui corporis. Hinc ipſe deus dicit
Oſee. 6. in Oſee: Propter hoc dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris mei. Et in Actibus
Acto. 7. Apoſtoloꝝ protomartyr Stephanus ait: Dura ceruice, & incircumciſi cordibus & auri-
bus, vos ſemp ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri & vos. Quẽ prophetaꝝ non
ſunt perſecuti patres veſtri? & occiderũt eos q prænũciabant de aduẽtu iuſti.

De exornatione eiuſdẽ domus, quali auro exornata ſit, deſcendente ad illã ſup dñm ſpũ ſancto in ſpecie columbæ, cum baptizaretur à Iohanne. Cap. IX.

3. Regũ. 6. AEdificata domo iſta, ſiue tẽplo dominici corporis, qd deinde factũ eſt? q̃uo ex
ornata ſiue decorata eſt? Domũ q̃q; (ait ſcriptura myſtica) ante oraculum ope-
ruit Salomon auro puriſſimo, & affixit laminas clauis aureis, nihilq; erat in tẽ-
plo, q̃d nõ auro tegeret. Sed & totũ oraculi altare texit auro, & fecit in oraculo
Exornatio domus nõ manufactæ apparuit anno ætatis chr̃i triceſimo. duo Cherubin de lignis oliuaꝝ. ¶Secundũ typũ illius manufactæ exornationis, quã to-
tam hic perſcribere nimis longũ eſſet, & exornata eſt domus nõ manufacta, de qua nũc
loquimur, ſcilicet humanitas Chr̃i, nr̃i ſaluatoris, anno triceſimo ſuæ ætatis. Nã vſq; ad
annũ illũ ignotus inter hoĩes mãſit. Illo deniq; anno (ſicut Euãgeliſtæ manifeſte dicunt)
ipſe aũt Ieſus erat incipiẽs quaſi annoꝝ triginta, cũ baptizaretur à Iohãne, deſcẽdit ſpi
ritus ſanctus corporali ſpecie, ſicut columba in ipm̃, & ipſe plenus ſpũ ſancto regreſſus à
Luc. 3 Iordane. Quid rogo eſt plenũ ſpũ ſancto regreſſum eſſe à Iordane, cũ ſine dubio plenus
ſpũ ſancto fuerit ab ipſa cõceptione? Quid (inquã) eſt vel erat plenũ ſpũ ſancto à Iorda-
ne regredi, niſi qa iã tp̃s erat opere exercere, quæ prius in poteſtate habebat chariſmata
ſpũs ſancti? ¶Hoc aũt auꝝ veꝝ, auꝝ puriſſimũ eſt, lapides pretioſi ſunt, videlicet ſermo
1. Coꝛ. 10 ſapiẽtiæ, ſermo ſciẽtiæ, operatio virtutũ, gr̃a ſanitatũ, prophetia, diſcretio ſpirituũ, in-
Ioh. 7 terpretatio ſermonũ. Hmõi chariſmata ſic ex tunc opere cœpit exercere, vt nunq̃ ſic lo
Iohan. 15 cutus fuerit hõ ſicut hic, & nemo alius vnq̃ talia fecit opa, qualia fecit hic. Nõne igit do-
mus illa operta eſt auro puriſſimo, nihilq; erat in tẽplo q̃d nõ auro tegeret? Tali nãq; au
ro, ſiue ſplẽdore auri, delectata ſpõſa eius, dicit in Cãticis: Manus eius tornatiles, aureę,
plenæ hyacinthis. Tornatiles, id eſt, ad operãdum citæ, vel faciles: aureæ, id eſt, operãtes
potẽtia diuinę naturæ: plenæ hyacinthis, id eſt, cœleſtia ſacramẽta ſpirãtes in exteriori-
bus ſignis. Eatenus nõ apparebat, q̃d ornata eẽt domus huiuſcemodi ornatu, vſq; adeo
inuſitatũ fuerat per annos triginta, vt cũ diſcipulos eligeret, & illis q̃q; taliũ opeꝝ faciẽ-
doꝝ poteſtatẽ daret, fieret nimię admiratiõis ſtupor in eũ, ſicut Marcus euidẽter narrat
Marc. 3. Et cũ audiſſent (inqt) ſui, exierũt tenere eũ: dicebant eñ, qm̃ in furorẽ verſus eſt.

Quo pertinuerit, quod ad hoc opus procedẽs ſpũs ſanctus, non in qualicũq; ſpecie, ſed in ſpecie colũbæ apparuit. Cap. X.

1. Timot. 3. QVo pertinuit q ad hoc opus ſpũs ſanctus nõ in qualicũq; ſpecie, ſed in colum
bæ ſpecie procedẽs apparuit? Reuera ad magnũ pietatis ſacramentũ, q̃d ma-
Chr̃us pro nobis pœnitentiam egit. nifeſtum eſt (vt ait Apoſtolus) in carne iuſtificatũ eſt in ſpũ, apparuit angelis,
prædicatũ eſt gentibus, creditũ eſt in hoc mundo, aſſumptũ eſt in gloria.
¶Nõ eñ illud ſolũ attẽdere debes, q̃d ex tũc verbũ in carne, deus in hoĩe, miraculis cœ-
pit clarificari, imo q tũc pœnitẽtiã pro nobis agẽdã ſuſcepit, baptizatus baptiſmo Iohã
nis, videlicet in pœnitentiã, quã protinus à ieiunio quadraginta dieꝝ inchoauit, & in ea
Eſa. 53 perſeuerauit vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Vere magnũ pietatis ſacramẽtum, qa dñs
poſuit in eo iniqtates oĩm noſtrũ in pœnitẽtiã. ¶Nã eiuſmodi pœnitẽtiã, morte crucis
cõſummatã, lex ſacra & myſtica in ſacramẽto ſacrificij ſignauerat dicẽdo: Si holocauſti
oblatio fuerit dño de turturibus & pullis colũbæ, offerat eos ſacerdos ad altare, & retor
to ad collũ capite, & rupto vulneris loco, decurrere faciet ſanguinẽ ſup crepidinẽ altaris
Non



Non ſecabit, nec ferro diuidet eã, & adolebit ſup altare lignis igne ſuppoſito, holocauſtũ
eſt & oblatio ſuauiſſimi odoris domini. Quid eñ in hac oblatione turturis & colũbæ, q̃
pro peccato iubet offerri, atq; vt poſt mortẽ hoſtiæ caput corpori inhæreat, niſi media
toris noſtri pſona ſignatur? Redẽptoris eñ noſtri mors, ad coniunctionẽ ſui corporis,
id eſt, eccleſiæ, valuit, nõ ad ſeparationẽ. Mediator etẽm dei & hoĩm. i. caput oĩm nr̃m,
eſt veræ mũdationis hoſtia. Vñ pro nobis mortẽ ptulit, vnde nobis verius inhæſit. Poſt Hebræo. 9
ſectionẽ ergo caput colũbæ ſuo corpori inhæret, qa Chr̃m & eccleſiã nec mors interue-
niẽs diuidit. Multũ igit pertinuit ad magnũ ſacramẽtũ pietatis, q ſpũs ſanctus in ſpecie
colũbæ ſup eũ apparuit, de q̃ Apoſtolus ait: Quia p ſpiritũ ſanctũ ſemetipſum immacu- Iohan. 1
latũ offerẽs deo, emũdauit cõſcientiã noſtrã ab opibus mortuis, ad ſeruiendũ deo viuẽ-
ti. ¶Adde, q̃d ibidẽ Baptiſta Iohãnes, vbi teſtimoniũ perhibuit dicẽs: Quia vidi ſpm̃ ſan
ctum deſcẽdentẽ de cœlo quaſi columbã, & mãſit ſup eũ: tali voce, taliq; iudicio mãſue
tudinẽ eius prædicauit: Ecce agnus dei, q tollit peccata mundi. Deniq; in ſacrificio dñi,
ſacrificio odoris ſuauiſſimi, eadẽ manſuetudo agni, quam ſimplicitas columbæ, myſtice
ſignificat innocentiam & pietatem Chriſti filij dei.

De die illo quem determinauit ſpũs ſanctus in Dauid dicẽdo: Hodie ſi vocẽ eius audieritis. Cap. XI.

EXtunc dies illæ eſt bonæ auditionis, dies vocis audiendæ in lenitate fidei, quem
ſpũs ſanctus determinauit in Dauid, & populus mõ meminit. Quapropter ſicut Pſalm. 94
dicit ſpũs ſctũs: Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vr̃a, ſicut in
exacerbatione ſecundũ diẽ tentationis in deſerto. ¶O vox dulcis & ſuauis, vox
dilectiõis & gr̃æ, vox turturis & colũbæ, quã apud Lucã taliter cępimus audire: Regreſ- Luc. 4
ſus in virtute ſpũs in Galilæã, cũ veniſſet Nazareth, & intraſſet in ſynagogã, & traditus Eſa. 16.
eẽt ſibi liber Prophetæ Eſaię, locũq; hũc ſtatim inueniſſet: Spũs dñi ſup me, ppter q̃d vn
xit me, euãgelizare paupib᷒ miſit me, pdicare captiuis remiſſionẽ, pdicare annũ dñi ac-
ceptũ, & diẽ retributiõis: Hodie (inqt) impleta eſt hęc ſcriptura in aurib᷒ veſtris. Ab iſta
voce debẽt corda nr̃a hodie molleſcere ſiue miteſcere: hodie inquã, id eſt, alio die, q ali᷒
eſt ab illo die, q̃ exiuit Iſrael de Aegypto p mare rubrũ, & per xl. annos tẽtauerunt, atq; Ecce agn᷒ dei.
exacerbauerũt ſpm̃ ſanctũ in deſerto. ¶Nunqd nõ hoc vidit Iohãnes Baptiſta, q in ini-
tio diei huius vidẽs ad ſe Ieſum veniẽtem, dixit (vt ſupra meminimus) Ecce agnus dei? Ioh. 1.
Deniq; talis eius dictio talẽ nobis ſenſum efficit. Ecce cuius in figura immolatus ẽ agnus Exodi. 12
in Aegypto, ſumpto ſanguine q erat in limine, & poſito in ſupliminari, & ſup vtrũq; po
ſtẽ, vt figurã crucis exprimeret, factũq; ẽ phaſe. i. trãſitus: trãſiuit eñ dñs p Aegyptum,
Aegyptios pcutiẽs, & filios Iſrael faluãs. ¶Nũc alia percutiet Aegypt᷒, & aliud mare di Ecce noua facio oĩa
uidetur, & aliud mãna de cęlo dabit, & alia petra ſitiẽtibus alias dabit aquas, & in aliã ter-
rã intrabit, & alia ciuitas Hieruſalẽ inhabitabit, & oĩa in nouũ reſtituent, dicẽte iſto, qui
ſpũ ſctõ baptizat, ecce noua facio oĩa. Igit dies ſanctæ nouitatis tũc illexit, qñ deſuper in Apo. 21
colũbę ſpecie apparẽte ſpũ pietatis, põtifex declaratus ẽ Chr̃s filius dei: Põtifex (inquã)
ipſe, & hoſtia, & tẽplũ, ex tũc optime ornatũ (vt ſupra diximus) ſecundũ figurã tẽpli illius
manufacti, auro vtiq; nõ corruptibili, ſed auro vero ſplẽdidæ diuinitatis, q̃ tũc in eo ſplẽ
dere cœpit p operationẽ virtutũ, & gratiã ſanitatũ, cæteraq; opa digiti dei ſpũs ſancti.

De eiuſdẽ domus dedicatione, id eſt, reſurrectiõe ſecundũ pſalmũ viceſimũnonũ, cuius eſt titulus, Pſalmus Dauid cãtici in dedicatione domus Dauid. Cap. XII.

AD dedicarionẽ domus iuxta propoſitũ properat animus, id eſt, ad gloriã reſur
rectionis dñi noſtri Ieſu Chriſti, qua ſine dubio dedicatũ eſt templum corporis
eius, ita vt omni mortalitatis ſeu paſſibilitatis paupertate deterſa, ſolẽnitas ęter
na, feſtiuitas ſempiterna, in voce exultatiõis, & cõfeſſionis in ea celebret ab an-
gelis, celebretur ab hominibus, quotqt ſunt vel erũt filij reſurrectionis. ¶Hoc loco ſen-
ſum & verba noſtra dirigat textus pſalmi .29. cui talis pſcriptus eſt titulus: Pſalmus cã- Dedicatio dom᷒ Chr̃i in reſurrectione eius celebrata ẽ
tici in dedicatiõe domus Dauid. Primũ aũt in fundamẽto ſermonis illud ponere libet,
quia domus illa manufacta, q̃ in typũ huius ædificata fuit, vt ſupra diximus, ſub trina be
nedictiõe nominis dñi dedicata eſt, ſicut habet manifeſte ipſa ſcripturæ ſeries. Primo nã-
que ſic ſcriptũ eſt: Cõuertitq; rex faciẽ ſuã, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael, & ait: Bene- 3. Reg. 8
dictus dñs deus Iſrael, q locutus eſt in ore ſuo ad Dauid patrẽ meũ, & in manibus eius p-
fecit, &c. Itẽ ſecũdo: Stetit aũt Salomon ante altare dñi, in cõſpectu eccleſiæ Iſrael, & ex
pãdit manus ſuas in cœlũ, & ait: Dñe deus Iſrael, non eſt ſimilis tui deus in cœlo deſup,
& ſuper terrã deorſum, q cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo quæ locutus es, &c. De-
inde tertio: Factũ eſt cũ cõpleſſet Salomon omnẽ orationẽ, ſtetit & benedixit omi eccle-
ſiæ Iſrael voce magna dicẽs: Benedict᷒ dñs qui dedit requiẽ populo ſuo Iſrael, iuxta oĩa
quæ locutus eſt, &c. ¶Itaq; ſub trina, vt iam dictum eſt, inuocatione nominis domini,
eccleſiã

eccleſiã ſiue domũ domini dedicauit,non vtiq; caſu,ſed magna cũ ratione ſapiẽtiæ quã
deus dederat illi,ꝓſertim qa talis data fuerat regula benedicendi.Sic eñ ſcriptũ eſt in li-
Nume. 6. bro Numeri:Locutusq; eſt dominus ad Moyſen dicẽs: Loquere ad Aaron & filios ei⁹
Sic benedicetis filijs Iſrael,& dicetis eis:Benedicat tibi dominus,& cuſtodiat te,oſtẽdat
dñs faciẽ ſuã tibi,& miſereat tui,Cõuertat dñs ſuũ vultũ ad te,& det tibi pacẽ.Hoc dici-
mus pro glorificatione trinitatis,qa(ſicut hactenus demõſtrare curauimus)fere nihil ce
lebre ſiue memorabile referũt ſcripturæ veritatis,abſq; ſacramẽto ſancti huius noĩs.

Item in eodẽ pſalmo de trina appellatione nominis dñi:Exaltabo te domine,do
mine clamaui ad te,domine eduxiſti ab inferno animã meã:& de titulo alte-
rius pſalmi,in finẽ canticum pſalmi reſurrectionis. Cap. XIII.

Pſal. 29. de reſurrectiõe Chrĩ
NVnc igitur perpende quod perpulchrũ eſt,qa in iſto pſalmo cãtici cantati ſi-
ue cantandi,ſecundũ dedicationẽ domus Dauid,id eſt,corporis Chriſti,ſimi
